A ἐπιγινώσκοντας τὸ ἑαυτῶν συνεύχεσθαι ἡμῖν· μᾶλλον δὲ ἵνα καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ λαλῆσαν ἐν τοῖς ἁγίοις, θεωροῦν τοὺς παρ' αὐτοῦ λόγους ἐνηχηθέντας ἐκείνοις, συναντιλαμβάνηται ἡμῖν. Ὅσῳ γὰρ τῶν ἁγίων ὁ βίος βελτίων τῶν ἄλλων ἐστὶ, τοσούτῳ καὶ τὰ παρ' αὐτῶν ῥήματα τῶν παρ' ἡμῶν συντιθεμένων βελτίονα καὶ ἰσχυρότερα ἂν τις εἴποι δικαίως. Ἐν τούτοις γὰρ εὐηρέστησαν τῷ Θεῷ, καὶ ταῦτα λέγοντες, ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος· *Κατηγωνίσαντο βασιλείας, εἰργάσαντο δικαιοσύνην, ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν, ἔφραξαν στόματα λεόντων, ἔσβεσαν δύναμιν πυρὸς, ἔφυγον στόματα μαχαίρας, ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας, ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ, παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων, ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν.*

B

32. Unusquisque igitur hæc jam dicens confidat fore, ut per ea Deus supplicantes auditurus sit: sive enim tribulatur, qui hæc dicit, magnam percipiet in ipsis consolationem; sive tentatur, aut persecutionem patitur, qui ita psallit, probatior apparebit, atque a Domino protegetur, qui etiam hæc proferentem defendit; his diabolum fugabit, dæmonesque ejus abiget. Hæc porro dicens, si quidem peccaverit, sese ad pudorem vertet, atque peccandi finem faciet; si non peccaverit, se lætum conspiciet, quia iis quæ ante sunt, extenditur, atque oppugnatus ita psalmorum vi prævalebit; non commovebitur autem in æternum a veritate: imo deceptores, et qui eum in errorem deducere tentaverint, coarguet; et hujus rei sponsor non homo est, sed ipsa divina Scriptura. Deus enim præcepit Moysi [34], ut magnam Odam conscriberet, doceretque populum; atque eum, qui princeps constitutus esset, jubet scribere Deuteronomium [35], et illud præ manibus habere, semperque ejus verba meditari, quippe sufficientia sunt tum ad virtutis commonitionem, tum ad opem iis ferendam, qui sincero animo meditati ea fuerint. Sane cum in terram promissionis ingressus est Jesus Nave, conspectis gentium castris, regibus Amorrhæorum omnibus ad bellum congregatis, vice telorum gladiorumque Deuteronomium legit ad aures omnium, verbaque legis in memoriam revocavit [36], atque cum iis populum ceu armis instruxisset, inimicos superavit. Rex autem Josias, invento libro, et ad omnium aures perlecto [36], non ultra inimicos reformidavit. Et si quando bellum populo ingrueret, arca, quæ legis volumina continebat, omnes præcedebat, et id illis æque ad subsidium sufficiebat, ac quælibet acies, nisi quoddam inter bajulos ejus aut inter populum esset peccatum, aut hypocrisis, quæ prævaleret. Fide namque et probo sinceroque affectu est opus, ut lex in iis, quæ in votis sunt, suffragetur.

λβ'. Οὐκοῦν καὶ νῦν ταῦτα λέγων ἕκαστος ἔστω θαῤῥῶν, ὅτι δι' αὐτῶν ταχέως ὁ Θεὸς ἐπακούσεται τοῖς δεομένοις· εἴτε γὰρ θλίβεται λέγων ταῦτα, μεγάλην ὄψεται τὴν ἐν αὐτοῖς παράκλησιν· εἴτε πειράζεται καὶ διώκεται ψάλλων οὕτως, δοκιμώτερος ἀναφανήσεται, καὶ σκεπασθήσεται παρὰ τοῦ Κυρίου, τοῦ καὶ τὸν εἰπόντα ταῦτα σκεπάσαντος· ἐν τούτοις τὸν μὲν διάβολον ἀνατρέψει, τοὺς δὲ δαίμονας αὐτοῦ σοβήσει. Ταῦτα λέγων εἰ μὲν ἥμαρτεν, ἑαυτὸν ἐντρέψει καὶ παύσεται· εἰ δὲ μὴ ἥμαρτεν, ὄψεται ἑαυτὸν χαίροντα, ὅτι τοῖς μὲν ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεται, καὶ ἀγωνιζόμενος μὲν ἰσχύσει ψάλλων οὕτως, οὐ σαλευθήσεται δὲ εἰς τὸν αἰῶνα ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπατῶντας καὶ πλανᾷν ἐπιχειροῦντας ἐλέγξει· καὶ τούτου οὐκ ἄνθρωπος ἐγγυητὴς, ἀλλ' αὐτὴ ἡ θεία γίνεται Γραφή. Ὁ γὰρ Θεὸς ἐνετείλατο τῷ Μωϋσῇ γράψαι τὴν μεγάλην Ὠδὴν, καὶ διδάξαι τὸν λαόν· τόν τε καθιστάμενον ἄρχοντα κελεύει γράψαι τὸ Δευτερονόμιον, ἔχειν τε τοῦτο μετὰ χεῖρας, καὶ μελετᾷν ἀεὶ τὰ ἐν αὐτῷ ῥήματα, ὡς ἀρκούντων τῶν ἐν αὐτοῖς λόγων πρός τε ὑπόμνησιν ἀρετῆς, καὶ βοήθειαν φέρειν τοῖς γνησίως αὐτοὺς μελετῶσιν. Ἀμέλει ὁπηνίκα εἰς τὴν γῆν εἰσῆλθεν ὁ τοῦ Ναυῆ, βλέπων τὰς τῶν ἐχθρῶν διατάξεις, καὶ τοὺς βασιλεῖς τῶν Ἀμορῥαίων πάντας συνελθόντας εἰς πόλεμον, αὐτὸς ἀνθ' ὅπλων καὶ ξιφῶν τὸ Δευτερονόμιον ἀναγνοὺς εἰς τὰ ὦτα πάντων, τά τε ῥήματα τοῦ νόμου ὑπομνήσας, καὶ τούτοις τὸν λαὸν καθοπλίσας, περιεγέγονε τῶν πολεμίων. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωσίας, εὑρεθέντος τοῦ βιβλίου, καὶ ἀναγνωσθέντος εἰς τὰς πάντων ἀκοὰς, οὐκέτι τοὺς ἐχθροὺς ἐφοβεῖτο. Καὶ εἴ ποτε δὲ πόλεμος ἦν τῷ λαῷ, ἡ κιβωτὸς ἔχουσα τὰ πυξία τοῦ νόμου προώδευε πάντων, καὶ ἤρκειτο τούτοις ἀντὶ πάσης παρατάξεως εἰς βοήθειαν, εἰ μή τις ἦν παρὰ τοῖς βαστάζουσι καὶ ἐν τοῖς λαοῖς προκρατήσασα ἁμαρτία καὶ ὑπόκρισις. Πίστεως γὰρ καὶ γνησίας διαθέσεως χρεία, ἵνα ὁ νόμος εἰς τὰ κατ' εὐχὴν συνεργάζηται.

C

33. Ego certe, aiebat senex, audivi a prudentibus viris, quod olim in Israele sola Scripturarum le-

λγ'. Ἐγὼ γοῦν, ἔλεγεν ὁ γέρων, ἤκουσα καὶ παρὰ φρονίμων ἀνδρῶν, ὡς ἄρα τὸ παλαιὸν ἐν τῷ

D

[33] Hebr. XI, 33-35. [34] Deut. XXXI, 19. [35] Deut. XVII, 18. [36] Josue VIII, 34, 35. [36] IV Reg. XXII, 8-11.

Digitized by Google

Ἰσραὴλ, μόνον ἀναγινώσκοντες τὰς Γραφὰς, ἐδίωκον δαίμονας, καὶ ἠλέγχουν τὰς παρ' αὐτῶν τοῖς ἀνθρώποις γινομένας ἐπιβουλάς. Ὅθεν καὶ καταγνώσεως πάσης ἀξίους εἶναι ἔλεγε τοὺς ταῦτα μὲν ἀφιέντας, συντιθέντας δὲ ἑαυτοῖς ἔξωθεν πιθανὰ ῥήματα, καὶ ἐν τούτοις ἐξορκιστὰς ἑαυτοὺς ὀνομάζοντας. Μᾶλλον γὰρ παίζουσι, καὶ παρέχουσιν ἑαυτοὺς ἐκείνοις εἰς τὸ χλευάζεσθαι· οἷα πεπόνθασιν Ἰουδαῖοι οἱ Σκευᾶ υἱοὶ, ἐπιχειρήσαντες καὶ αὐτοὶ τὸν τρόπον τοῦτον ἐξορκίζειν. Ταῦτα μὲν γὰρ ἀκούοντες παρὰ τῶν τοιούτων οἱ δαίμονες παίζουσι· τὰ δὲ τῶν ἁγίων ῥήματα φοβοῦνται, ἢ καὶ φέρειν αὐτὰ οὐ δύνανται. Ἔστι γὰρ ἐν τοῖς τῶν Γραφῶν ῥήμασιν ὁ Κύριος, ὃν μὴ δυνάμενοι φέρειν ἔκραζον· *Δέομαί σου, μή με πρὸ καιροῦ βασανίσῃς*· ἐκαίοντο γὰρ καὶ μόνον βλέποντες παρόντα τὸν Κύριον. Οὕτως καὶ ὁ Παῦλος παρῄγγειλε τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν· οὕτως καὶ τοῖς μαθηταῖς ὑπετάσσετο τὰ δαιμόνια. Καὶ ἐπὶ Ἐλισσαίου δὲ τοῦ προφήτου ἐγένετο χεὶρ Κυρίου, καὶ προεφήτευσε περὶ τῶν ὑδάτων τοῖς τρισὶ βασιλεῦσιν, ὅτε ἔψαλλε κατ' ἐντολὴν αὐτοῦ ὁ ψάλλων. Οὕτως καὶ νῦν, εἴ τις κήδεται τῶν πασχόντων, ταῦτα λεγέτω, καὶ μᾶλλον τόν τε πάσχοντα ὠφελεῖ (9*), καὶ ἑαυτοῦ τὴν πίστιν ἀληθῆ καὶ βεβαίαν ἐπιδείξεται· ὥστε, καὶ ταύτην ὁρῶντα τὸν Θεὸν, τελείαν τὴν θεραπείαν παρασχεῖν τοῖς δεομένοις. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ἅγιος γινώσκων, ἔλεγεν ἐν τῷ ριη' ψαλμῷ· *Ἐν τοῖς δικαιώμασί σου μελετήσω, οὐκ ἐπιλήσομαι τῶν λόγων σου*· καὶ πάλιν· *Ψαλτὰ ἦσάν μοι τὰ δικαιώματά σου ἐν τόπῳ παροικίας μου.* Ἐν τούτοις γὰρ καὶ σωτηρίαν ἐκέρδαινον, λέγοντες· *Εἰ μὴ ὅτι ὁ νόμος σου μελέτη μου ἐστὶ, τότε ἂν ἀπωλόμην ἐν τῇ ταπεινώσει μου.* Ὅθεν καὶ ὁ Παῦλος ἐν τούτοις ἠσφαλίζετο τὸν ἑαυτοῦ μαθητὴν, λέγων· *Ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι, ἵνα σου ἡ προκοπὴ φανερὰ γένηται.* Ταῦτα καὶ σὺ μελετῶν, καὶ συνετῶς ἐντυγχάνων οὕτως τοῖς ψαλμοῖς, τὸν μὲν ἐν ἑκάστῳ νοῦν *ὁδηγούμενος ὑπὸ τοῦ Πνεύματος* καταλαβεῖν δυνήσῃ. Τοιοῦτον δὲ καὶ σὺ ζηλώσεις βίον, οἷον ἔσχον οἱ ταῦτα θεοφορούμενοι λαλήσαντες ἄνδρες ἅγιοι.

A ction dæmones fugabant, et insidias ab ipsis adversum homines paratas destruebant. Quare omni damnatione dignos esse dicebat eos qui, his omissis, adscitisque aliunde verbis elegantibus, in iis sese exorcistas nominarent. Potius enim ludunt, ac se dæmonibus ridendos offerunt, sicut accidit Judæis filiis Scevæ [37], qui eo ipso modo exorcizare tentaverunt. Hæc itaque cum audiunt ab ipsis dæmones, eis illudunt; contra vero sanctorum verba reformidant, nec possunt ea sustinere. In Scripturarum namque verbis est Dominus, quem cum ferre non possent, clamabant : *Rogo te ne me ante tempus torqueas* [38]. Urebantur siquidem cum præsentem Dominum tantum viderent. Ita et Paulus imperavit impuris dæmonibus [39], ita et discipulis B subjiciebantur dæmonia [40]. Et super Eliseum prophetam facta est manus Domini [41], cum tribus regibus prophetavit de aquis : dum scilicet psaltes juxta ejus mandatum psalleret. Eodem modo etiam nunc si quis de patientibus sollicitus sit, ista dicat, patientemque valde juvabit, suamque fidem veram firmamque comprobabit; adeo ut illam Deus intuens, perfectam sanitatem rogantibus tribuat. Id cum cognosceret sanctus ille, aiebat in centesimo decimo octavo psalmo : *In justificationibus tuis meditabor, non obliviscar sermones tuos* [42]. Et rursum : *Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco peregrinationis meæ* [43]. In his enim etiam salutem consecuti sunt, dicentes : *Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte periissem in humilitate* C *mea* [44]. Unde et Paulus his ipsis confirmabat discipulum suum dicens [45] : *Hæc meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit.* Hæc etiam tu meditans, atque ita psalmos sapienter legens, uniuscujusque sensum, *Spiritu duce*, consequi poteris. Talem vero vitam tu quoque imitaberis, qualem habuerunt, qui hæc locuti sunt deiferi sancti viri.

[37] Act. xix, 14-16. [38] Luc. viii, 28. [39] Act. xvi, 18. [40] Luc. x, 17. [41] IV Reg. iii, 15. [42] Psal. cxviii, 16. [43] ibid. 54. [44] ibid. 92. [45] I Tim. iv, 15.

(9*) Ὠφελήσει, ed.

ADMONITIO IN EXPOSITIONES PSALMORUM.

Duplicem habemus Athanasii expositionem in Psalmos. Priorem exhibet editio Maurina et ea est ad quam hic præfatur Montfauconius, cui etiam accedunt supplementa ab ipso postmodum edita cum Athanasii *Argumento in Psalmos*. Expositionem alteram seu librum *De titulis Psalmorum* publici juris fecit Antonelli cujus Præfationem vide infra col. 597 EDIT.

I. *Expositiones sancti Athanasii in Psalmos sistimus tibi, Lector erudite, illas scilicet diu expetitas, a multis laudatas, antiquæ, mediæ, infimæ ætatis auctoribus. Quarum ἀποσπασμάτια quædam in prius editis exstabant. Utrum vero hi commentarii idipsum sint quod liber* De titulis psalmorum *ab Hieronymo laudatus, ut nuperi cujusdam fert opinio, non sat exploratum est; id sane si verum esset, non commode satis inscriptio posita fuisset, cum non de titulis modo, sed etiam de versiculis omnibus hic agatur. Qui proxime secundum Hieronymum hasce expositiones laudavit, est Theodoretus, si tamen quæ sequuntur non sint cujusdam amanuensis regii codicis* 228 *antiquissimi, ubi exstant* Expositiones Theodoreti in titulos psalmorum; *hæc illius verba sunt de psalmo* CIX *loquentis :* Ὁ δὲ ἅγιος Ἀθανάσιος οὕτω φησί· « Τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Κυ-

Digitized by Google

ρίου διὰ τῶν παρόντων κατασημαίνει, καὶ τὸν εὐαγγελικὸν αὐτοῦ νόμον τὸν (10) πάντων κυριεύσαντα τῶν ἐθνῶν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον αὐτοῦ, ἧς καὶ ἀπάρχεται ὁ ψαλμὸς λέγων · *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου · Κάθου ἐκ δεξιῶν μου ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.* Ἐχθροὺς δὲ ὁ Ἀπόστολος δηλοῖ λέγων (11) · *Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος.* » *Hoc est :* Sanctus autem Athanasius ita loquitur : « Hisce verbis generationem Domini secundum carnem significat, et evangelicam ejus legem, quæ omnibus gentibus dominatur : atque ejus ascensum in cœlos, quem enarrat psalmus dicendo : *Dixit Dominus Domino meo : sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Quinam inimici sint, declarat Apostolus his verbis : *Novissima omnium destruetur mors* [46]. » *Quem locum inferius, initio commentarii in psalmum* CIX, *integrum legimus.*

II. Chronicon *autem* Alexandrinum, *septimo sæculo conscriptum, p.* 223, *hæc habet :* Καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος ἑρμηνεύων τὸν ρλα' ψαλμὸν, ἔγραψεν οὕτως · « *Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου.* Τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν ἐπισπεύδουσιν αὐτοῦ. *Σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου.* Τὴν ἁγίαν αὐτοῦ σάρκα φησί· μετ' αὐτῆς γὰρ ἀνελήφθη. Οὐ γὰρ ἀποσαρκοῦται εἰς τοὺς ἀγηράτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. » *Id est :* Et sanctus Athanasius psalmum CXXXI interpretans, ita scribit : « *Surge, Domine, in requiem tuam.* Ejus in cœlos ascensum cito accedere gestiunt. *Tu et arca sanctificationis tuæ.* Sanctam ejus carnem dicit, cum illa namque assumptus est ; neque enim carnem dimittit per infinita sæcula sæculorum. » *Hæc porro habes in expositione ejusdem psalmi inferius, v.* 8. *Postrema autem verba,* μετ' αὐτῆς γὰρ ἀνελήφθη, etc., *desiderantur ibi, sive quia sæpe codices quibus usi sumus sententias detruncant, sive quia hæc fortasse glossema sunt auctoris* Chronici. *Octavo sæculo, Germanus patriarcha Constantinopolitanus in epistola ad Thomam episcopum Claudiopoleos* (12) *hæc affert :* Ἀλλὰ καὶ ὁ μακάριος Ἀθανάσιος, τὸ ψαλμικὸν ἑρμηνεύων ῥητόν· *Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβίμ, ἐμφάνηθι,* τοιαύτην περὶ αὐτῶν παραδίδωσιν ἔννοιαν · « Καίτοι ἐκείνων τῶν χερουβὶμ τὰ ἀρχέτυπα ἄγνωστα τὴν φύσιν ἀνθρώποις παντάπασιν ὄντα · πνεῦμα γὰρ καὶ πῦρ ὑπάρχουσι καὶ πάσης σχηματοθεσίας ἀλλότρια καὶ φύσεως. » *Hoc est :* Sed et beatus Athanasius psalmicum illud dictum explicans : *Qui sedes super cherubim, appare* [47], talem de illis tradit notitiam : « Etsi cherubinorum illorum archetypa natura sint hominibus prorsus ignota : spiritus enim et ignis sunt et aliena ab omni corporali habitu et natura. » *Qui locus ideo non comparet in expositionibus nostris, quod ab amanuensibus omissus fuerit versiculus, ut et alia multa, quod qua ratione gestum sit mox narratur. Etsi vero huic versiculo :* Qui sedes super cherubim, manifestare coram Ephraim, Benjamin, et Manasse, *expositio sua adjicitur inferius, psal.* LXIX, *v.* 5, *ea certe secundam solum versiculi partem spectat,* manifestare coram Ephraim, Benjamin et Manasse, *nullatenus autem primam :* Qui sedes super cherubim, *ut hinc propalam sit omissam fuisse horum interpretationem. Item Adrianus I epistola ad Carolum Magnum* (13), *hunc versiculum memorans :* Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges [48], *hæc adjicit :* « Item sancti Athanasii *De interpretatione psalmorum,* inter cætera : Civitas enim Domini, quæ sursum, Jerusalem : imago autem eorum, terrestris. Quod enim dicit tale est : Quoniam terrestris, inquit, induti sunt, imaginem, et non cœlestis, propter hoc ad nihilum redigentur. Audient enim illo tempore, *Nescio vos* [49] : utpote non indutos eadem Domini imagine. » *Hæc omnia videsis psalm.* LXXII, *v.* 20, *ad hunc versum.*

III. *Ad hæc in codice Reg.* 2219 *explicatio illius versus :* Tu es sacerdos in æternum, *ipsissimis verbis affertur, ut legitur psal.* CIX, *v.* 4. *Super hæc omnia Nicetas Heracleæ, ut habet Felckmannus inferius* Monit. in Fragm., *Expositiones Athanasii* in Psalmos, *ut nos proferimus, in Catena sua edidit, cum aliis aliorum Patrum commentariis adjunctas. Narrat Gabriel Grodecius Dantzicanus, professor Hebraicæ linguæ in Academia Lipsiana, vir doctus ac necessitudine mihi conjunctus, extare in bibliotheca S. Salvatoris Leodiensis in codice perantiquo, expositionem Athanasii* in Psalmos *Serviana lingua, quæ est Slavicæ dialectus, sunt autem Servii Mysiæ superioris populus ; nec ambigo ex his nostris Expositionibus Slavice versam fuisse. Hæc augeri possent, verum satis superque sunt ut comprobetur Commentarium Athanasii* in Psalmos *omnibus fere secundum Athanasium sæculis laudatum fuisse. Neque desunt in hujusce operis decursu Athanasiani styli notæ pleræque. Nam ubi occasio sese offert ut Christum comprobet esse Deum, id ille præstat, quo innuitur eo tempore hæc scripta fuisse, quo controversiæ de Christi deitate obortæ sunt. Sic Psal.* XLIX, *v.* 6, *in hæc verba :* Quoniam Deus judex est, *sic ille arguit :* Hic manifeste Christum dicit Deum : nam *omne judicium dedit Pater Filio* [50]. Quod si omne judicium dedit illi, et Deus judex est : ergo Christus est Deus. *Similiter Christum probat esse Deum et iisdem quibus Pater nominibus ornari psal.* LXXXIX, *v.* 25.

IV. *Peculiare est Athanasio quod solo* ἀγαπητοῦ *nomine Unigenitum Dei intelligat cujus, vocis hunc usum ex Homero confirmat ille, pag.* 507. *Eodem autem usu eam vocem habes in hisce Expositionibus psal.* LIV, *v.* 6 : Ἀλλὰ φόβος καὶ τρόμος ἐπέπεσεν τῷ προφήτῃ ὁρῶντι τὸν Ἀγαπητὸν τοῦ Θεοῦ τοιαῦτα ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν πάσχοντα. *Hoc est :* Sed etiam timor et tremor prophetam invasit, cernentem dilectum (sive Unigenitum) Dei hæc ab impiis pati. *Notandum item in hisce Commentariis Filium Dei passim una voce,* μονο-

[46] I Cor. xv, 26. [47] Psal. LXXIX, 20. [48] Psal. LXXII, 2. [49] Matth. XXV, 12. [50] Joan. v, 22.

(10) Infra Psal. CIX, *v.* 1, λόγον
(11) Infra βοῶν.
(12) Tom. VII *Concil.* p. 312.
(13) Ibid. p. 931.

Digitized by Google

γενής, *significari, qua in opusculo in hæc verba,* Omnia mihi sunt tradita a Patre, *p. 82, passim item Christum nuncupat Athanasius. Athanasiana prorsus est cautio illa psal.* CXVIII, *v.* 173 : *Γενέσθω ἡ χείρ σου τοῦ σῶσαί με.* Δηλοῖ γὰρ οὐ τὴν κατ' οὐσίαν γένεσιν αὐτῆς, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὰ σωζόμενα σχέσιν, ὁποῖον καὶ τό· *Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστήν. Hoc est :* « *Fiat manus tua ut salvet me.* Non significat natura factam esse manum ejus, sed ejus statum erga eos qui salutem consequuntur. Quale est illud : *Esto mihi in Deum protectorem.* » *Nam Ariani inepte ex voce* γενέσθω, *et* ἐγένετο, *concludebant Verbum fuisse factum. Miram consonantiam cum hoc loco reperies p.* 368, *ubi etiam illud :* Fias mihi in Deum protectorem, *affertur in medium pag. item* 380. *Nam loca describere longum esset.*

V. *Jam de codicibus nobis agendum. Memoratur a Felckmanno infelix* in Fragm. *ex indice quodam M. Crasii manuscriptorum qui tum temporis Constantinopoli erant, exstare apud illustrissimum principem Jacobum Marmoretam S. Athanasii archiepiscopi Alexandrini explicationem* in Psalterium Davidis.

Andreas Arnoldus, Norimbergensis, in præfatione sua ad Syntagma doctrinæ *nomine Athanasii ab se editum Parisiis anno* 1685, *hæc habet :* « Volebam me conferre ad recensenda sancti Athanasii capitula *in Psalmos,* sicut ex ms. antiquissimo descripseram, diversa a Latinis Angeli Politiani, et Græcis tomi II operum, nisi novæ cunctationis iter fuisset impatiens : dabo initium et finem, ut si quid monendum sit peritiores monere dignentur : Μακάριος ἀνὴρ, ἕως, οὐκ ἐκάθισεν. Τὴν ἀρχὴν τῆς προφητείας τῷ ἐξ αὐτοῦ κατὰ σάρκα τεχθησομένῳ ἀνατίθησιν ὁ Δαβίδ· διὸ ἐν πρώτοις μακαρίζει τοὺς ἐν (*lege* εἰς) αὐτὸν ἐλπικότας. *Desinit :* Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον. Νοήσεις τὴν πνοὴν, ἀφ' ὧν Μωϋσῆς ἀναγέγραφεν· ὅτι λαβὼν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνεῦμα ζωῆς. Ab initio dicitur, tres fuisse ordines apud Judæos, γραμματέων nimirum, καὶ Φαρισαίων καὶ νομικῶν. Probabile est νομικούς istos esse Sadducæos, qui legem sine traditione sectabantur. » *Hæc Arnoldus :* νομικοί *autem illi sunt legisperiti in Evangelio memorati. Hæc autem Arnoldi capitula idipsum sunt quod expositiones nostræ* in Psalterium, *ut liquet ex fragmento ab initio allato, nam in fine mutilæ sunt expositiones istæ. Ut augurari porro licet ex Arnoldi verbis, capitula istæc non integra erant, sed excerpta quædam ex aliqua Catena, nec tantæ molis quantæ hæc commentaria quæ nos edimus.*

VI. *Vir clarissimus Gabriel Grodecius, supra memoratus, cum haud ita pridem bibliothecas Italiæ lustraret, Mediolano litteras ad me misit, et, qua est erga nos humanitate, hanc manuscriptorum bibliothecæ Ambrosianæ notitiam præbuit ipsis verbis.*

EX CODICE MANUSCRIPTO BIBLIOTHECÆ AMBROSIANÆ, QUÆ EST MEDIOLANI CAR. N. N. 451, IN QUO COLLECTA SUNT OMNIA EX CODICIBUS MANUSCRIPTIS EJUSDEM BIBLIOTHECÆ HACTENUS INEDITA.

« Commentarium sancti Athanasii *in Psalmos,* mss. Græco-Lat. Græcum manuscriptum descriptum est ex codice bibliothecæ Regiæ in Escurial., Latine vero translatum (ut mihi referebat D. N.) ab Antonio Giggeo. Quod tamen esse non potest : nam in frontispicio hujus codicis hanc sequentem observationem reperi eadem manu scriptam qua versio illa Latina Commentarii *in Psalmos.*

« Vidi in bibliotheca Ambrosiana illustrissimi card. Borromæ, suggerente clarissimo doctore et linguarum orientalium peritissimo D. Antonio Giggeo, viro mihi charissimo, volumen Arabicum in-16, in charta bombacina, ut vocant, fusca, 300 et ultra annorum, in quo Arabice erant hæc duo opuscula Athanasii *in Psalmos,* perbrevis illa synopsis Psalmorum, aut quocunque allo modo vocetur ad Marcellinum, deinde integri commentarii perpetui in ipsos Psalmos, quos contuli cum istis Græcis, necnon cum Eclogis Catenarum. Ac licet eos laudabiles alioquin, nec indignos Athanasii offenderim, nihilominus tamen neutiquam cum istis conveniebant : solum explicatio primi versus psalmi primi quadrabat cum ecloga quadam Catenæ, quam suo loco notavi, et deinde in secundo versu.... quidem.... quadrabant omnia cum istis commentariis, sed oratione et stylo nequaquam, clareque scriptum nomen Athanasii, *Athanasius patriarcha Alexandriæ.* »

« In hac observatione mentio fit Antonii Giggei, manus vero eadem cum illa versionis Latinæ : ergo neutiquam Giggeus, sed quidam alius auctor versionis istius esse debet, quem indicare mihi nemo potuit. Reperi ibi sub finem etiam quædam adnotata supra psalmum CLI, cui ista nota Athanasii præfixa erat : Οὗτος ὁ ψαλμὸς καὶ ἰδιόγραφος τῷ Δαβὶδ, καὶ ἔξωθεν τοῦ ἀριθμοῦ, ὅτι ἐμονομάχησε τὸν Γολιάθ. Incipit commentarius : Μικρὸς ἤμην ἐν τοῖς ἀδελφοῖς μου.

« Commentarius ejusdem sancti Athanasii *in Cantica Mariæ sororis Moysis, et Moysis.*

« *Synopsis et interpretatio vocum Hebraicarum, quæ in commentariis Athanasii reperiuntur,* ms. Hebræo-Latinum, ordine alphabetico. Incipit : *Aaron psal.* LXXVI, *vers. ult.* אירין, Spiritus, Πνεῦμα, sed communiter exponitur, *mons,* seu *montanus,* sicut et psal. LXXVIII, 6, 7.

« Excerpta quæ ad Athanasium spectant, ex catena *in Psalmos* in Cod. V. Δ. 10 bibliothecæ Ambrosianæ ex his omnibus auctoribus collecta : Nazianzenus, Basilius, Chrysostomus, Athanasius, Nyssenus, Hesychius, Georgius, Theodoretus episcopus Cyrensis, Severus, Origenes, Didymus, Eusebius, Esdras, Eulogius, Isidorus Pelusiota, Aretas, Apollinarius, Jovius (sic scriptum τοῦ Ἰοβίου), Justinus Philosophus, Joannes Philosophus, Ephrem, Maximus, Damascenus, Augustinus, Hieronymus, Antiochus, Adrianus, Theo-

Digitized by Google

dorus Antiochenus, Nilus, Anastasius Nicænus, et Anastasius Sinaita Antiochenus, Asterius, Olympiodorus, Epiphanius, Andreas Cretensis, Andreas Cæsariensis, Cosmas Indicopleustes, Œcumenius, Marcus.... Cassianus, Hippolytus Romanus, Herodianus, Thaumaturgus, præter alios anonymos, ut dicitur ibidem. Et editiones Psalmorum, seu translationes, quibus usi sunt in catena, ibidem dicitur, fuerunt Symmachi, Aquilæ, Theodotionis, et Septuaginta Interpretum. Codex originalis in pergamena antiquissimus, et diversa sunt plurima ab illis a Barbaro editis. In hac collectione Græce tantum.

« Extracta ex Catena Psalmorum in pergameno in cod. III, H. 14, ea quæ pertinent ad Athanasium Græce tantum.

« Periochæ et hypotheses breves Psalmorum, quæ attribuuntur Eusebio in codice VII, E. 18, Græce, excerptæ ex catena integra *in Psalmos* et attributa Athanasio, diversa tamen a catena Barbari Græce tantum.

« Fragmenta Athanasii ex variis catenis collecta *in Epistolas divi Pauli*, et ex catena *in libros Regum*, Græce. Subjicit auctor Latinæ versionis, quem supra indicavi :

« Ex commentario seu catena Titi Bostrensis *in Lucam*, ex Chrysostomo et aliis collecta, hæc reperi ex « Athanasio, quæ postea contuli cum editis a Peltano, quæ eodem modo se habent, sed nomen Athanasii « non ibi expressum, nec hic ubi desierunt, ideoque non plura descripsi, quia sublestæ essent fidei. Οὐχ « ἁπλῶς δὲ τὸ γεννώμενόν φησιν πρὸς τὴν Παρθένον ὁ ἄγγελος, ἵνα μὴ ἔξωθεν ἐπεισαγόμενον αὐτῇ σῶμα νο- « μισθῇ, ἀλλ' ἐπ᾽ἠγαγε καὶ τὸ, ἐκ σοῦ · ἵνα ἐξ αὐτῆς φύσεως τὸ γεννώμενον εἶναι πιστωθῇ · ἅγιον δὲ κληθη- « σόμενον, οὐχ ὡς ἔνοικον ἔξοντα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ ἐκ μετοχῆς ἁγιασθησόμενον · ἀλλ' ὡς ὄντα κατὰ φύσιν « ἅγιον, τῷ τὸν αὐτὸν Υἱὸν ὑπάρχειν Θεοῦ καὶ ἕνα εἶναι. Ita se habebant tres codices in pergamena cum ex- « presso nomine Athanasii ; hoc loco translatio Peltani non exprimit postrema fideliter. »

« Et post pauca alia fragmenta allata hæc observatio ibidem reperitur :

« In *Anthologio* quodam SS. Patrum hæc reperi ex Athanasio in littera A, ordine enim alphabetico di- « gesta erant capita, et omnia desumpta ex veteribus Patribus, istaque erant in voce Ἀστρολογία, ut præ « se fert titulus, cum titulo : Ὅτι εἰ κατὰ ἀστρολογίαν τὰ καθ' ἡμᾶς, Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς κατὰ « Ματθαῖον βίβλου. » Hæc in epistola Grodecii.

VII. *Ex hisce autem unum est, quod nusquam memoratum audivimus, scilicet, Commentarius Athanasii* in Cantica Mariæ et Mosis. *Hoc autem opusculum germanumne sit ex sola lectione internosci potest, cum a nullo, quod quidem norim, antiquo laudatum fuerit. Obnixe vero postulavimus ea transmitti nobis quæ in lucubrationibus nostris desiderantur, sed cum nullus istic amanuensis Græce transcribere possit, votis nostris obsequi minime potuit vir doctissimus Muratorius. Et quantum auguror conjectura, non tanti fortasse pretii sunt cætera : nam fragmenta illa* in libros Regum *et* in Matthæum, *non ex peculiari quodam commentario in hosce libros, sed ex aliis quæ jam exstant Athanasii operibus maxima pars exscripta fuere, ut infra monemus, et experientia comprobavimus. Expositiones autem* in Psalmos *eædem putantur esse quæ nostræ: synopsis vero, seu interpretatio illa vocum Hebraicarum quæ in expositionibus Athanasii exstant ut vel ex prioribus verbis æstimandum relinquitur, nihili est. De reliquis si quando lucem viderint judicium feretur.*

VIII. *Ad codices jam veniamus unde has Athanasii expositiones mutuati sumus : tres Regii sunt,* 1807 *nimirum, quem Regium primum vocamus, Reg. vero* 2, 1878, *Reg.* 3, 1879. *Regius primus est catena antiquissima ab annis plus septingentis exaratus, bonæ notæ. Incommodum tamen accidit, ut nomina scriptorum amanuensis persæpe taceret. Secundus Reg. egregie descriptus et paris antiquitatis, minus tamen accurate exaratus nomina tamen diligenter ascribit. Tertius, qui mediam secundi partem complectitur, recens est et ex secundo exscriptus, ideoque non tanti usus. Tres item Colb. sunt,* 4445, *quem primum Colb. dicimus, secundum vero* 4182; *tertium in duas partes divisum, quarum prima numerum obtinet* 4680, *secunda vero* 4681. *Colbertinus autem, quem primum dicimus, librum ad Marcellinum* De interpretatione Psalmorum *tantum exhibet. Secundus Athanasii et Theodoreti expositiones* in Psalmos, *estque plus* 700 *annorum : tertius expositiones item Athanasii cum nonnullis cæterorum Patrum, hic mendis scatet, quingentorum circiter annorum.*

Harum expositionum fragmenta quædam a Daniele Barbaro, qui postea patriarcha Aquileiensis fuit, edita fuerunt in catena Patrum Græcorum in Psalmos, *Venetiis cusa anno* 1569, *ubi ad quinquagesimum usque psalmum duntaxat expositiones ducuntur. Et accuratior quidem in multis est Corderiana. Hinc anno* 1601 *ex catena Nicetæ Heracleotæ Felckmannus excerpta quædam edidit Athanasium spectantia. Postremo Corderius anno* 1643 *prolixiorem catenam Patrum Græcorum* in totum Psalterium *edidit, tribus tomis comprehensam, in qua nævi non pauci occurrunt. Nobile autem est illud erratum quod expositiones Theodori et Theodoreti Athanasio ascribat. Et quidem, ut auguramur, hæc lapsus causa fuit : Amanuenses ubi in catenis ad marginem nomina scriptorum notant, Athanasii nomen indicant per litteram* A, *cui sequentem in Athanasii nomine,* Θ *scilicet imponunt. Ubi autem Theodori lectio est, primam similiter* Θ *describunt, cui litteram* Δ *desuper scribunt ; hæc autem littera in codicibus proxime ad litteram* A *accedit, ubi igitur vidit* A, *ut putabat, superius* Θ *vero inferius describi, Athanasium his significari arbitratus est.*

Digitized by Google

IX. *Hæ autem expositiones multis in locis deficiunt, quia scilicet amanuenses non omnia aescripserunt, sed pauciora attulerunt quam ferrent Athanasii codices. Raro evenit ut peregrinæ interpretationes nomen Athanasii præferant, id quoad facultas tulit ad marginem notavimus. Et sane perfacile est in hisce stylum Athanasii internoscere, tum quia in argumento plerumque ceu synopsin quamdam totius psalmi ob oculos ponit, et quidem mox afferendæ interpretationi affinem, ut hac tessera facile sit vera a falsis secernere; tum quia tam perspicuus, tam brevis atque pressus in hisce est Athanasius, ut hac item in parte a cæteris perinde distingui possit. In hisce autem vulgo sententiam exponit, ut vocant* spiritualem, *ita ut Nicetas in catena sua Theodoretum pro litterali, Athanasium fere pro* spirituali *afferat. Est tamen haud raro cum litteram attingit et quidem rectissime ad scopum Prophetæ, ut nemo non æstimaturus est. Argumenta psalmorum maximi sane pretii sunt, ubi litteralem etiam sæpe mentem apprime et acute tangit antequam ad* spiritualem *accedat. Multæ hic lectiones Aquilæ et Symmachi exstant hactenus inobservatæ a Drusio et aliis.*

Est locus psalmi LXVII, *quem alienum æstimamus et commentum olet, illud scilicet de calamo ad versum* 31. *Alia fortasse nonnulla non observata a nobis fuerint quæ erudito lectori supplenda demandamus. Psal.* LXVIII, *v.* 17, *dicitur Filius cum Patrem his verbis deprecaretur :* Transeat a me calix iste, *non in hypocrisi, non ut Satanam inescaret ac deciperet, non quod mundi voluntatem ut propriam efferret, ita locutum fuisse. Quibus aperte repugnat explicatio quæ exstat in libro* De passione Domini *tom.* IV, *quem inter suspectos haud injuria ablegavimus. Argum. psalmi* LXX *primum sub Romanis Jerosolymorum excidium memorat, quia secundum item a Romanis illatum fuit sub Adriano. Hæc de expositionibus* in Psalmos *satis sunto.*

Secundum hanc conscriptam admonitionem litteras accepi cl. V. Antonii Muratorii, qui manu propria mihi ea exscripsit in laudatum commentarium in Canticum Mariæ sororis Mosis *paucissima sane ut vides.*

En igitur Commentarii nostri specimen in Canticum Deuteronomii.

Σημαίνει καὶ αὐτὴ τὴν ἔκπτωσιν τῶν Ἰουδαίων καὶ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ, ἣν παρέσχεν αὐτοῖς, καὶ τὴν εἰσαγωγὴν τῶν ἐθνῶν.

Πρόσεχε, οὐρανὲ, καὶ λαλήσω, καί, *etc.*

Ἐπεὶ μέγα ἦν τὸ παράπτωμα Ἰουδαίων, καὶ ἐν οὐρανοῖς μάρτυρες οὐχ εὑρίσκοντο, τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν τὰ μεγάλα στοιχεῖα μαρτύρεται ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου.

Προσδοκάσθω.

Πολὺς γὰρ ὡς ὑετὸς, καὶ ἐπωφελὴς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ κατεχόμενος.

Καὶ καταβήτω.

Μετὰ πραότητος καὶ ἡσυχίας, τουτέστιν ὡς ὄμβρος ἐπ' ἄγρωστιν, καὶ ὡς νιφετός.

Post duos alios versiculos subditur : Desunt reliqua, *atque hic finem expositiones Athanasianæ habent.*

Ex Commentario autem memorato in Psalmos, *aliquot clausulas brevissimas nostris sat dissimiles misit laudatus vir, ita ut brevitatis causa non possit judicium ferri eædemne sint illæ ac expositiones nostræ. Quidquid tandem sit, cum sæpissime nostræ ab auctoribus laudentur Athanasii nomine, hinc conficitur, ipsas non vero alias esse germanas Athanasii expositiones.*

—

ADMONITIO

In Argumentum Athanasii in Psalterium, et in supplementa subsequentia (a).

—

Prodit egregium in Psalmos Argumentum ex codice bibliothecæ Ambrosianæ membranaceo XI *sæculi, optimæ notæ : cujus singula dicta judicium peritiamque scriptoris arguunt. Orditur autem Athanasius a Psalmorum ordine, quorum perturbatam seriem promanasse putat ex Judæorum incuria et negligentia. Paternis quippe despectis legibus, inclinanteque ad simulaerorum cultum animo, libros ac scriptores priscæ religionis interpretes pessumdederunt, ita ut multi hinc inde distracti ac vetustate pene obruti sint, magna pars etiam prorsus interierint. Sub hæc autem cum in pœnam scelerum, multis attriti cladibus, in Babyloniam victorum jussu transmigrassent, quidam inter eos propheta sacros libros colligendi curam suscepit : quos ille uti sese dabant, partesque singulas uti primo occurrebant, nec nativo ordine, digessit. Hinc Psalmorum illa confusio, hinc seriei perturbatio oritur. Hæc vero ex Eusebio mutuatus videtur Athanasius, cujus etiam verba plerumque transcribit. In hoc tamen paulum variat, quod restaurandæ Scripturæ operam, quam Eusebius ab Esdra susceptam ait, ipse alicui prophetarum, nullo speciatim memorato, assignet.*

(a) Hæc post absolutam Maurinam editionem publici juris fecit Montfauconius in *Nova Bibliotheca Patrum*. Argumentum in Psalterium mox sequitur; supplementa vero ex codice Ambrosiano deprompta distinctionis causa uncis conclusimus et priori textui inseruimus. Edit.

Digitized by Google

Quæ de Psalmorum auctoribus postea dicuntur, accurata sane et erudite proposita, magnam habent cum Origenis opusculo, a nobis propediem edendo (a), affinitatem. Argumentum porro suum pulcherrima admonitione claudit Athanasius, ubi qua mente Psalmi sint legendi, ascetas alloquens, etsi paucis, egregie tamen edisserit.

Supplementa Expositionum in Psalmos, ex codice Ambrosiano, dum Mediolani agerenus, exscripsimus. Estque codex ille recens, ab antiquiore Scorialensi desumptus. Nam, ut in Athanasii edito, a nobis haud ita pridem adornato, monuimus (supra, col. 53), *Expositiones illæ Athanasii, non omnibus suis partibus et numeris absolutæ sunt, sed amanuensium ausibus passim truncatæ et in compendium redactæ : quædam etiam ex catenis erutæ. Nihil moror scriptorem nuperum, qui Expositiones illas in Psalmos non esse Athanasii præpopere pronuntiavit, sed nulla oblata negandi ratione. Nihil ille curavit, imo potius dissimulavit, hoc operis omnibus post Athanasium sæculis, Athanasii nomine, allatis plerumque locis ut in hodierno Commentario exstant, a plerisque scriptoribus memorari : nihil movit affinitas styli, verbaque frequentia Athanasiani usus, nihil codicum unde prodierunt vetustas : quæ sane accurato censori, antequam sententiam ferret, serio erant excutienda. Verum ille nasuti se critici partes egisse putavit, cum, missa importuna illa investigandi et disquirendi opera, incunctanter pronuntiavit,* Non sunt Athanasii. *Cui nos pari facilitate reponimus,* Sunt Athanasii : *a qua re denuo comprobanda nos exemisti, dum nihil affers quo tot scriptorum testimonia, totque alia* γνησιότητος *argumenta convellas. Nemo sane nobis dicam impingat, quod ex affectu vel præjudicata opinione spuria vel dubia opera pro germanis et assertis dederimus : nam pro virili, et ut æqui ratio postulabat,* νοθείας *vel* γνησιότητος *notas quibusque præmisimus : ac licet cuique liberum sententiæ adversum nos ferendæ arbitrium mittamus, si quis tamen hanc provinciam adeat, nonnisi excussis argumentis et notis, quas pro facultate tractatibus singulis præmisimus, judicis et censoris partes occupet.*

Lectorem monere juvat, Commentarium alium Athanasii nomine ferri in bibliotheca Justiniana Venetiis, inque Ambrosiana Mediolani, prorsus diversum ab edito, cujus initium : Ἡ μὲν προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθαῖον. *Sed cum a nemine scriptorum memoretur, vel alterius nostro gentilis opus fuerit, vel Athanasium illum magnum ementitur.*

SANCTI ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, ARGUMENTUM IN PSALMOS.

In Hebraico libro Psalmorum, sine numeri additione omnes psalmi inscripti sunt, atque variis modis. Alii quidem una juncti, alii divisi sunt. Statim quippe ab initio primus et secundus in textu Hebraico copulantur; contra vero nonus, qui apud nos conjunctus est, in Hebraico textu dividitur in duos. Totus porro Psalmorum liber in quinque partes distributus est. Observandum est autem ordinem psalmorum nequaquam historiæ et temporum seriem et rationem tenere; verum in multis mutari temporum ordinem, ut commonstrat liber Regnorum. Cum enim Judaicus populus idolorum cultui admodum addictus esset, in summam paternarum Scripturarum oblivionem venerunt, usque adeo ut ne Mosaicæ quidem legis liber compareret, nec quidpiam paternæ pietatis penes ipsos reliquum esset. Cum itaque prophetas interemissent, quod eorum impietates coarguerent, ac propterea in manus Assyriorum traditi, in captivitatem abducti fuissent; sub hæc quidam propheta, qui Synagogam eorum strenue curabat, cum aliis Scripturis librum quoque Psalmorum collegit : non quod simul unoque tempore psalmos omnes repererit, sed diversis temporibus; ac primos ordine posuit eos qui primi reperti fuerant : quo factum est ut ne omnes quidem ipsius Davidis psalmi ordine ponantur, atque psalmi filiorum Core, et Asaph et Salomonis, Mosis quoque, Ætham

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ.

Ἐν τῇ Ἑβραϊκῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν ἄνευ τῆς τοῦ ἀριθμοῦ προσθήκης ἀνεγράφησαν οἱ πάντες καὶ διαφόρως· οἱ μέν εἰσι συνημμένοι, οἱ δὲ διῃρημένοι. Αὐτίκα γοῦν ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος κατὰ τὸ Ἑβραϊκὸν συνημμένοι· καὶ πάλιν ὁ ἔνατος, συνημμένος παρ' ἡμῖν, ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ διῄρηται εἰς δύο. Καὶ πᾶσα δὲ ἡ τῶν Ψαλμῶν βίβλος εἰς μέρη πέντε διῄρηται. Παρατηρητέον δὲ, ὅτι μὴ κατὰ ἀκολουθίαν τῶν τῆς ἱστορίας χρόνων ἡ τῶν Ψαλμῶν σύγκειται τάξις· ἐνήλλακται δὲ παρὰ πολλοῖς τοῖς χρόνοις, ὡς ἡ βίβλος τῶν Βασιλειῶν δηλοῖ. Πολλῆς γὰρ εἰδωλολατρείας κατακρατησάσης τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους, λήθην αὐτοὺς ποιῆσθαι τῶν πατρικῶν Γραφῶν, ὡς μηδὲ φαίνεσθαι βίβλον τοῦ Μωσέως νόμου, μηδὲ μὴν τῆς τῶν πατέρων εὐσεβείας τι σώζεσθαι παρ' αὐτοῖς. Ὅτε γοῦν καὶ τοὺς προφήτας ἀνῄρουν, διελέγχοντας αὐτῶν τὰς δυσσεβείας, καὶ τούτων ἕνεκα τὸ πρῶτον τῇ τῶν Ἀσσυρίων παρεδόθησαν αἰχμαλωσίᾳ· μετὰ δὲ ταῦτά τινα τῶν προφητῶν, περὶ τῆς συναγωγῆς αὐτῶν ἐσπουδακότα, μετά γε τῶν λοιπῶν καὶ τὴν βίβλον τῶν Ψαλμῶν συναγηοχέναι· οὐκ ἀθρόως εὑρόντα τοὺς πάντας, ἀλλὰ κατὰ διαφόρους χρόνους· κατατάττειν δὲ ἐν πρώτοις τοὺς πρώτους εὑρισκομένους· διὸ μηδὲ τοῦ Δαυὶδ ἐφεξῆς εὑρίσκεσθαι τοὺς πάντας, ἐν δὲ τῷ μεταξὺ καὶ τῶν υἱῶν Κορὲ, καὶ τοῦ Ἀσὰφ, καὶ Σολομῶντος, καὶ Μωσέως, Αἰθάμ τε τοῦ Ἰσραηλίτου, καὶ Αἱμὰν, καὶ πάλιν τοῦ Δαυὶδ, εὑρίσκεσθαι ἀναμιξ ἐν

(a) Vide tom. XV, inter Prolegomena. EDIT. PATR.

Digitized by Google

τῇ βίβλῳ τεταγμένους· οὐ καθ' οὓς ἐλέχθησαν χρόνους, ἀλλὰ καθ' οὓς εὕραντο. Τὸ δ' αὐτὸ εὕροις γεγενημένον καὶ ἐν ταῖς τῶν προφητῶν περικοπαῖς.

Israelitæ, Æman, rursumque Davidis permistim positi in libro occurrant; non quo tempore editi, sed quo inventi fuere : quod ipsum in prophetarum periodis et clausulis reperias.

Τοὺς δὲ μετὰ τὸν πρῶτον καὶ δωδέκατον ἀνεπιγράφους ψαλμοὺς, καὶ τοὺς ἐπιγραφὴν ἔχοντας, οὐ δηλοῦντας τίνος εἰσὶν, ἐκείνων εἶναι παῖδες Ἑβραίων φασὶ, ὧν τοὔνομα φέρεται ἐν ταῖς τῶν ἀνεπιγράφων προτεταγμέναις. Τὸν δὲ πρῶτον καὶ δεύτερον, ἕνα ὄντας ἄμφω, τοῦ Δαυὶδ ὑπάρχειν ἡγοῦμαι, διὰ τὸ πάντας τοὺς ἐν τῷ πρώτῳ μέρει τῶν Ψαλμῶν ἐφεξῆς αὐτοῦ εἶναι. Ἀπὸ γοῦν τοῦ τρίτου μέχρι τοῦ μ' τοῦ Δαυὶδ ἐπιγράφονται οἱ πάντες· διό μοι δοκοῦσιν ὑπάρχειν τοῦ αὐτοῦ ὅ τε πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος. Πιστοῦται δὲ λόγον ἡ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων βίβλος, ἐν ᾗ εἴρηται· *Δέσποτα, σὺ ἐποίησας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· ὁ τοῦ πατρὸς ἡμῶν διὰ Πνεύματος ἁγίου στόματος παιδός σου Δαυὶδ εἰπών· Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;* Σαφῶς γὰρ διὰ τούτων τὸν β' ψαλμὸν τοῦ Δαυὶδ ἔφησεν εἶναι. Ἀποσεσιωπῆσθαι δὲ εἰκὸς ἐπ' αὐτὸν τὴν τοῦ Δαυὶδ προγραφὴν, διὰ τὸ γυμνὴν ἔχειν περὶ τοῦ Κυρίου προφητείαν, ἐν ᾗ εἴρηται· *Κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.* Οἷς ἀκολούθως ἐπιλέγει ἐξ αὐτοῦ τοῦ προσώπου τοῦ Χριστοῦ τό· *Κύριος εἶπε πρός μέ· Υἱός μου εἶ σύ.* Φέρονται τοίνυν ψαλμοὶ οἱ πάντες ρν'. Τινὲς δὲ νομίζουσι τοὺς πάντας εἶναι τοῦ μακαρίου Δαυὶδ· οὐ σημαίνεται δὲ τοῦτο. Οἱ μὲν γὰρ πάντες ἀναφέρονται τοῦ Δαυὶδ· ἐν δὲ ταῖς ἐπιγραφαῖς δείκνυταί τίς τίνος ψαλμὸς γεγένηται. Τέσσαρες γὰρ ἄρχοντες ᾠδῶν ἐξελέγησαν, σπη' ἀκόλουθοι. Τῶν οὖν τεσσάρων ἀρχόντων παράκεινται ψαλμοὶ, ὡς καὶ αἱ ἐπιγραφαὶ διδάσκουσιν. Ὁπόταν γὰρ λέγῃ· *Ψαλμὸς τοῖς υἱοῖς Κορὲ, Αἰθὰν, Ἀσὰφ, καὶ Αἱμάν·* αὐτοὶ ψάλλουσιν οἱ υἱοὶ Κορὲ, Αἰθὰν, Ἀσὰφ, καὶ Αἱμάν. Ὅταν εἴπῃ, *Ψαλμὸς τοῦ Ἀσὰφ,* αὐτὸς εἶπεν ὁ Ἀσάφ· ὅταν εἴπῃ, *Ψαλμὸς τοῦ Ἰδιθοὺμ,* αὐτὸς ψάλλει Ἰδιθούμ· ὁπόταν εἴπῃ, *τοῦ Δαυὶδ,* αὐτὸς λέγων ἦν Δαυίδ· ἐπὰν δὲ λέγῃ, *τῷ Δαυὶδ,* ὑφ' ἑτέρων λέγεται εἰς τὸν Δαυίδ. Εἰσὶ μὲν οἱ πάντες ρν', ὧν οβ' εἰσὶ τοῦ Δαυὶδ, θ' δὲ τῷ Δαυὶδ, ιβ' τοῦ Ἀσὰφ, ιβ' τοῖς υἱοῖς Κορὲ, εἷς τοῦ Ἰδιθούμ, εἷς τοῦ Αἰθὰμ, εἷς τοῦ Αἱμὰν, εἷς τοῦ Σαλομὼν, δύο Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου, ἀνεπίγραφοι λθ' καὶ εἷς Μωσέως· πάντες ρν'.

Qui psalmi vero post primum et duodecimum consequuntur sine titulo, necnon ii quibus titulus quidem præmittitur, nec tamen indicatur quo sint auctore editi, eorum esse dicunt Hebræi, quorum nomen scribitur in psalmis qui titulo vacuos antecedunt. Æstimo autem primum et secundum, qui unum constituunt psalmum, Davidis esse; quia quotquot in prima parte subsequuntur, ipsius sunt. A tertio enim ad quadragesimum omnes Davidis inscribuntur, quamobrem mihi ad ipsum videntur pertinere primus atque secundus. Quam sententiam confirmat liber Actuum apostolorum, in quo dicitur [51]: *Domine tu fecisti cœlum et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt. Deus patrum nostrorum qui dixisti per Spiritum sanctum per os David pueri tui: Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania?* His enim perspicue dixit, psalmum secundum Davidis esse. Verisimile autem est, ideo titulum, Davidis, omissum fuisse in eo psalmo, quia nudam et apertam complectitur prophetiam de Domino, qua dicitur, *Adversus Dominum et adversus Christum ejus.* Quibus consequenter adjicit ex ipsa Christi persona : *Dominus dixit ad me : Filius meus es tu* [52]. Omnes itaque psalmi, centum quinquaginta feruntur. Quidam porro arbitrantur omnes beati Davidis esse : neque tamen id aliqua nota significatur. Et verum quidem est universos Davidi ascribi; at in titulis indicatur quo auctore quisque psalmus editus sit. Nam quatuor canticorum principes, ministri vero ducenti octoginta octo, electi fuere. Horum quatuor principum psalmi aliquot circumferuntur, ut vel ipsis docetur titulis. Quando enim dicit: *Psalmus filiis Core, Æthan, Asaph et Æman,* ab ipsis Æthan, Asaph, Æman, filiis Core psallitur. Cum dicit, *Psalmus Asaph;* ipse Asaph recitavit; cum dicit, *Psalmus Idithum,* ipse Idithum psallit : ubi dicit, *Davidis,* ipse David est qui pronuntiavit. Cum autem dicit, *Davidi,* ab aliis recitatur psalmus in Davidem. Sunt quidem omnes centum quinquaginta, quorum septuaginta duo Davidis sunt, novem Davidi, duodecim Asaphi, duodecim filiis Core, unus Idithum, unus Æthan, unus Æman, unus Salomonis, duo Aggæi et Zachariæ; sine titulo triginta novem, unusque Mosis : omnes centum quinquaginta.

Δεῖ τοίνυν θεωρῆσαι τὸ μυστήριον τίνι λόγῳ, διαφόρων ᾠδῶν ὑπαρχόντων, καὶ μὴ πάντων τῶν ψαλμῶν ὄντων Δαυὶδ, ἀναφέρεται εἰς τὸν Δαυὶδ· καὶ τοῦτο οὐ παραδραμούμεθα. Τούτου γὰρ χάριν ἐπεγράφη, ἐπεὶ αὐτὸς αἴτιος γεγένηται τοῦ εἶναι ταῦτα· αὐτὸς γὰρ ἐξέλεξε τοὺς ᾠδούς. Αὐτὸς τοίνυν αἴτιος γενόμενος ἠξιώθη τῆς τιμῆς ταύτης, ἵνα πάντες ὅσα εἶπαν οἱ ᾠδοὶ εἰς τὸν Δαυὶδ καταλογισθῇ.

Animadvertendum itaque mysterium, quæ scilicet causa sit cur, cum diversi sint cantores, neque omnes psalmi Davidis sint, psalterium tamen ad Davidem referatur : hæc ne silentio prætermittamus. Ideo sic inscriptum fuit, quia ipse David in causa fuit cur istæc ederentur : ipse namque cantores elegit. Is igitur qui causa fuit, tanto honore dignatus est, ut quæcunque cantores dixerint, quasi Davidis reputentur esse.

[51] Act. IV, 24, 25; Psal. II, 1. [52] Psal. II, 2, 7.

Digitized by Google

Cum propheta esset David, atque interioribus apertis oculis, probe nosset malignos spiritus gaudere de lapsu hominum, et contra dolere quasi victos de eorumdem resipiscentia et emendatione, intelligibili ac spirituali modo orationes adversum illos emittebat; ex iis hostibus qui sub aspectum cadunt assumpta metaphora. Nisi enim hac ratione prophetarum scopum interpretemur, non modo nullam animæ utilitatem, ex eorum dictis, ad mansuetudinem adipiscendam, percipiemus; verum etiam in asperam quamdam atque evangelicæ doctrinæ adversam animi duritiem ex frequentibus adversus inimicos precibus delabemur, tantum abest ut diligamus illos. Nam sexcenties ait David [83]: *Confundantur et pudore afficiantur omnes inimici mei, et non confundar ego.* Similia enim ne credamus dixisse viros prophetas et amicos Dei alio quam superius a nobis explicato more. Atque ita intelligat oportet vir quisque sedulus ac studiosus, sicubi imprecantem prophetam inveniat, ab hostibus qui sub sensum cadunt ad intelligibiles inimicos facta translatione. Demum vacare oportet ascetam singulorum verborum intelligentiæ.

Ὅτι προφήτης ὑπάρχων ὁ Δαυὶδ, καὶ ἠνεῳγμένους ἔχων τοὺς ἔνδον ὀφθαλμοὺς, καὶ εἰδὼς, ὅτι χαίρουσι τῇ πτώσει τῶν ἀνθρώπων τὰ πονηρὰ πνεύματα, καὶ πάλιν ἀντιλυποῦνται ἡττώμενα ἐπὶ τῇ διορθώσει τῶν ἀνθρώπων, πάντως ὅτι νοητῶς τὰς κατ' αὐτῶν προσευχὰς ἐποιεῖτο, ἐκ τῶν αἰσθητῶν ἐχθρῶν πρὸς αὐτὰ μεταβαλλόμενος. Εἰ γὰρ μὴ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐκλάβωμεν τὸν σκοπὸν τῶν προφητῶν, οὐ μόνον οὐδεμίαν οἰκοδομὴν ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς εἰρημένων πρὸς κτῆσιν πραότητος ἕξομεν, ἀλλὰ καὶ σκληράν τινα καὶ ἐναντίαν τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας διάθεσιν ἀναληψόμεθα ἐκ τοῦ κατεύχεσθαι συχνῶς τῶν ἐχθρῶν, καὶ μὴ ἀγαπᾷν· μυριοντάκις λέγοντος τοῦ Δαυὶδ, *Αἰσχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν πάντες οἱ ἐχθροί μου, καὶ μὴ αἰσχυνθείην ἐγώ.* Ταῦτα δὲ οὐκ ἂν πεισθείημεν οὕτως εἰρηκέναι ἄνδρας προφήτας καὶ φίλους Θεοῦ, εἰ μὴ τῷ προειρημένῳ τρόπῳ. Οὕτω γὰρ χρὴ νοεῖν τὸν φιλόπονον, ἔνθα ἂν ἐπαρώμενον εὕροι προφήτην, ἐπὶ τοὺς νοητοὺς ἐχθροὺς ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν μεταβάλλοντα. Λοιπὸν δὴ κατασχολάζεσθαι τὸν ἀσκητὴν παντὸς ῥήματος τὴν κατανόησιν.

[83] Psal. xxxiv, 4.

SANCTI ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

EXPOSITIONES IN PSALMOS.

PSALMUS I.

Argumentum.

Initium prophetiæ Christo ab ipso secundum carnem nascituro offert David. Quamobrem in primis beatos dicit qui sperant in eo.

[Beatos autem vocat eos qui non abeunt in consilium impiorum, neque stant in via peccatorum neque sedent in cathedra pestilentium. Nam tres ordines apud Judæos erant contra Salvatorem insurgentes, scribæ scilicet, Pharisæi et legisperiti, qui jure atque merito impii, peccatores et pestilentes nuncupentur. Via dicitur hæc vita, quia ii qui nascuntur, ad finem pergunt.]

1. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.* Potest consilium impiorum cœtus dici ac conventus improborum. Cumque noxium sit sese impiorum cœtibus immiscere, beatum dicit eum, qui ne tantillum quidem ad illorum conventus accedit. Hujusmodi erat Joseph ab Arimathia: qui corpus Domini ac Dei sepelivit. De illo namque dictum fuit quod non astipularetur consilio eorum qui Jesum prodidere. *Et in cathedra pestilentium non sedit.* Per ca-

ΨΑΛΜΟΣ Α'.

Ὑπόθεσις.

Τὴν ἀρχὴν τῆς προφητείας τῷ ἐξ αὐτοῦ τεχθησομένῳ Χριστῷ ἀνατίθησιν ὁ Δαυίδ. Διὸ ἐν πρώτοις μακαρίζει τοὺς εἰς αὐτὸν ἠλπικότας.

[Μακαρίους δὲ καλεῖ τοὺς μὴ πορευθέντας ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, μήτε μὴν στάντας ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν, μήτε ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν καθεστηκότας. Τρία γὰρ ἦν τὰ τάγματα παρὰ Ἰουδαίοις κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπαναστάντα, γραμματεῖς, Φαρισαῖοι, καὶ νομικοί· οἳ καὶ κληθεῖεν εἰκότως ἀσεβεῖς καὶ ἁμαρτωλοὶ καὶ λοιμοί. Ὁδὸς μὲν ὁ βίος εἴρηται διὰ τὴν πρὸς τὸ τέλος τῶν γεννωμένων ἔπαξιν.]

Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν. Δυνατὸν δὲ βουλὴν ἀσεβῶν εἰπεῖν τὴν σύνοδον καὶ τὴν συνέλευσιν τῶν πονηρῶν. Καὶ ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ τοῖς ἀθροίσμασι τῶν ἀσεβῶν παραβάλλειν, μακαρίζει τὸν μηδὲ κατὰ ποσὸν εἰς τὸ αὐτὸν αὐτοῖς ἐρχόμενον. Τοιοῦτος ὑπῆρχεν ὁ Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθίας, ὁ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ θάψας. Εἴρηται γὰρ περὶ αὐτοῦ, ὡς οὐκ ἦν συγκατατιθέμενος τῇ βουλῇ τῶν Ἰησοῦ προδοτῶν. *Καὶ ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν οὐκ*

Digitized by Google

ἐκάθισε. Διὰ τῆς καθέδρας τὴν διδασκαλίαν δηλοῖ, ὡς φησιν· *Ἐπὶ τῆς καθέδρας Μωσέως.* Καθέδρα τοίνυν λοιμῶν ἡ διδασκαλία τῶν πονηρῶν.

Ἡμέρας καὶ νυκτός. Τὸ σύντονον δηλοῖ. Οὐ γὰρ ἡμελημένως δεῖ μελετᾷν τὸν νόμον τοῦ Κυρίου.

[*Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός.* Τῷ νόμῳ, τῷ ἀγγελικῷ δηλονότι. Τὸ σύντονον δηλοῖ· οὐ γὰρ ἡμελημένως δεῖ μελετᾷν τὸν νόμον τοῦ Κυρίου. Οὐ γὰρ ποτὲ δεῖ τοῖς μελετᾶν, ποτὲ δὲ οὔ, ἀλλ' ἀεὶ καὶ διαπαντὸς τοῖς θείοις λογίοις προσηλῶσθαι· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *ἡμέρας καὶ νυκτός.* Καλὸς τοῦ κατορθώματος ὁ μισθός· ὁ γὰρ τῷ θείῳ σχολάζων νόμῳ καὶ τοῖς ἐκ τούτου νάμασιν ἀρδευόμενος. Καὶ ὕδωρ καὶ ὁ Χριστὸς τὴν ἑαυτοῦ διδασκαλίαν ἀνεκάλεσεν εἰπών· *Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρὸς μὲ, καὶ πινέτω.* Τῷ παρ' ὕδασι δένδρῳ ἀπεικασται ἀειτεθηλότι, ἀεὶ βρίθοντι τοῖς ὡραίοις. Οἱ γὰρ τῆς ἀρετῆς ἀθληταὶ τοὺς μὲν τῶν πόνων καρποὺς κατὰ τὸ μέλλον κομίζονται· οἷον δέ τισι φύλλοις κἀντεῦθεν τῇ ἀγαθῇ ἐλπίδι κατασκιάζονται, καὶ κλέπτουσι τῇ ψυχαγωγίᾳ τὴν τῶν πόνων βαρύτητα. Τῷ τοιούτῳ πάντα εὐοδωθήσεται. Οὐδὲν γὰρ ἐναντίον τοῖς θείοις νόμοις διενεργήσει, τῷ τοῦ νόμου βουλήματι συναρμόττων τὸ θέλημα· πρότερον ἅπαντα τῆς κακίας ἀπαγορεύσας τὰ εἴδη, καὶ τῶν θείων νόμων ὑποδείξας τὴν τελειότητα, οὕτως ἐπήγαγε· *Πάντα ὅσα ἂν ποιῇ.*]

thedram, doctrinam significat, ut ipse ait[84]: *Super cathedram Moysi.* Cathedra igitur pestilentium, est doctrina iniquorum.

2. *Die ac nocte.* Fervens animi studium significat. Siquidem non est meditandum negligenter legem Domini.

[*Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.* In lege, angelica videlicet. Contentionem significat ac diligentiam; non enim remisse ac negligenter oportet legem Domini meditari. Neque modo meditandum, modo supersedendum meditatione; sed semper et assidue divinis oraculis sese addicere opus est: id enim significatur hoc dicto, *die ac nocte.* Bona est merces boni operis: qui enim divinæ vacat legi, ejus fluentis irrigatur. Christus quoque doctrinam suam vocavit aquam, cum ait[85]: *Si quis sitit, veniat ad me et bibat.* Ligno ad aquas posito comparatus est, quod semper floret, semper fructibus tempestivis onustum est. Nam virtutis athletæ laborum quidem fructus in futuro reportant, et, ceu quibusdam foliis inde emissis, spe bona adumbrantur, laborumque gravitatem hujusmodi recreatione suffurantur. Tali viro omnia semper prospere vertent. Nihil enim divinis legibus adversarium admittet, qui voluntati legis suam accommodat voluntatem: quia a principio ille omnes malitiæ species eliminavit, et declarata divinarum legum perfectione, ita infert: *Omnia quæcunque faciet.*]

His adjicit Dan. Barbarus: Die autem meditatur qui in virtutibus proficit, nocte vero, qui cum perturbationes insurgunt, immotam servat animi generositatem.

Ἔφαγον, καὶ προσεκύνησαν πάντες οἱ πίονες τῆς γῆς. Τὴν πνευματικὴν δηλονότι τροφήν. Πίονας δὲ αὐτοὺς καλεῖ διὰ τὸ εὐτράφεις τῶν θείων λογίων. *Ἐνώπιον αὐτοῦ πεσοῦνται πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς γῆν.* Τοῦτό φησι, διὰ τὸ κλίνειν αὐτῷ γόνυ τοὺς πιστεύοντας. Οὗτοι δὲ οἱ πιστεύσαντες πάλαι ἦσαν. *Οἱ καταβαίνοντες εἰς τὴν γῆν*· τουτέστιν οἱ πεσόντες εἰς ὄλεθρον καὶ φθοράν, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι αὐτοὺς τὸν Κύριον. D

30. *Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terræ.* Spiritualem videlicet cibum. Pingues autem vocat, ob divinorum eloquiorum succum. *In conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram.* Hoc ait quia fideles genua ipsi flectere solent: hujusmodi autem olim fideles erant. *Qui descendunt in terram;* nimirum qui in perniciem ruunt et in corruptionem, quod Dominum non noverint.

Καὶ ἡ ψυχή μου αὐτῷ ζῇ, καὶ τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ. Ἁγία γὰρ καὶ ἄμωμος ἡ Χριστοῦ γέγονε ζωὴ, ἣν πεποίηται μετὰ σαρκὸς ἐπὶ γῆς. Μόνος γὰρ αὐτὸς οὐκ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, καίτοι καθ' ἡμᾶς γεγονὼς, καὶ σάρκα λαβὼν τὴν φιλαμαρτήμονα. Σπέρμα δὲ Θεοῦ νοηθεῖεν ἂν οἱ δι' αὐτοῦ κεκλημένοι διὰ τῆς πίστεως. *Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη.* Καὶ ταῦτα περὶ τῶν ἐθνῶν σημαίνει.

31. *Et anima mea illi vivet, et semen meum serviet ipsi.* Sancta quippe et inculpata Christi vita fuit, quam cum labore et ærumna carne indutus transegit in terra. Ipse namque solus peccatum non fecit, etsi ad similitudinem nostram factus sit, et carnem assumpserit, quæ per se peccatis obnoxia est: semen autem Dei existimandi qui ab eo per fidem sunt vocati: *Annuntiabitur Domino generatio ventura.* Et hæc quoque de gentibus intelligit.

[40] Joan. XII, 28. [41] Matth. III, 17; XXII, 5. [42] Rom. III, 29, 30.

Digitized by Google

32. *Populo qui nascetur, quem fecit Dominus.* Huic simile est illud: *Non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt*[43].

Λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, ὃν ἐποίησεν ὁ Κύριος. Ὅμοιον τὸ, *Οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, ἀλλὰ ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν.*

1. *PSALMUS David. XXII.*

Argumentum.

Canitur præsens psalmus ex persona gentium exsultantium quod Dominus ipse ad pascua illas perduceret. Et sane mysticum enarrant convivium, quod illis pastor Dominus apposuit.

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυὶδ. ΚΒ'.

Ὑπόθεσις.

Ἄδεται ὁ προκείμενος ψαλμὸς ἐκ προσώπου τῶν ἐθνῶν ἀγαλλομένων ἐπὶ τὸ ποιμαίνειν αὐτοὺς τὸν Κύριον. Καὶ μὴν καὶ μυστικὴν ἐξηγοῦνται εὐωχίαν, ἣν παρέθηκεν αὐτοῖς αὐτὸς ὁ ποιμαίνων αὐτούς.

Daniel Barbarus. Psalmus est redeuntium a Babylonia servitute, quoniam postquam Cyrus rex eos dimisit, cum magna lætitia et copia rerum ad suos reversi sunt. Sed et hoc beatus David ante dicit. Ex persona igitur ipsorum in patriam revertentium ait.

Dominus pascit me, et nihil mihi deerit. Magnifice in Domino sentiunt qui ab illo pascuntur.

Κύριος ποιμαίνει με. Μέγα ἐπὶ τῷ Κυρίῳ φρονοῦσιν οἱ παρ' αὐτοῦ ποιμαινόμενοι.

2. *In loco pascuæ ibi me collocavit.* In herbæ luxuriantis loco me collocavit, spiritualem herbam dicit. *Super aquam refectionis educavit me.* Aqua refectionis sacrum forte baptisma intelligatur, quippe quod peccatorum molem abstergat.

Εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν. Ἐν ὡραιότητι πόας κατεσκήνωσέ με, τὴν νοητὴν πόαν φησίν. *Ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με.* Ὕδωρ ἀναπαύσεως νοηθείη ἂν τὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ἅτε δὴ τὸ φορτίον ἐξαλεῖφον τῶν ἁμαρτιῶν.

[Hæc, inquit, præbe mihi, prius animæ curam gerens: atque ex devio me convertas, ut recta gradiar via.]

[Ταῦτα παρέσχε μοι, φησὶ, πρότερον τῆς ψυχῆς ἐπιμεληθείς, καὶ ἐκ τῆς ἀνοδίας ἐπιστρέψας πρὸς τὸ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ὁδεύειν.]

3. *Animam meam convertit.* Ex captivitate diaboli animam meam ad se convertens, ad sua præcepta deduxit illam ex morte ad vitam. [Ut qui olim neglecta anima sua defecerit, ac per memoratum deinde cibum recreatus sit, aversus et abductus a morte, ait: *Animam meam convertit in viam justitiæ*, in evangelica scilicet dogmata. *Si ambulavero in medio umbræ mortis*, quasi Patrem alloquens. Ipsum autem Christum vocat virgam virtutis, virgam gloriosam, et virgam magnitudinis. Sicut virga corripit, ita et vis facultasque agendi docet quo pacto moderate mala feramus.] Evangelica vero dogmata indicat.

Τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψεν. Ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ διαβόλου ἐπιστρέψας πρὸς ἑαυτὸν τὴν ψυχήν μου, ὡδήγησεν ἐπὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ἐκ θανάτου εἰς ζωήν. [Ὡς παρεκλείπων πάλαι τὴν ἰδίαν ψυχὴν, διὰ τῆς εἰρημένης τροφῆς ἀναλαβὼν ἑαυτὸν, καὶ ἐπιστρέφων ἐκ θανάτου, φησί· *Τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψε ἐπὶ τρίβους δικαιοσύνης·* τὰ εὐαγγελικά φησι δόγματα. *Ἐὰν πορευθῶ ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου,* ὡς πρὸς τὸν Πατέρα. Αὐτὸν δὲ τὸν Χριστόν φησι ῥάβδον δυνάμεως, καὶ ῥάβδον εὐκλεῆ, καὶ ῥάβδον μεγαλότητος. Ὥσπερ ῥάβδος παιδεύει, οὕτω καὶ πρακτικὴ μετριοπαθεῖν ἐκδιδάσκει.] Τὰ εὐαγγελικὰ φησι δόγματα.

4. *Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Ipsum ait Christum. Et illud: *Virgam virtutis emittet tibi Dominus ex Sion*[44]. Et, *virga gloriosa, virga maxima*[45]. Virga est erudiendi potestas; baculus, patrocinium in consolando situm.

Ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτηρία σου, αὐτά με παρεκάλεσαν. Αὐτὸν τὸν Χριστόν φησιν. Καὶ τό· *Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος ἐκ Σιών.* Καὶ *ῥάβδος εὐκλεὴς,* καὶ *ῥάβδος μεγαλώτατος.* Ῥάβδος ἡ παιδευτικὴ δύναμις· βακτηρία δὲ ἡ διὰ τῆς παρακλήσεως ἀντίληψις.

5. *Impinguasti in oleo caput meum.* Et hoc significat mysticum chrisma. *Et calix tuus inebrians me.* Rursum de mystica agit lætitia. *Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus.* Nam qui prædicta omnia nacti sunt, in misericordia Dei positi semper erunt, insuperque habitabunt in domo ejus.

Ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου. Καὶ τοῦτο τὸ χρίσμα τὸ μυστικόν. *Καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον με.* Πάλιν τὴν μυστικὴν εὐφροσύνην φησίν. *Καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξει με πάσας τὰς ἡμέρας.* Οἱ γὰρ τῶν προλεχθέντων ἁπάντων μεταλαβόντες ἔσονται διαπαντὸς ἐν τῷ ἐλέει τοῦ Θεοῦ· καὶ μὴν καὶ κατοικήσουσιν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ.

[*Parasti in conspectu meo mensam.* Mensam mysticam indicat, oleum vero chrisma mysticum, et calicem ibidem memorat.]

[*Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν.* Τράπεζαν τὴν μυστικὴν λέγει, καὶ τὸ ἔλαιον τὸ χρίσμα μυστικὸν, καὶ τὸ ποτήριον λέγει.]

1. *In finem PSALMUS David unæ Sabbatorum. XXIII.*

Argumentum.

Daniel Barbarus. Ascensum Domini præsens psalmus nobis prænuntiat, necnon gentium doctrinam, et quemadmodum cœlesti domicilio dignatæ sunt.

Εἰς τέλος ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυὶδ τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων. ΚΓ'.

Ὑπόθεσις.

Τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ὁ παρὼν ἡμῖν κηρύττει ψαλμὸς καὶ τῶν ἐθνῶν διδασκαλίαν· πῶς ἂν καὶ αὐτοὶ ἄξιοι γένωνται τῶν ἐπουρανίων σκηνῶν.

[43] Joan. I, 13. [44] Psal. CIX, 3. [45] Jer. XVIII, 17.

Digitized by Google

Psalmus autem hic consecutione quadam vicesimo secundo præponi debebat : est enim ad eorum consolationem factus, qui in servitutem Babyloniam adducebantur ; ille autem ad eos dictus est qui ab ea reducebantur. Verum (quemadmodum initio diximus) non ordinatim positi psalmi sunt, sed ut inventi sunt. Cum videret ergo beatus David graviter afflictos eos qui captivi ducebantur, propterea quod patrium solum et proprium templum relinquebant, longius repetens ipsos consolatur dicens : Ne ægre feratis Babylona : nam si honeste et cum virtute vixeritis, et studiose bonos mores vitæ quæsiveritis, ibi etiam Deum invenietis, quandoquidem omnia sua sunt, et in manu ejus sunt omnes fines terræ.

Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Τὴν βασιλείαν ἣν ἐβασίλευσε τῶν ἐθνῶν ἐπιδημήσας ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, διὰ τῶν παρόντων κηρύττει. A

Αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτήν. Ἵνα μή τις τῶν ἐχθρῶν δόξῃ εἶναι μὲν τὴν γῆν τοῦ Σατανᾶ, νυνὶ δὲ αὐτῆς βασιλεῦσαι τὸν Χριστὸν, τούτου χάριν τὸν Χριστὸν αὐτῆς ποιητὴν ἀποδείκνυσιν, ἅμα δὲ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ δηλοῖ, ὥστε τοσοῦτον μέγεθος τῆς γῆς ἐπὶ ὑδάτων στηριχθῆναι. *Καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν.* Ἀντὶ τοῦ, διεκόσμησεν.

[Τότε γὰρ ἕδραν ἡ Ἐκκλησία λαμβάνει, ὅταν τριχυμιῶν προσβαλουσῶν, ἀσείστος διαμείνῃ κατὰ τὴν πίστιν, *Καὶ ἐπὶ ποταμῶν* · ὥστε καὶ ποταμοὺς τὰς διεξόδους ἀκωλύτως ποιεῖσθαι, ὄρη τε καὶ ὕλαι ζωῆς ἀπονέμεσθαι, χώρας καὶ πεδιάδας εἰς οἰκίας καὶ γεωργίας ἀνθρώποις ἀφωρίσθαι.] B

Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου (8); Μετὰ τὸ ἐκθέσθαι τὴν πίστιν, καὶ ἔργων διδασκαλίας ἐξηγεῖται, ἵνα δι' ἀμφοτέρων τῆς ὄντως κληρονομίας ἐπιτύχωμεν οἱ ἀκούοντες.

Ἀθῷος χερσὶ καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ. Περὶ τούτου εἴρηται ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ψαλμῷ. *Ὃς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ.* Ματαίωσιν τὴν ὑψηλοφροσύνην φησί. *Καὶ οὐκ ὤμοσεν ἐπὶ δόλῳ τῷ πλησίον αὐτοῦ.*

Οὗτος λήψεται εὐλογίαν. Τὸν τοιοῦτον γενόμενον ἀθῷον χερσὶ καὶ καθαρὸν τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπὶ δόλῳ μὴ ὠμοκότα, ὑπισχνεῖται τὰς παρὰ Θεοῦ ληψόμενον δωρεάς, ἤτοι εὐλογίαν καὶ ἔλεος. C

Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν Κύριον. Ἡ τὰ προειρημένα φυλάξασα γενεά φησιν.

Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν. Οἱ διακονοῦντες τῷ Σωτῆρι ἐπὶ γῆς ἄγγελοι, ἀναλαμβανομένου αὐτοῦ, ταῖς οὐρανίαις δυνάμεσι δηλοῦσιν ἀνοίγειν τὰς πύλας.

[*Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατός.* Ξενίζονται δὲ αἱ δυνάμεις, ὁρῶσαι μετὰ σαρκὸς αὐτὸν ἐμψυχωμένης ψυχῆς νοερᾶς, διὸ καὶ πυνθάνονται.]

Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Ἐρωτῶσιν αἱ ἄνω δυνάμεις, τὸ παράδοξον τῆς οἰκονομίας ἐκπληττόμεναι. *Κύριος τῶν δυνάμεων αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης.* Μυσταγωγοῦσι τοὺς ἄνω οἱ σὺν αὐτῷ ἀνελθόντες ἄγγελοι τὸ μυστήριον, ὅτι ὁ καταπατήσας τοὺς ἐχθροὺς τοὺς νοητοὺς δηλονότι, αὐτός ἐστιν ὁ τῶν δυνάμεων Κύριος. D

Domini est terra et plenitudo ejus. Hisce prædicat regnum unigeniti Dei Verbi in omnes gentes.

2. *Ipse super maria fundavit eum.* Ne quis ex adversariis putaret terram Satanæ esse, jam vero ipsi dominari Christum, hujus gratia Christum ejus opificem declarat, et una potestatem ejus ostendit, qua tantam terræ molem super aquas fundavit. *Et super flumina præparavit eum.* Id est, concinnavit.

[Tunc enim ecclesia solidítatem accipit, cum fluctibus ac tempestatibus impetita immobilis in fide perseverat : *Et super flumina ;* ita ut sine obice flumina exitus reperiant, montes et silvæ ab animantibus incolantur, agri et planities in domos et agriculturam hominibus seponantur.]

3. *Quis ascendet in montem Domini ?* Postquam fidem exposuit, jam operum doctrinam enarrat, ut quotquot audierimus et obtemperaverimus, per utramque, veram hæreditatem nanciscamur.

4. *Innocens manibus et mundo corde.* Hac de re dictum fuit in decimo quarto psalmo. *Qui non accepit in vano animam suam.* Vanitatem, id est superbiam. *Nec juravit in dolo proximo suo.*

5. *Hic accipiet benedictionem a Domino,* etc. Ejusmodi hominem qui fuerit innocens manibus, corde mundus, nec cum dolo juraverit, pollicetur a Deo donis remunerandum, scilicet benedictione et misericordia.

6. *Hæc est generatio quærentium Dominum.* Quæ scilicet prius memorata observat

7. *Attollite portas, principes, vestras.* Angeli Salvatoris in terra administri, ipso ascendente, cœlestibus virtutibus denuntiant ut portas aperiant.

[*Dominus fortis et potens.* Stupore afficiuntur potestates, cum vident illum in carne cum anima intelligendi vi prædita ; quæ causa est ut scisciteutur.]

8. *Quis est iste rex gloriæ ?* Interrogant supernæ virtutes, admirabilitate œconomiæ stupefactæ. *Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.* Qui cum Christo ascenderunt, eos qui in cœlo erant angelos edocent mysterium, quod scilicet qui spirituales hostes conculcavit ipse sit rex gloriæ.

(8) Ambros. addit : Εἴρηται περὶ τούτων ἐν τῷ ιδ' ψαλμῷ.

Digitized by Google

1. *PSALMUS David. XXIV.*

Argumentum.

in præsenti psalmo cujuslibet eorum qui vocati sunt persona inducitur : eorum scilicet qui una electi sunt ut ad spiritualem vitam dirigantur. Hæc porro verba tempore martyrii recitatu opportuna sunt.

Ad te, Domine, levavi animam meam. Ceu jam ab idololatria aversi loquuntur.

3. *Neque irrideant me inimici mei.* Spirituales videlicet.

Adjicit Daniel Barbarus: Exsecrandi et impuri dæmones, diabolus cum impiis hominibus. Hæc autem dicit cum forte prævideat Christi humanitatem (incarnationem), postquam inimicorum risus cessavit.

[Iniquis quasi iniquus factus sum. Hæc enim iniquitas non frustra fuit.]

Etenim universi qui sustinent te, non confundentur. Exemplo eorum qui jam ante in Deo confisi illustres facti sunt, quia fiduciam habet, affirmat futurum esse, ut quod in votis est consequatur. *Confundantur iniqua agentes supervacue.* Hæc de iis loquitur, qui adhuc idolorum cultu detinentur.

[*Confundantur iniqua agentes*, ab iis qui spem suam in Deo posuerunt, atque clari effecti sunt, quia confidebant se posse votum consequi. Qui agunt inique, *supervacue* firmi consistere volunt. Hæc de iis dicuntur, qui adhuc in idolorum cultu versantur.]

4. *Vias tuas, Domine, demonstra mihi.* Evangelica dogmata ait.

5. *Dirige me in veritate tua.* Hæc ait, ut qui nondum ad veritatem accesserit. *Et doce me, quia tu es Deus salvator meus.* Cum propheta ita oret ac si nondum cognoverit vias Domini, neque edidicerit incedere in semitis ejus; necdum directus sit ad veritatem Dei, nec edoctus de Deo ut salvatore, quis non reformidabit illud : *Væ illis qui sibi sapientes et judicio suo docti sunt* [46] !

7. *Delicta juventutis meæ et ignorantias meas ne memineris.* Juventutem stultitiam ait. Aperta autem stultitia erat idololatriæ eorum tempus. Alio modo per delicta juventutis ea quæ in Ægypto perpetrarunt intelligit : nam et illic idolorum cultui vacarunt. Ne itaque delictorum illorum jam memineris, sed humanitatis et misericordiæ qua tunc vel ignorantes prosecutus es. *Propter bonitatem tuam, Domine.* Non enim meæ dignitatis, sed tuæ benignitatis gratia id consequi rogo.

8. *Propter hoc legem dabit delinquentibus in via.* Illuminabit peccatores, indicabit peccantibus viam.

10. *Universæ viæ Domini misericordia et veritas*, etc. Nam qui divinis sermonibus assidue nutriuntur, accurate ediscunt omnes Salvatoris Christi dispensationes misericordia et veritate esse permi-

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυὶδ. ΚΔ'.

Ὑπόθεσις.

Ἐν τῷ προκειμένῳ ψαλμῷ τὸ ἑκάστου τῶν κεκλημένων εἰσφέρεται πρόσωπον · ἤγουν αὐτῶν τῶν (9) συνειλεγμένων εἰς τὴν πνευματικὴν ἀπευθύνεσθαι ζωήν. Ἐν καιρῷ δὲ μαρτυρίου λεκτέον τούτους τοὺς λόγους.

Πρὸς σέ, Κύριε, ἦρα τὴν ψυχήν μου. Ὡς ἀποστραφέντες ἤδη τῆς εἰδωλολατρείας φασίν.

Μηδὲ καταγελασάτωσάν μου οἱ ἐχθροί. Οἱ νοητοὶ δηλονότι.

Ἐχθρὸς δὲ ὁ διάβολος μετὰ δαιμονίων καὶ τῶν ἀσεβούντων ἀνθρώπων. Ἴσως δὲ καὶ προορᾷ τοῦ Σωτῆρος τὴν ἐνανθρώπησιν, μεθ' ἣν καὶ τῶν ἐχθρῶν πέπαυται λόγος [γέλως].

[Ἐγενήθην τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος. Αὕτη γὰρ ἡ ἀνομία οὐ διακενῆς ἐγένετο.]

Καὶ γὰρ πάντες οἱ ὑπομένοντές σε οὐ μὴ καταισχυνθῶσιν. Ἀπὸ τῶν ἤδη πεποιθότων ἐπὶ Θεῷ καὶ γενομένων λαμπρῶν, διὰ τὸ τὴν πεποίθησιν ἔχειν τῆς εὐχῆς ἐπιτεύξασθαι, διισχυρίζεται. *Αἰσχυνθήτωσαν οἱ ἀνομοῦντες διακενῆς.* Ταῦτα περὶ τῶν ἤδη κατεχομένων ἐν εἰδωλολατρείᾳ φησίν.

[*Αἰσχυνθήτωσαν οἱ ἀνομοῦντες*, ἀπὸ τῶν ἤδη πεποιθότων ἐπὶ Θεῷ καὶ γενομένων λαμπρῶν, διὰ τὸ τὴν πεποίθησιν ἔχειν τῆς εὐχῆς ἐπιτεύξασθαι. Ἰσχυρίζονται οἱ ἀνομοῦντες *διακενῆς*. Ταῦτα περὶ τῶν ἔτι κατεχομένων ἐν εἰδωλολατρείᾳ.]

Τὰς ὁδούς σου, Κύριε, γνώρισόν μοι. Τὰ εὐαγγελικὰ δόγματά φησιν.

Ὁδήγησόν με ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν. Ὡς μηδὲ φθάσας ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν ταῦτά φησιν. *Καὶ δίδαξόν με, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ Σωτήρ μου.* Τοῦ προφήτου, μηδέπω ἐγνωκότος τὰς ὁδοὺς Κυρίου, μηδὲ διδαχθέντος πορεύεσθαι τρίβους αὐτοῦ, καὶ ὡς μηδέπω ὁδηγηθέντος ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ, μηδὲ διδαχθέντος περὶ Θεοῦ ὡς Σωτῆρος, οὕτως εὐχομένου, τίς οὐκ εὐλαβηθήσεται τὸ, *Οὐαὶ οἱ σοφοὶ ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες;*

Ἁμαρτίας νεότητός μου καὶ ἀγνοίας μου μὴ μνησθῇς. Νεότητα τὴν ἀφροσύνην φησίν. Ἀφροσύνη δὲ σαφῶς ὁ τῆς εἰδωλολατρείας αὐτῶν καιρός. Καὶ ἄλλως ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ τὰς ἐν Αἰγύπτῳ · καὶ γὰρ εἰδωλολάτρευσαν ἐκεῖ. Μὴ οὖν ἐκείνων τῶν ἁμαρτημάτων νῦν μνησθῇς, ἀλλὰ τῆς φιλανθρωπίας, δι' ἧς καὶ τότε ἀγνοοῦντας ἐφιλανθρωπεύσω καὶ ἠλέησας. *Ἕνεκεν τῆς χρηστότητός σου, Κύριε.* Οὐ γὰρ διὰ τὴν ἐμὴν ἀξίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν σὴν φιλανθρωπίαν τούτου τυχεῖν ἱκετεύω.

Διὰ τοῦτο νομοθετήσει ἁμαρτάνοντας ἐν ὁδῷ. Φωτίσει ἁμαρτωλούς · ὑποδείξει ἁμαρτάνουσιν ὁδόν.

Πᾶσαι αἱ ὁδοὶ Κυρίου ἔλεος καὶ ἀλήθεια. Οἱ γὰρ διηνεκῶς τοῖς θείοις ἐντρεφόμενοι λόγοις μανθάνουσιν ἀκριβῶς δι' ἐκείνων, ὡς πᾶσαι τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ Θεοῦ ἡμῶν οἰκονομίαι ἐλέῳ καὶ ἀληθείᾳ

(9) Ambros. addit ἁπάντων. Mox post ζωήν adjicit, ἐκ προσώπου δὲ οὗτος τοῦ λαοῦ παντὸς δεομένου τῆς αἰχμαλωσίας ἀπαλλαγῆναι.

[46] Isa. v, 21.

Digitized by Google

συγκέχραντὰι· τοῖς γὰρ μεταμελομένοις ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησαν τὸν ἔλεον καὶ τὴν συγγνώμην ὀρέγει· τοὺς δὲ ἀηττήτους τῆς ἀρετῆς ἀθλητὰς ἀνακηρύττει καὶ στεφανοῖ αὖν ἀληθείᾳ τὴν ψῆφον ἐκφέρων· καὶ μέντοι καὶ τοῖς παρανομίᾳ συνεζηκόσι, καὶ μεταμελείᾳ μὴ χρησαμένοις κατὰ τοὺς τῆς ἀληθείας ὅρους ἐπιφέρει τὰς τιμωρίας.

A stas. Nam iis quos delictorum pœnitet, misericordiam offert et veniam : invictos autem virtutis athletas, victores denuntiat, et coronat cum veritate et æquitate calculum ferens : eos vero qui in peccato vitam egerunt, neque pœnitentia purgati sunt, ex veri et æqui præscripto suppliciis afficit.

[*Καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ κληρονομήσει γῆν.* Αἱ πράξεις, φησὶν, αἱ γενόμεναι πρόξενοι αὐτῷ τοῦ κληρονομῆσαι τὴν νοητὴν γῆν· γενήσονταί γε σπέρμα τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, δι' ὧν τοὺς κατὰ Θεὸν γεννωμένους φησίν.

[13. *Et semen ejus hæreditabit terram.* Ejus opera, inquit, in causa sunt, ut ipse intelligibilem terram hæreditate accipiat : erunt autem, inquit, semen frugi virorum, quibus intelligit eos qui secundum Deum nati sunt.

Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμέ. Δεῖ γὰρ μὴ ὑπτίους εἶναι καὶ ἀναπεπτωκότας, θαῤῥοῦντας τῷ ἐλέει τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς εἰσφέρειν τὸν διὰ τῶν ἔργων πόνον.]

Respice in me. Oportet enim nos, confidentes in misericordia Dei, non supinos esse et abjectos, sed etiam laborem, qui in agendis occurrit, exhibere.]

13. *Daniel Barbarus : Anima ejus in bonis demorabitur.* Actiones illæ quæ ad intellectualem terram hæreditandam conciliatrices factæ fuerint, semina terræ fient bonorum viris illis qui secundum Deum renovabuntur. Hujus, inquit, semen hæreditabit terram; nam perveniet, ait, benedictio usque ad posteros suos.

Κραταίωμα Κύριος τῶν φοβουμένων αὐτόν· B *καὶ διαθήκη αὐτοῦ δηλώσει αὐτούς.* Ἡ εὐαγγελικὴ. Τί δὲ δηλώσει; ἢ τὴν σωτηρίας ὁδόν. Πᾶσα γὰρ, φησὶ, νομοθεσία τοῦ Θεοῦ πρὸς τοῦτο βλέπει, πρὸς τὸ ἐν ἀπολαύσει τοὺς ἀγαθοὺς ποιεῖν ὧν προείλαντο. Τοῦτο γὰρ λέγει· *Δηλώσει αὐτοῖς*, ἀντὶ τοῦ, ἐν ἀπολαύσει αὐτοὺς καταστήσει ὧν προείλαντο.

14. *Firmamentum est Dominus timentibus eum et testamentum ipsius manifestabit illis.* Evangelium scilicet, aut salutis viam. Tota quippe lex Christi hoc spectat ut probos optatis et delectis frui curet. Id namque ait, *manifestabit illis*, id est, exoptatis frui curabit.

Αἱ θλίψεις τῆς καρδίας μου ἐπληθύνθησαν. Πολλοῖς, φησὶν, ἀλγεινοῖς πανταχόθεν περιστοιχίζομαι. Ταύτην μου τοίνυν τὴν ταπείνωσιν καὶ τὴν ταλαιπωρίαν ταῖς ἐμαῖς ἀντιταλαντεύσας παρανομίαις, ὦς τὴν ἄφεσιν, καὶ τὴν συγγνώμην πάρασχε. *Ἐκ τῶν ἀναγκῶν μου ἐξάγαγέ με·* ἐκ τῶν συνεχῶν μου.

17. *Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt.* Multis, inquit, angoribus undique circumventus sum. Hanc itaque meam humilitatem, has ærumnas appendens cum peccatis meis, da remissionem veniamque præbe. *De necessitatibus meis erue me*, assidue scilicet prementibus.

Ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου καὶ τὸν κόπον μου. Δεῖ γὰρ μὴ ὑπτίους εἶναι καὶ ἀναπεπτωκότας, θαῤῥοῦντας τῷ ἐλέει τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ γὰρ εἰσφέρειν τὸν διὰ τῶν ἔργων πόνον.

18. *Vide humilitatem meam et laborem meum.* C Oportet enim non supinos et animo fractos esse, fidentes misericordiæ Dei, sed afferre operum laborem.

Ἴδε τοὺς ἐχθρούς μου, ὅτι ἐπληθύνθησαν. Καὶ ἀπὸ τῆς ἀδικίας τῶν ἐχθρῶν εἰς ἔλεον ἐκκαλεῖται τὸν Θεόν.

19. *Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt.* Ex inimicorum iniquitate sumpta occasione, Deum vocat ad misericordiam.

Ἄκακοι καὶ εὐθεῖς ἐκολλῶντό μοι. Καὶ τοῦτο ἴδιον ἀρετῆς, τὸ μισεῖν μὲν τῶν φαύλων τὰς συνουσίας, τοὺς δὲ τὴν ἰσότητα τιμῶντας καὶ εὐθύτητι χρωμένους συνήθεις ἔχειν καὶ φίλους· τοῦτο γὰρ καὶ ὁ προφήτης ἔφη πεποιηκέναι, ἅτε δὴ θεραπεύειν τοῦτο τὸν Δεσπότην ἡγούμενος.

21. *Innocentes et recti adhæserunt mihi.* Et hoc proprium virtutis est, improborum congressus fugere, æqui autem et recti cultores in amicis et familiaribus habere. Hoc etiam Propheta se fecisse ait : ratus nimirum id esse Dominum colere.

Εἰς τὸ τέλος ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυὶδ. ΚΕ'.

Ὑπόθεσις.

1. *In finem PSALMUS David. XXV.*

Argumentum.

Τῶν πεπιστευκότων εἰς Χριστὸν εἰσφέρεται τὸ πρόσωπον ἀρνουμένων καὶ διισχυριζομένων ἐπὶ τῇ καταστάσει τῆς κοινωνίας τῶν Ἰουδαίων τῶν συνελθυθότων κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.

Inducitur persona eorum qui crediderunt in Christum, negantibus interea et contradicentibus communionis constitutioni Judæis, qui convenerant adversus Dominum et adversus Christum ejus.

Κρῖνόν με, Κύριε, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην. Ἀκακίαν καλεῖ τὸ μὴ μετασχεῖν τῆς φαυλότητος καὶ τῆς ἀπονοίας τῶν Ἰουδαίων. *Καὶ ἐπὶ τῷ*

Judica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Innocentiam dicit non communicare cum perfidia et vesania Judæorum. *Et in Do-*

Digitized by Google

mino sperans non infirmabor. Cum in te spem salutis reponam, firmiter et immotus consistam.

A *Κυρίῳ ἐλπίζων οὐ μὴ ἀσθενήσω.* Βεβαίαν, φησὶν, ἔξω τὴν στάσιν εἰς σὲ τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἀπογραψάμενος.

2. *Proba me, Domine, et tenta me.* Si pervestiges, inquit, profunda animæ meæ, in te solo omnem mentis sollicitudinem me reponere deprehendes. Quod cum agam, acceptus ero tibi, tuæ scilicet veritatis amans.

Δοκίμασόν με, Κύριε, καὶ πείρασόν με. Εἰ ἐξετάσῃς τῆς ψυχῆς μου τὰ βάθη, φησὶν, ἐπὶ τῷ σῷ μόνῳ εὑρήσεις ἐλέει πάντα μου τῆς διανοίας τὸν πόνον ἐπανέχοντα. Τοῦτο δὲ ποιῶν εὑάρεστος ἔσομαι παρὰ σοὶ τὴν σὴν ἀγαπήσας ἀλήθειαν.

Daniel Barbarus : Ure renes meos. Quasi dicat, succende et examina intimas animi mei cogitationes, et perscrutare an ita me habeo ut dico. Porro alia est hic succensio Domini, quam Propheta optat, ab ea quæ fit ardentibus maligni sagittis. Nam Dominus deteriora consumit, et renes et corda expurgat; malignus autem libidines et affectus excitat; propterea ignis qui in rubo erat non exarsit, qui vero in judicibus est,[97] ex rhamno comburere dicitur.

4. *Non sedi cum consilio vanitatis.* Iniquissimorum judaici populi principum consilium apud eum qui corda novit et scrutatur aperte negat et respuit.

B *Οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου ματαιότητος.* Σαφῶς ἐπὶ τοῦ εἰδότος τὰς καρδίας ἐτάζειν τὸ τῶν παρανομωτάτων ἀρχόντων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἀρνεῖται συνέδριον.

6. *Lavabo inter innocentes manus meas.* Purus, inquit, ero a fœdissimis eorum gestis. *Et circumdabo altare tuum, Domine.* Aperte in hisce rationabilem prædicat cultum.

Νίψομαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου. Καθαρὸς ἔσομαι, φησὶ, τῶν μιαφόνων αὐτῶν πράξεων. *Καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου, Κύριε.* Σαφῶς ἐν τούτοις τὴν λογικὴν ἀνακηρύττει λατρείαν.

8. *Domine, dilexi decorem domus tuæ.* [Cupio, inquit, divinam domum videre tuam, quæ gratia tua refulget.] Decor domus sunt qui ornate et religiose in Ecclesia degunt.

Κύριε, ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου. [Ποθῶ, φησὶ, τὸν θεῖον οἶκον ἰδεῖν, τὸν τὴν σὴν ἀποστίλβοντα χάριν.] Εὐπρέπεια τοῦ οἴκου οἱ διαπρέποντες ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ διὰ θεοσεβείας.

9. *Ne perdas cum impiis animam meam.* Rogat a supplicio eximi Judæis parato.

Μὴ συναπολέσῃς μετὰ ἀσεβῶν τὴν ψυχήν μου. Ἔξω τῆς κολάσεως γενέσθαι εὔχεται τῆς ἀποκειμένης τοῖς Ἰουδαίοις.

10. *In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum replèta est muneribus.* Aut quia donis jus ipsi perverterent, aut quia donis proditorem corrupissent; aut quia injuste raperent, ideo dexteram eorum replebant muneribus.

C *Ὧν ἐν χερσὶν αἱ ἀνομίαι, ἡ δεξιὰ αὐτῶν ἐπλήσθη δώρων.* Ἢ ὡς καὶ αὐτῶν δώροις παρακρινόντων τὸ δίκαιον, ἢ διὰ τὸ δώροις τὸν προδότην ἐξωνήσασθαι· ἢ ἐπειδὴ ἡρπάζοντο ἀνομίαν· διὰ τοῦτο τὴν δεξιὰν αὐτῶν ἐπλήρουν δώρων.

1. *PSALMUS David priusquam liniretur. XXVI.*

Argumentum.

Instructionem adversus hostes complectitur hic Psalmus, quæ ex bonis sibi a Deo collatis nota erat, atque cum confessione rogat secundis se donis augeri. Illud autem : *Antequam ungeretur*, significat, ipsum divino Spiritu prospicere, ungendum se fore in regem, tentationibusque impetendum. Fortitudine lumbos præcinctus ad pericula propulsanda admodum præmunitur.

ΨΑΛΜΟΣ *τοῦ Δαυὶδ πρὸ τοῦ χρισθῆναι.* ΚΖ'.

Ὑπόθεσις.

Περιέχει ὁ ψαλμὸς κατήχησιν κατ' ἐχθρῶν, ἀφ' ὧν ἤδη ἐδέξατο παρὰ Θεοῦ γινωσκομένην, καὶ αἴτησιν δευτέρων ἀγαθῶν μετ' ἐξομολογήσεως. Τὸ δὲ, *πρὸ τοῦ χρισθῆναι*, ἐκεῖνο σημαίνει, ὅτι, τῷ Πνεύματι τῷ θείῳ προεωρακὼς, ὡς χρισθήσεται μὲν εἰς βασιλέα, περιπέσει δὲ τοῖς πειρασμοῖς, ἀνδρείᾳ περιζωσάμενος τὴν ὀσφὺν εὖ μάλα περὶ τοὺς κινδύνους ἀντιτοῦσθαι διαβεβαιοῦται.

Adjicit Daniel Barbarus : Vicesimus sextus, septimus, octavus et nonus psalmi idem habent argumentum. Siquidem subjecto in Assyrios eodem ex persona beati Ezechiæ dicuntur, prædicente David, et ad hoc argumentum revocante Propheta illius personam, ita ut eadem verba prædicet et affectus ostendat. Cæterum imitationem et differentiam quamdam habent hi psalmi : nam vicesimus sextus, et vicesimus septimus, victoriæ carmina sunt tantum pro deletis Assyriis : at vicesimus octavus et vicesimus nonus de incolumitate et sanitate Ezechiæ restituta mentionem faciunt.

Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo? Adversarias potestates despicit, quia in Domini illuminatione confidit. Ate, inquit, illuminatus, omnes una hostes contemno

D *Κύριος φωτισμός μου καὶ Σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι;* Κατευμεγεθεῖ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων τῷ φωτὶ τοῦ Κυρίου θαῤῥήσας. Ὑπὸ σοῦ, φησὶ, φωτιζόμενος πάντων ὁμοῦ τῶν πολεμούντων καταφρονῶ.

Daniel Barbarus : Dominus protector vitæ meæ. Quis adeo insidiarum potens erit, ut potens Deus est ad auxilium ferendum ?

[97] Judic. IX, 15.

Digitized by Google

Ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ' ἐμὲ κακοῦντας. Προσῆλθον μὲν, φησὶ, διαφθεῖραι θέλοντες πεπόνθασι δὲ ὃ δρᾶσαι ἠλπισαν.

Τοῦ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου. Καὶ γὰρ ἀγιοπρεπὴς ἡ αἴτησις γέγονε, καὶ Θεῷ δοῦναι ἀξία. *Τῷ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα Κυρίου.* Ἐν ταύτῃ, φησὶν, εὔχομαι διαπαντὸς οἰκεῖν, ἐν ᾗ καὶ τῆς σωτηρίας ἐπέτυχον.

Ἐν πέτρᾳ ὕψωσέν με. Σαφῶς ὁ Παῦλος τὴν πέτραν εἶναι τὸν Χριστὸν διισχυρίζεται. *Ἄσω καὶ ψαλῶ τῷ Κυρίῳ.* Σαφῶς τὴν τοῦ, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, ἀνακηρύττει λατρείαν.

Εἰσάκουσον, Κύριε, τῆς φωνῆς μου. Ἀντὶ τοῦ, Εὐχαριστῶ σοι ὑπὲρ τῶν παρεληλυθότων, δεηθήσομαι δὲ ὑπὲρ τῶν ἐξῆς.

Νομοθέτησόν με, Κύριε, ἐν τῇ ὁδῷ σου. Τὸν εὐαγγελικὸν νόμον εὔχεται γυμνωθῆναι αὐτῷ· αὐτὸς δὲ γὰρ ἦν καὶ ἡ εὐθεῖα ὁδός.

Καὶ ἐψεύσατο ἡ ἀδικία ἑαυτῇ. Τουτέστιν ἠσθένησεν ἡ καθ' ἡμῶν ἀδικία.

Πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Κυρίου ἐν γῇ ζώντων. Τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ φησιν.

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυὶδ. ΚΖ'.

Ὑπόθεσις.

Ἄδει τὸν παρόντα ψαλμὸν ἐκ προσώπου τῶν πιστευσάντων εἰς Χριστὸν, διὰ δεήσεως εἰς ἐπικουρίαν καλῶν τὸν Θεόν· ἅμα δὲ καὶ τῆς Ἰουδαίων ἀπονοίας κατάρασιν ἔχει καὶ εὐχὴν τοῦ χωρισθῆναι τῆς χείρονος ἐκείνων μερίδος.

Πρός σὲ, Κύριε, κεκράξομαι... καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. Ἔθος τῇ θείᾳ Γραφῇ λάκκον ὀνομάζειν τὸν ᾅδην.

Μὴ συνελκύσῃς με μετὰ ἁμαρτωλῶν. Ἁμαρτωλοὺς τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος φησὶ, κατὰ τὸ εἰρημένον αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος· *Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, ὅτι ἐγώ εἰμι, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἀποθανεῖσθε.* Αὐτοὶ δὲ καὶ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ὅτι τὸν ἀθῷον καὶ δίκαιον ἀπέκτειναν, ὃν οὐκ ἀποκτεῖναι ὁ νόμος ἐκέλευσεν. *Τῶν λαλούντων εἰρήνην μετὰ τῶν πλησίον αὐτῶν.* Τοῦτό φησιν, ὅτι, διδάσκαλον καὶ ἀγαθὸν ἀποκαλοῦντες τὸν Σωτῆρα, κακὰ διελογίζοντο κατ' αὐτοῦ.

Ὅτι οὐ συνῆκαν εἰς τὰ ἔργα Κυρίου. Ἀντὶ τοῦ, Οὐκ ἠθέλησαν, φησὶ, τὴν οἰκείαν παραδέξασθαι σωτηρίαν.

Καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου. Σαφῶς τὴν ἀνάστασιν ἐν τούτοις κηρύττει.

2. *Dum appropiant super me nocentes.* Accesserunt, inquit, animo mei perdendi, quod sperabant illaturos se mali, accidit ipsis.

4. *Ut inhabitem in domo Domini.* Etenim sancta et æqua postulatio, quam concedere Deo dignum est. *Ut videam voluptatem Domini.* In hac, inquit, precor mihi semper habitare liceat, in qua sum salutem consecutus.

6. *In petra exaltavit me.* Aperte Paulus petram esse Christum affirmat [48]. *Cantabo et psalmum dicam Domino.* Manifeste cultum per hæc verba, Sanctus, sanctus, sanctus [49], redditum prædicat.

7. *Exaudi, Domine, vocem meam.* Quasi dicat: gratias tibi de præteritis ago, supplico pro futuris.

11. *Legem pone mihi, Domine, in via tua.* Evangelicam legem sibi notam fieri postulat; ipsa enim recta via est.

12. *Et mentita est iniquitas sibi.* Id est, fracta est iniquitas qua impetebamur.

13. *Credo videre bona Domini in terra viventium.* Supernam Jerusalem intelligit.

PSALMUS David. XXVII.

Argumentum.

Præsentem canit psalmum ex persona credentium in Christum, et supplex Dei implorat auxilium; atque una Judæorum vesaniæ exsecrationem continet, atque a pessima illorum sorte separari postulat.

1. *Ad te, Domine, clamabo.... et assimilabor ascendentibus in lacum.* Mos divinæ Scripturæ lacum appellare infernum.

3. *Ne simul trahas me cum peccatoribus.* Peccatores Judæorum gentem dicit, juxta illud a Salvatore dictum: *Nisi credideritis quia ego sum, in peccatis vestris moriemini* [50], ipsi interea operantes iniquitatem, cum innocentem et justum contra quam lex vetaret occiderent. *Qui loquuntur pacem cum proximo suo.* Hoc ait quia Salvatorem magistrum et bonum appellantes, mala moliebantur ipsi.

5. *Quoniam non intellexerunt opera Domini.* Quasi diceret: Noluerunt propriam admittere salutem.

7. *Et refloruit caro mea.* Aperte his resurrectionem prædicit.

Adjicit Daniel Barbarus: Refloret caro nostra cum spem resurrectionis accipimus; cæterum non caro, sed cor alii verterunt.

Daniel Barbarus: Ex voluntate mea confitebor ei. Dixit *ex voluntate*, ad differentiam legalis cultus, qui suppliciorum metu afficiebatur, id est, non invitam et coactam, sed voluntariam et promptam tibi laudem proferam: sic et alias dixit: *Voluntarie sacrificabo tibi* [51]: Et *voluntaria oris mei beneplacita fac, Domine, et exaudi me* [52]. Sed quoniam verbum confiteri et damnationem peccatorum, et gratiarum actionem significat; ideo si hoc loco pro damnatione peccati commissi sumatur, innuit quod non pudore et respectu hominum peccare destitit: sed quoniam respexerit ad odium et noxam peccati: si vero sumitur pro gratiarum actione, ostendit se de omnibus gratias agere, idque summa cum voluntate præstare: nam id vel dolore vel necessitate agere, non est ex voluntate confiteri.

[48] I Cor. x, 4. [49] Isa. vi, 3. [50] Joan. viii, 24. [51] Psal. liii, 8. [52] Psal. cxviii, 108.

Digitized by Google

8. *Et protector salvationum Christi sui est.* Christum sive unctum hic vocat populum in regale sacerdotium inunctum. Ipse igitur, ait, Dominus populum protegit, ut salutem populo paret quem per se et ad se inunxit.

9. *Et pasce illos, et extolle illos usque in æternum.* Ipse namque nos pascet misso in vicem sui Paracleto. Et quidem nos extollit, id est, sublimes agit in futura et infinita sæcula.

PSALMUS David, de exitu Tabernaculi. XXVIII. Argumentum.

Canitur præsens psalmus ejecto Israelis populo, gentibusque eorum vice accitis, quod ipsa indicat inscriptio, Exitus Tabernaculi, quæ palam nobis exitum illorum significat.

1, 2. *Afferte Domino, filii Dei.* Filios Dei sanctos apostolos vocat, quippe quos dicere docuerit: *Pater noster qui es in cœlis* [53]. *Afferte Domino filios arietum.* Filios arietum vocat eos qui per apostolos ex Judæis ad fidem Domini sunt vocati, vel etiam qui ex gentibus accesserunt, quippe qui ex irrationalibus patribus nati sunt. *Afferte Domino gloriam et honorem.* Gloriam affert Domino qui bonis operibus vacat, secundum illud quod dictum est: *Ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum* [54]. Rursus honorem affert qui bona edit opera, juxta id quod dictum est [55]: *Honora Dominum de justis tuis operibus.*

Adorate Dominum in atrio sancto ejus. Palam edicit, non oportere nos extra ecclesiam adorare: quod heterodoxorum conventuum causa dicitur. [Non oportet extra ecclesiam adorare, sed in ipsa aula Dei. Ne mihi, inquit, proprias aulas et synagogas excogitetis, una est aula sancta Dei.]Possumus item, mente sursum erecta, per atrium cœlestem mansionem intelligere.

3. *Vox Domini super aquas.* Aquas dicit eorum multitudinem qui per eas salutem consequuntur. Aquæ sunt sancti, quoniam flumina de ventre eorum fluent, [56] spiritualis videlicet doctrina', qua irrigant auditores. Super hujusmodi aquas Dominus est. Sed quod historiam spectat, Elias cum pluviæ defectus esset, audivit vocem aquarum multarum (*alius codex*). Vocem Domini ait in Jordane a Deo et Patre emissam ac dicentem [57]: *Hic est filius meus dilectus*, quam etiam tonitruo comparat.

5. *Vox Domini confringentis cedros.* Cedros hic dicit adversarias potestates. *Et confringet Dominus cedros Libani.* Cedros Libani ait sublimes Judaici populi homines: quia plerumque in divina Scriptura Libanus Jerosolyma dicitur.

6. *Et comminuet eas tanquam vitulum Libanum.* Vitulus, id est altare. *Et dilectus quemadmodum filius unicornium.* Dilectus apostolorum chorus filius

Καὶ ὑπερασπιστὴς τῶν σωτηρίων τοῦ Χριστοῦ. Χριστὸν ἐνταῦθα τὸν χρισθέντα λαὸν εἰς βασίλειον ἱεράτευμά φησιν. Αὐτὸς οὖν, φησὶν, ὁ Κύριος ὑπερασπίζει εἰς τὸ σῶσαι τὸν χρισθέντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν λαόν.

Καὶ ποίμανον αὐτοὺς, καὶ ἔπαρον αὐτοὺς ἕως τοῦ αἰῶνος. Αὐτὸς γὰρ ἡμᾶς ποιμανεῖ, πέμψας ἡμῖν ἀντ' αὐτοῦ καὶ ὡς ἑαυτὸν τὸν Παράκλητον. Καὶ μὴν καὶ ἐπαίρει, τουτέστιν ὑψηλοὺς ἀποφαίνει εἰς τοὺς μέλλοντας καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας.

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυὶδ ἐξόδου Σκηνῆς. ΚΗ'.

Ὑπόθεσις.

Ὁ παρὼν ᾄδεται ψαλμὸς, ἐκβαλλομένων μὲν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ἀντεισαγομένων δὲ τῶν ἐθνῶν. Τοῦτο δὲ δηλοῖ καὶ ἡ ἐπιγραφὴ ἡ λέγουσα, Ἐξόδου Σκηνῆς, σαφῶς τὴν ἔξοδον αὐτῶν ἡμῖν κατασημαίνουσα.

Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ, υἱοὶ Θεοῦ. Υἱοὺς Θεοῦ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους καλεῖ· ἐδίδαξε γὰρ αὐτοὺς λέγειν· *Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ υἱοὺς κριῶν.* Υἱοὺς κριῶν τοὺς κληθέντας δι' αὐτῶν ἐκ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους εἰς τὴν πίστιν τὴν ἐν Κυρίῳ σημαίνει· ἢ καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότας, ἅτε δὴ φύντας ἐξ ἀλόγων πατέρων. *Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν.* Δόξαν μὲν φέρει τις τῷ Κυρίῳ ἀγαθοεργῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν.* Τιμὴν δὲ πάλιν, ἀγαθὰς ἐπιτηδεύων πράξεις, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Τίμα τὸν Κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων.*

Προσκυνήσατε τῷ Κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ. Σαφῶς διὰ τούτων ἡμῖν παρακελεύεται, ὡς ἔξω τῆς ἐκκλησίας οὐ δεῖ προσκυνεῖν. Τοῦτο δέ φησι διὰ τὰς τῶν ἑτεροδόξων συναγωγάς. [Προσκύνησις δὲ οὐ χρὴ ἔξω τῆς ἐκκλησίας, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ αὐλῇ τοῦ Θεοῦ τελουμένη. Μή μοι, φησὶν, ἰδίας αὐλὰς καὶ συναγωγὰς ἐπινοεῖτε· μία ἐστὶν αὐλὴ ἡ ἁγία Θεοῦ.] Δυνατὸν δὲ αὐλὴν ἐπαναβεβηκότας νοῆσαι τὴν ἐπουράνιον διαγωγήν.

Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων. Ὕδατά φησι τῶν διὰ τούτων σωζομένων τὰ πλήθη. Ὕδατα οἱ ἅγιοι, διόπερ ποταμοὶ ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτῶν· τουτέστι πνευματικὴ διδασκαλία, δι' ἧς ἄρδουσι τοὺς ἀκούοντας. Ἐπὶ τῶν τοιούτων οὖν ὑδάτων ὁ Κύριος. Ἀλλὰ καθ' ἱστορίαν Ἠλίας μετὰ τὴν ἀβροχίαν ἤκουε φωνὴν ὑδάτων πολλῶν. Τὴν γενομένην φησὶν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ λέγουσαν· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς*, ἣν καὶ βροντῇ παρεικάζει

Φωνὴ Κυρίου συντρίβοντος κέδρους. Κέδρους ἐν τούτοις τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις φησίν. *Καὶ συντρίψει Κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου.* Κέδρους Λιβάνου τοὺς ὑψηλοὺς τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ φησιν, διὰ τὸ ὠνομάσθαι πολλάκις ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ Λίβανον τὴν Ἱερουσαλήμ.

Καὶ λεπτυνεῖ αὐτὰς ὡς τὸν μόσχον τὸν Λίβανον. Ὁ μόσχος τὸ θυσιαστήριον δηλοῖ. *Καὶ ὁ ἠγαπημένος ὡς υἱὸς μονοκερώτων.* Ὁ ἠγαπημένος,

[53] Matth. VI, 9. [54] Matth. V, 16. [55] Prov. III, 9. [56] Joan. VII, 38. [57] Matth. III, 17.

Digitized by Google

φησι, τῶν ἀποστόλων χορὸς υἱὸς γέγονε μονοκερώτων. Μονοκέρωτες δὲ οἱ ἅγιοι προφῆται καὶ πατριάρχαι, ὧν υἱοὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι· διὰ τὸ ἐπὶ μόνῳ Θεῷ τὸ κέρας καὶ τὴν ἰσχὺν ἔχειν.

Φωνὴ Κυρίου διακόπτοντος φλόγα πυρός. Αὐτὴν τὴν ἐπαγγελίαν σημαίνει, ἣν τοῖς ἁγίοις ἐπηγγείλατο λέγων· *Καὶ ἐὰν ἐν μέσῳ πυρὸς διέλθῃς, πῦρ οὐ κατακαύσει σε.*

Φωνὴ Κυρίου συσσείοντος ἔρημον. Τὸ, *συσσείων* ἐνταῦθα εἴρηται ἐπὶ τοῦ ἐξακούστου πάλιν, ὡς τὸ, *Εἰσελθόντος τοῦ Ἰησοῦ, ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις.* Ἔρημον δὲ τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν λέγει, τὴν πάλαι ἔρημον οὖσαν τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως. *Καὶ συσσείσει Κύριος τὴν ἔρημον Κάδης.* Κάδης *ἁγία* ἑρμηνεύεται. Ἁγία δὲ ἡ Χριστοῦ Ἐκκλησία νοεῖται

Φωνὴ Κυρίου καταρτιζομένη ἐλάφους, καὶ ἀποκαλύψει δρυμούς. Ἔλαφοι μὲν οἱ ἅγιοι· *καταρτιζομένη* δὲ ἀντὶ τοῦ, εὐτρεπίζοντος. Αὐτὸς γὰρ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους εὐτρεπίσας ἐξέπεμψε, κατὰ τὸ, *Πορευθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη.* Δρυμοὺς τὴν Ἐκκλησίαν ἀποκαλεῖ, διὰ τὸ πάλαι ξύλων ἀκάρπων εἶναι μητέρα.

[*Καὶ ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν.* Ὁ Κύριος, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους εὐτρεπίσας ἐξέπεμψεν, ὥστε τοὺς δαίμονας ἀποσοβῆσαι, καὶ τὰ ἔθνη εἰς ἐπίγνωσιν Θεοῦ ἀγαγεῖν.]

Κύριος τὸν κατακλυσμὸν κατοικιεῖ. Κατακλυσμὸν τὸ πλῆθος τῶν πιστευσάντων λέγει κατὰ τὸ εἰρημένον, ὅτι *Ἡ σύμπασα γῆ ἐνεπλήσθη τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον*, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι θάλασσαν. *Καὶ καθιεῖται Κύριος βασιλεὺς εἰς τὸν αἰῶνα·* ὅμοιον τῷ, *Ὅτι αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ.*

Κύριος ἰσχὺν τῷ λαῷ αὐτοῦ δώσει. Ὅμοιον τῷ· *Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. Κύριος εὐλογήσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν εἰρήνῃ.* Ὅμοιον τῷ, *Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν.*

A fuit unicorninm. Unicornes autem sunt sancti prophetæ et patriarchæ, quorum filii sunt sancti apostoli, eo quod cornu et fortitudinem in solo Deo habuerint.

7. *Vox Domini intercidentis flammam ignis.* Promissionem illam significat qua sanctis se obligavit dicens [58]. *Et si per medium ignis transieris, ignis non te comburet.*

8. *Vox Domini concutientis desertum. Concutiens* hic dictum est, eo quod ex sonitu audiretur, ut est illud : *Ingrediente Jesu commota est universa civitas* [59]. Desertum autem dicit Ecclesiam gentium, quæ olim deserta et destituta esset Dei cognitione. *Et commovebit Dominus desertum Cades.* Cades *sancta* interpretatur. Et vere Ecclesia Christi sancta censetur.

B

9. *Vox Domini præparantis cervos, et revelavit condensa.* Cervi sunt sancti. *Præparantis* autem est eos adornantis : ipse namque sanctos apostolos adornatos et instructos misit, juxta illud : *Euntes docete omnes gentes* [60]. *Condensa* autem Ecclesiam dicit, quod esset olim infructuosarum arborum mater.

[*Et in templo ejus quivis gloriam dicit.* Dominus cum sanctos apostolos præparasset, emisit eos, ut dæmones exterrerent atque fugarent, et gentes in Dei cognitionem agerent.]

10. *Dominus diluvium inhabitare facit.* Diluvium ait esse gentium multitudinem, juxta illud quod dictum est : *Omnis terra impleta est cognitione Domini* [61], ceu aqua multa quæ mare operiat. *Et sedebit Dominus rex in æternum*, huic simile, *quoniam ipsi curvabitur omne genu* [62].

C

11. *Dominus virtutem populo suo dabit :* Simile huic : *Omnia possum in eo qui me confortat Christo* [63]. *Dominus benedicet populo suo in pace*, simile huic : *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis* [64].

Adjicit in fine Daniel Barbarus : Desolatam ab Assyriis terram iterum reformabit et habitare faciet.

ΨΑΛΜΟΣ ᾠδῆς τοῦ ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου εἰς τὸ τέλος τῷ Δαυὶδ. ΚΘ'.

Ἐγκαινισμὸς τοῦ οἴκου ἐστὶν, ἤτοι τῆς Ἐκκλησίας, ἢ ὅτε τοῦ ἔξω ἀνθρώπου ἡμῶν φθειρομένου ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται.

1. *PSALMUS cantici in dedicatione domus Davidi. XXIX.*

Dedicatio domus est, aut Ecclesiæ, aut cum exteriore nostro homine corrupto interior renovatur.

Ὑπόθεσις.

Τοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμὸν μετὰ τὸ ῥυσθῆναι τῆς ἁμαρτίας, ὥσπερ ἀνακαινισθείσης αὐτοῦ τῆς ψυχῆς διὰ τῆς μετανοίας, ἣ καὶ οἶκος πάλαι ἦν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ψάλλει δὲ καὶ ὑπὲρ τῆς ἀφέσεως, εὐχαριστίας ἀνατιθεὶς, καὶ περὶ τῶν μελλόντων ἀσφαλῆ μένειν ἑαυτὸν εὐχόμενος, καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχων διδασκαλίαν, εἴ ποτε ἄρα τι τοιοῦτον συμβῇ, εὐχὰς ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀνατείνειν.

Argumentum.

D Hunc canit psalmum postquam a peccato liberatus et quasi renovata anima ejus per pœnitentiam, quæ olim domus erat Spiritus sancti. Psallit autem pro concessa venia gratias agens, et rogans tutum se in futuro servari, aliosque docet ut, si quid forte hujusmodi contingat, preces ad Deum emittant

Ὑψώσω σε, Κύριε, ὅτι ἐπέλαβές με.....

2. *Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me.....*

Ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. Λάκκον τὸν ᾅδην φησίν.

3. *Salvasti me a descendentibus in lacum.* Lacum vocat infernum.

[58] Isa. XLIII, 2. [59] Matth. XXI, 10. [60] Matth. XXVIII, 19. [61] Psal. CIII, 24. [62] Isa. XLV, 24. [63] Philipp. IV, 13. [64] Joan. XIV, 27.

Digitized by Google

4. *Et confitemini memoriæ sanctitatis ejus.* Oportet, inquit, hymnos multiplicare, memores benignitatis ejus.

6. *Quoniam ira in indignatione ejus.* Non ejus consilio et voluntate; sed quod singuli per peccata sua eam sibi pertrahant. Nam ejus voluntas vita est. *Ad vesperum demorabitur fletus.* His verbis significatur pœnitentiæ præstantia. Nullus enim tam ingens peccatorum numerus, quem non celeriter pœnitentia in exsultationem vertat.

7. *Ego autem dixi in abundantia mea : Non movebor in æternum.* Causam lapsus enarrat. Quoniam, inquit, prosperis rebus, altos spiritus assumpsi, propterea conturbatus sum. Hoc vero non te compellente, sed tantum faciem tuam avertente, mihi accidit. Quando igitur, nisi tua fortitudine innitamur ne consistere quidem possumus, fac, obsecro, ut dum tuam impleo voluntatem,decore animam meam illustres (10). Id sibi Adam in paradiso degens eventurum speravit, antequam in fraudem deduceretur : id Ezechias postquam Assyrium devicerat. Et hæc aperte docet liber Paralipomenon, cum ait exaltatum fuisse cor Ezechiæ regis [65].

9. *Ad te, Domine, clamabo....* 10. *Quæ utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem.* Precor, inquit, reduci me de lacu, quia *non confitebitur tibi pulvis.* Quod si descendero in corruptionem, neque mihi neque aliis ulla erit utilitas. Ego autem ea vita privatus sum quæ abs te obtinetur : alii vero nullam per me salutem nacti sunt. Sin vero audieris vocem meam et converteris luctum in gaudium, et me lætitia cinxeris, non parva mihi eveniet utilitas : etenim postquam pristinam gloriam meam recuperavero, cum ea te alloquar, non cum prava conscientia. Hoc enim significat illud, *Non commungar.*

12. *Conscidisti saccum meum, et circumdedisti me lætitia.* Saccum dicit luctum, quando mos est lugentibus uti sacco. Nam saccus malitiam et ignorantiam significat : quoniam ex hædorum pilis confecti sunt sacci, qui hædi ad sinistram consistunt; ex pilis item hirci illius emissarii.

In finem, PSALMUS Davidi pro exstasi. XXX.

Argumentum.

Præsentem canit psalmum quasi peccati causa in pœnitentia adhuc versaretur et rogaret ab eo liberari. Quinimo ut jam exauditus gratias agit ac quæ ipsi pœnitentiæ tempore contigere narrat : illud autem, *pro exstasi*, nihil nisi peccatum significat, quo quasi a sana mente anima excessit : ut non ultra se assumptum iri speraret, et palam diceret : *Ego autem dixi in excessu meo, projectus sum a facie oculorum tuorum.*

2, 3. *In te, Domine, speravi... Inclina ad me aurem tuam.* Quando non potest clamor noster in al-

A *Καὶ ἐξομολογεῖσθε τῇ μνήμῃ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ* Προσήκει, φησὶν, ἐπιτείνειν τοὺς ὕμνους, μεμνημένους τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας.

Ὅτι ὀργὴ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ. Οὐκ αὐτοῦ τοῦτο βουλομένου ποιεῖν· ἀλλ' ἑκάστῳ διὰ τῆς ἁμαρτίας ἑαυτῷ ταύτην ἐπεισάγοντος. Τὸ γὰρ αὐτοῦ θέλημα ζωή ἐστιν. *Τὸ ἑσπέρας αὐλισθήσεται κλαυθμός.* Τὸ εὐκατόρθωτον τῆς μετανοίας διὰ τούτων σημαίνεται. Οὐδὲν γὰρ τοσοῦτον πλῆθος ἁμαρτιῶν, ὃ μὴ ταχέως ἡ μετάνοια εἰς ἀγαλλίασιν ἐκφέρει.

B *Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου· Μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα.* Τὸ αἴτιον λέγει τῆς πτώσεως. Ἐπειδὴ μέγα, φησὶν, ἐν τῇ εὐημερίᾳ πεφρόνηκα, τούτου χάριν τετάραγμαι. Γέγονε δέ μοι τοῦτο, οὐ σοῦ με προσωθήσαντος, ἀλλὰ ἀποστρέψαντος μόνον τὸ πρόσωπον. Ἐπειδὴ τοίνυν ἄνευ τῆς ἰσχύος τῆς σῆς οὐδὲ στῆναι δυνάμεθα, τὸ σὸν πάλιν ἐπιτελῶν θέλημα, τὸ κάλλος μου τῆς ψυχῆς διαλάμπειν παρασκεύασον. Τοῦτο καὶ ὁ Ἀδὰμ ἤλπισεν ἐπὶ τοῦ παραδείσου προ τῆς ἀπάτης πολιτευόμενος, καὶ ὁ Ἐζεκίας νενικηκὼς τὸν Ἀσσύριον, καὶ διδάσκει τοῦτο σαφῶς τῶν Παραλειπομένων ἡ βίβλος, ὑψωθῆναι λέγουσα τὴν καρδίαν Ἐζεκίου τοῦ βασιλέως.

C *Πρὸς σὲ, Κύριε, κεκράξομαι..... Τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβαίνειν με εἰς διαφθοράν ;* Δέομαι, φησὶν, ἀναχθῆναι ἐκ τοῦ λάκκου, ἐπειδὴ οὐκ *ἐξομολογεῖταί σοι χοῦς.* Ἐν δὲ τῷ καταβῆναί με εἰς διαφθορὰν οὔτε μία τις ὠφέλεια οὔτε ἐμοὶ, οὔτε ἑτέροις. Ἐγώ τε γὰρ ἀπεστερούμην τῆς παρὰ σοῦ ζωῆς· ἄλλοι δὲ οὐδαμῶς ἐτύγχανον τῆς παρ' ἐμοῦ σωτηρίας. Ἐν δὲ τῷ εἰσακοῦσαί σε τῆς φωνῆς, καὶ μεταβαλεῖν τὸν κοπετὸν εἰς χαράν, καὶ περιζῶσαί με εὐφροσύνην, οὐχ ἡ τυχοῦσά μοι γενήσεται ὠφέλεια. Ἀπολαβὼν γὰρ τὴν πρωτέραν ἐμαυτοῦ δόξαν, δι' αὐτῆς σοι λαλῶ, οὐ μετά τινος φαύλης συνειδήσεως· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τό· *Οὐ μὴ κατανυγῶ.*

Διέῤῥηξας τὸν σάκκον μου, καὶ περιέζωσάς με εὐφροσύνην. Σάκκον εἶπε τὸ πένθος, ἐπειδὴ ἔθος τοῖς ἐν πένθει καὶ σάκκῳ κεχρῆσθαι. Ὁ γὰρ σάκκος κακίαν καὶ ἀγνωσίαν σημαίνει· ἐπειδὴ καὶ τρίχες τῶν ἐρίφων εἰσὶ τῶν ἱσταμένων ἐξ εὐωνύμων, καὶ τοῦ ἀποπομπαίου χιμάρου.

Εἰς τὸ τέλος ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυὶδ ἐκστάσεως. Λ'.

Ὑπόθεσις.

D Ἄδει τὸν προκείμενον ψαλμὸν ὡς ἔτι ἐν τῇ μετανοίᾳ τῇ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ὢν, καὶ ἀξιῶν αὐτῆς ἐλευθερωθῆναι. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὡς ἤδη εἰσηκουσμένος εὐχαριστίαν ἀναφέρει· καὶ μὴν καὶ τὰ συμβάντα αὐτῷ ἐν τῷ τῆς μετανοίας καιρῷ διηγεῖται. Τὸ δὲ, *ἐκστάσεως*, οὐδὲν ἕτερον ἢ αὐτὴν τὴν ἁμαρτίαν ἡμῖν κατασημαίνει, δι' ἣν ὥσπερ ἀγαθῶν φρενῶν ἐξίστατο ἡ ψυχή· καὶ ὡς μὴ ἐλπίζειν ἔτι τὴν ἀνάληψιν, φάσκειν τε σαφῶς· *Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Ἀπέῤῥιμμαι ἄρα ἀπὸ προσώπου τῶν ὀφθαλμῶν σου.*

Ἐπὶ σοὶ, Κύριε, ἤλπισα . . . . . Κλῖνον

[65] II Paralip. XXXII, 25

(10) Hæc apud Danielem Barbarum Theodoreti esse feruntur.

Digitized by Google

πρός με τὸ οὖς σου. Ἐπεὶ μὴ φθάνει ἡ ἡμετέρα κραυγὴ εἰς τὸ ὕψος, κλῖνον τὸ οὖς σου πρὸς ἐμὲ, διὰ τοῦ συγκαταβαίνειν μοι.

Ἐξάξεις με ἐκ παγίδος ταύτης ἧς ἔκρυψάν μοι. Ἐφεδρεύσαντες γὰρ αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, συνελάβοντο αὐτόν. Ἐν τίνι; ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ.

Ἐλυτρώσω με, Κύριε, ὁ Θεὸς τῆς ἀληθείας. Ὡς ἤδη εἰσακουσθεὶς τοιαῦτά φησιν.

Ἐμίσησας τοὺς διαφυλάσσοντας ματαιότητας διακενῆς. Ματαιότητάς φησι τοῦ παρόντος βίου τοὺς περισπασμούς· οὓς καὶ ἐργαζόμενοι ματαιότητα πονοῦμεν. Παρέπεται τὸ, διακενῆς, τῷ φυλάσσοντι ματαιότητας.

Ἀγαλλιάσομαι, καὶ εὐφρανθήσομαι. Λύπην καὶ τὰ λοιπὰ πάθη καταπατήσας.

Καὶ οὐ συνέκλεισάς με εἰς χεῖρας ἐχθρῶν. Ἀντὶ τοῦ, οὐ παραδέδωκας. Ἔστησας ἐν εὐρυχώρῳ τοὺς πόδας μου. Ἀπαλλάξας με θλίψεως, κατέστησας ἐν ἀνέσει καὶ εὐρυχωρίᾳ.

Ἐταράχθη ἐν θυμῷ ὁ ὀφθαλμός μου, ἡ ψυχή μου καὶ ἡ γαστήρ μου. Ὥσπερ ὀφθαλμὸν τὸν νοῦν τῆς ψυχῆς φησιν, οὕτω καὶ γαστέρα φησὶ τῆς ψυχῆς τὴν μνήμην· ἐν ᾗ ὥσπερ ἐν γαστρὶ τὰς λογικὰς ἀποτιθέμεθα τροφάς. Ἡ ψυχή μου καὶ ἡ γαστήρ μου. Ἀπέστησα τὸν ὀφθαλμόν μου ἀπὸ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων ἐν θυμῷ καὶ ὀργῇ μεγάλῃ.

Ὅτι ἐξέλιπεν ἐν ὀδύνῃ ἡ ζωή μου. Τὸ ἐπιτεταμένον τῆς διανοίας δηλοῖ. Καὶ τὰ ἔτη μου ἐν στεναγμοῖς. Διετέλεσα, φησὶ, στενάζων ἀπὸ τῶν κακῶν. Ἠσθένησεν ἐν πτωχείᾳ ἡ ἰσχύς μου. Πτωχεύσας, φησὶ, τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἠσθένησα. Καὶ τὰ ὀστᾶ μου ἐταράχθησαν. Ὀστᾶ τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις φησίν.

[Ὅτι ἐξέλιπεν ἐν ὀδύνῃ ἡ ζωή μου. Ἡ ἔνδεια, φησὶ, τῶν ἀναγκαίων κατέτηξέ μου τὸ σῶμα, ὅτι ὁ Σιφεὶ καὶ ὁ Βερσελεὶ ἤνεγκαν τῷ Δαυὶδ πυροὺς καὶ κριθὰς, καὶ ἄλευρα, καὶ κύαμον, καὶ φάκον, καὶ μέλι, καὶ ἕτερά τινα· καὶ τάπητας, καὶ στρώματα· καὶ προσήνεγκαν τῷ λαῷ ταῦτα, καὶ τὰς τροφάς· ὅτι ἔλεγον τὸν λαὸν πεινᾷν, καὶ ἐκλελύσθαι διψήσαντα ἐν τῇ ἐρήμῳ.]

Παρὰ πάντας τοὺς ἐχθρούς μου ἐγενήθην ὄνειδος. [Νεκρὸς μὲν ἀπὸ καρδίας ἐστὶν ὁ ἐστερημένος ἀρετῶν.] Καὶ οἱ ἐχθροί μου, φησὶν, ὠνείδιζόν με, καὶ οἱ γνωστοί μου ἐφοβοῦντό με, καὶ οἱ θεωροῦντες ἀπέφευγον διὰ τὴν ὑπερβολὴν ἧς ὑπερεδεικνύμην μετανοίας· σάκκῳ δὲ καὶ σποδῷ κατατρυχόμενος, καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς κλαίων. Διὸ καὶ φευγόντων αὐτῶν, ἐν λήθῃ γεγένημαι, ὥσπερ ἀμέλει καὶ νεκρὸς ἐδόκουν σκεύει ἐοικέναι ἀπολωλότι. Τὸ δὲ, παρὰ πάντας, οὐχ ὑπὲρ πάντας εἰπεῖν βούλεται, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ, παρὰ πάντας· τουτέστιν παρὰ τῶν ἐχθρῶν ὠνειδίσθην. Οὕτω γὰρ λέγει καὶ Ἀκύλας· Παρὰ πάντων τῶν ἐχθρῶν μου ἐγενήθην ὄνειδος.

Ὅτι ἤκουσα ψόγον πολλῶν παροικούντων κυκλόθεν. Ψόγον τὴν ἐπιβουλήν φησιν. Λέγει δὲ, ὡς οἱ ἐχθροὶ ἐκύκλουν ἐπιβουλεύοντες. Τοῦ λαβεῖν τὴν ψυχήν μου ἐβουλεύσαντο. Ἐγὼ δὲ ἐπὶ σοὶ, Κύ-

A tum pertingere, inclina aurem tuam ad me, te attemperando mihi.

5. *Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi.* Insidiis enim ejus animæ paratis comprehenderunt eum; in quo? in peccato.

6. *Redemisti me, Domine, Deus veritatis.* Quasi jam postulatum impetrarit, hoc ait.

7. *Odisti observantes vanitates supervacue...* Vanitates appellat hujus vitæ distractiones, quibus vacantes in vanum laboramus. Subsequitur, *supervacue*, de eo scilicet qui observat vanitates.

8. *Exsultabo et lætabor.* Dolorem et reliquos animi motus conculcans.

B 9. *Nec conclusisti me in manibus inimici*, quasi dicat, non tradidisti. *Statuisti in loco spatioso pedes meos*: postquam liberasti me ab angore animi, statuisti in tranquillum et pacificum statum.

Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea et venter meus. Sicut mentem ceu animæ oculum, ita et memoriam ventrem animæ habet: in qua ceu in ventre rationabiles cibos deponimus. *Alius codex. Anima mea et venter meus.* Averti oculum meum a Judaico populo in furore et in ira magna.

10. *Quoniam defecit in dolore vita mea.* intentum valde animum indicat. *Et annos meos in gemitibus* transegi gemens ob malorum vehementiam. *Infirmata est in paupertate virtus mea.* Cum tuum auxiC lium emendicarem propter peccata mea, infirmatus sum. *Et ossa mea conturbata sunt.* Ossa animæ facultates appellat.

[*Quoniam defecit in dolore vita mea.* Rerum, inquit [66], necessariarum inopia, corpus meum tabe confecit, quia Siba et Bercellai Davidi attulerunt frumentum et hordeum, farinam, fabas, lentem, mel et alia quædam, necnon tapetas et velamina: atque isthæc populo cum aliis cibis obtulerunt, quia dicebant populum fame laborare, ac siti confectum solutum fuisse in deserto.]

Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ. Ἡ εἰς οὐρανοὺς ἄνοδος διὰ τούτων τοῦ Κυρίου σημαίνεται. *Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος.* Τὰς αἰνέσεις τῶν συναναβαινόντων αὐτῷ σάλπιγγος ὠνόμασε φωνήν. *Ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν, ψάλατε· ψάλατε τῷ Βασιλεῖ ἡμῶν, ψάλατε.* Ἐπειδὴ οἱ ἄγγελοι, φησί, τὸν ἀναβαίνοντα ὑμνοῦσι, καὶ ὑμεῖς, ὦ ἔθνη, τὴν αὐτὴν ἀποσώζοντες λειτουργίαν, ψάλατε τῷ βασιλεύσαντι Θεῷ τῆς γῆς· τῶν γὰρ κατὰ Θεὸν εὐθυμούντων ἐστὶ τὸ ψάλλειν. *Εὐθυμεῖ*, φησὶν, *ἐν ὑμῖν τις; ψαλλέτω.*

[*Ψάλλετε συνετῶς.* Μὴ διὰ κιθαρῶν, ὡς οἱ πρώην· τοῦτο γὰρ τὸ, *συνετῶς.*]

Ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη. Παρεδέξαντο γὰρ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν. *Ὁ Θεὸς κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ.* Τὴν μέλλουσαν αὐτοῦ ἄφιξιν σημαίνει, δι' ἧς καθίσει κρῖναι τὴν οἰκουμένην.

Ἄρχοντες λαῶν συνήχθησαν μετὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ. Ὅμοιον τὸ, *Καθήσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνους κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ.* *Ὅτι τοῦ Θεοῦ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν.* Ἐν τῇ γῇ, φησὶ, τῶν πραέων τῇ ἀποδοθησομένῃ τοῖς ἁγίοις οἱ κραταιοὶ τοῦ Θεοῦ ὑπερυψώθησαν, καὶ ὑπερεδοξάσθησαν, ὡς ἐδιδάχθημεν, ἐκ τοῦ φήσαντος λόγου· *Καθήσεσθε ἐπὶ θρόνων δώδεκα.*

[29] Luc. x, 19. [30] Psal. ii, 8. [31] Gen. xlix, 10.

ster *Deus Jacob.* Qui in Christum crediderunt gratiarum actiones duplicant.

1. *In finem pro filiis Core.*

PSALMUS XLVI.

Argumentum.

Canitur hic psalmus ex persona sanctorum apostolorum, qui gentes hortantur ut per bona opera exsultent de parta adversus scelestos dæmones victoria.

2. *Omnes gentes, plaudite manibus.* Quasi dicat, Opera bona facere studete. *Jubilate Deo in voce exsultationis.* Victoriæ carmen hic psalmus est. Itaque utpote lapsis adversariis potestatibus, ad canendum gentes concitat.

3. *Quoniam Dominus excelsus, terribilis.* Excelsus propter Ecclesiam, terribilis contra hostes. *Rex magnus super omnem terram.* Non ultra, inquit, improbi, terrenis imperant. Dedit enim eis (nempe discipulis) potestatem calcandi super serpentes et scorpiones [29], et ipsam improborum dæmonum turbam pedibus eorum subjecit.

4, 5. *Subjecit populos nobis, et gentes sub pedibus nostris.* Gaudent de concessa sibi a Domino sorte. *Elegit nobis hæreditatem sibi.* Ecqua fuerit hæreditas Domini nisi ea de qua dicitur a Patre, *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam* [30]? *Speciem Jacob quam dilexit.* Speciem Jacob vocat ejus de gentibus prophetiam, de qua dicit: *Et ipse erit expectatio gentium* [31]. Ipsa quoque dilecta est. Eccui dilecta est alii, nisi ei qui animam suam pro ea posuit? Hanc itaque dilectam, inquit, elegit.

6, 7. *Ascendit Deus in jubilo.* Hisce significatur Domini ad cœlos ascensus. *Dominus in voce tubæ.* Laudes ab iis qui una ascendebant ipsi datas vocem tubæ vocat. *Psallite Deo nostro, psallite: psallite Regi nostro, psallite.* Quoniam angeli, inquit, ascendentem in cœlum hymnis prosequuntur, et vos etiam, o gentes, idem observantes ministerium, psallite Deo terræ imperanti. Eorum enim qui læto secundum Deum animo sunt est psallere. *Læto*, inquit, *animo quis est in vobis? psallat* [32].

[*Psallite sapienter.* Non cum citharis, ut ii qui ante fuere: id enim significat illud, *sapienter.*]

8. *Regnabit Deus super gentes.* Fidem namque ejus acceperunt. *Deus sedet super sedem sanctam suam.* Futurum ejus adventum significat quo sedebit ut judicet orbem.

9. *Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham.* Simile est illud: *Sedebitis super duodecim thronos judicantes duodecim tribus Israel* [33]. *Quoniam Dei fortes terræ vehementer elevati sunt.* In terra, inquit, mansuetorum quæ sanctis assignabitur, fortes Dei vehementer exaltati sunt, et gloria mirum in modum aucti, ut edidicimus ex ea sententia: *Sedebitis super thronos duodecim.*

[32] Jac. v, 31. [33] Matth. xix, 28.

Digitized by Google

1. PSALMUS *cantici, filiis Core, secunda Sabbati. XLVII.*

Argumentum.

Hic quoque psalmus ex persona sanctorum apostolorum canitur, narrantium vexationes ob prædicationem illatas, et victorias de iis partas.

2. *Magnus Dominus et laudabilis nimis in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.* Non jam in sola, inquit, Judæa, sed in monte sancto. Montem autem hic dicit Ecclesiam, ob sublimem de Deo doctrinam.

3. *Fundatur exsultatione universæ terræ.* Extendit, inquit, exsultationem per omnem terram; nam in omnem terram pervasit exsultatio ejus manifestationis, et gratiam dilatavit. *Montes Sion latera aquilonis.* Jerusalem ad meridiem sita est: gentes ad aquilonem. Quoniam autem Judæi, utpote soli montem Sion incolentes magnifice sentiebant, hic ostenditur Sion esse gentes evangelicum sermonem excipientes. Nam Sionis sedes est boreæ climatus, qui boreæ climatus per latera significatur: nam ubi dicturus erat boreæ climatus, latera aquilonis dixit. Et prius quidem Paulus fuit latera aquilonis, a quo universa mala per orbem conflagrarunt; jam vero factus est montes Sion, habens in sese loquentem Christum, qui venit ex Sion [34], et avertit impietatem ex Jacob [35]. *Civitas regis magni.* Hæc latera aquilonis, ait, sive gentes, civitas jure vocentur, in quibus Deus intelligitur iis patrocinari et eos a tentationibus eripere.

4. *Deus in domibus ejus cognoscitur, cum suscivit eam.* Domus ii fuerint qui magni et præstantiores in civitate Dei sunt.

5-7. *Quoniam ecce reges terræ congregati sunt.* Bellum apostolis ob Christi prædicationem a regibus gentium illatum, sive ab inaspectabilibus dæmonibus qui olim regnabant, compressum et sublatum fuit. *Ipsi videntes sic admirati sunt.* Stupore, inquit, affecti et perculsi sunt, auxilium cernentes sanctis a Deo præstitum. *Conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos.* Etenim præstantia virtutis ejus qui salutem ipsis parabat, in admirationem et stuporem coniecit eos.

8. *In spiritu vehementi conteres naves Tharsis.* Navibus Tharsis, utpote pretiosis copiosisque mercibus instructis, reges comparat. Spiritus autem vehemens, quo contrivit illos, virtutes quasdam intelligas quibus adversus inimicos apostolorum dimicavit.

9. *Sicut audivimus, ita et vidimus.* Quam, inquit, promisisti nobis, Domine, salutem, eam per opera vidimus. *In civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri.* Significat quo loco promissionem impletam viderint. Ubinam autem, nisi in Ecclesia,

[34] Psal. XIII, 7. [35] Psal. LXXXIV, 2.

A ΨΑΛΜΟΣ ᾠδῆς τοῖς υἱοῖς Κορὲ δευτέρᾳ Σαββάτου. ΜΖ'.

Ὑπόθεσις.

Καὶ οὗτος ᾄδεται ὁ ψαλμὸς ἀπὸ προσώπου τῶν ἁγίων ἀποστόλων, διηγουμένων τοὺς διὰ τὸ κήρυγμα διωγμοὺς, καὶ τὰς νίκας τὰς ἐπὶ τούτων γινομένας.

Μέγας Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα ἐν πόλει τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἐν ὄρει ἁγίῳ αὐτοῦ. Οὐκ ἔτι, φησὶν, ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν μόνην, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ἡγιασμένον. Ὄρος δὲ ἐνταῦθα τὴν Ἐκκλησίαν φησὶ, διὰ τὸ ὑψηλὸν τῶν περὶ Θεοῦ δογμάτων.

Εὐρίζων ἀγαλλιάματι πάσης τῆς γῆς. Ἐξέτεινε, φησὶ, τὸ ἀγαλλίαμα ἐπὶ πάσης τῆς γῆς· εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν τὸ ἀγαλλίαμα τῆς αὐτοῦ θεοφανείας καὶ τὴν χάριν ἐπλάτυνεν. *Ὄρη Σιὼν τὰ πλευρὰ τοῦ* B *βορρᾶ.* Ἡ μὲν Ἱερουσαλὴμ ἐν τῷ νότῳ κεῖται, τὰ δὲ ἔθνη ἐν τῷ βορρᾷ. Ἐπειδὴ δὲ μέγα ἐφρόνουν οἱ Ἰουδαῖοι ὡς μόνοι τὴν Σιὼν οἰκοῦντες, δείκνυσιν ὁ λόγος, ὅτι Σιών ἐστι τὰ ἔθνη τὰ παραδεξάμενα τὸν εὐαγγελικὸν λόγον. Τὸ γὰρ ἐδαίλωμα τῆς Σιὼν τὸ κλίμα ἐστὶ τοῦ βορρᾶ, ὅπερ κλίμα τοῦ διὰ τῶν πλευρῶν δηλοῦται βορρᾶ· ἀντὶ γὰρ τοῦ εἰπεῖν τὸ κλίμα τοῦ βορρᾶ, τὰ πλευρὰ εἴρηκεν. Πρότερον μὲν ἦν ὁ Παῦλος πλευρὰ τοῦ βορρᾶ, ἐφ' οὗ ἐξεκαύθη πάντα τὰ κακὰ ἐπὶ τῆς γῆς· νῦν δὲ γέγονεν ὄρη Σιών, ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν λαλοῦντα Χριστὸν, τὸν ἐλθόντα ἐκ Σιὼν καὶ ἀποστρέψαντα ἀσέβειαν ἀπὸ Ἰακώβ. *Ἡ πόλις τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου.* Ταῦτα, φησὶ, τὰ πλευρὰ τοῦ βορρᾶ, ἤτοι τὰ ἔθνη, ἡ πόλις κληθεῖεν ἄν, ἐν οἷς C γινώσκεται ὁ Θεὸς ἀντιλαμβανόμενος καὶ σώζων αὐτοὺς ἐκ τῶν πειρασμῶν.

Ὁ Θεὸς ἐν ταῖς βάρεσιν αὐτῆς γινώσκεται, ὅταν ἀντιλαμβάνηται αὐτῆς. Αἱ βάρεις οἱ μεγάλοι καὶ ἐξαίρετοι τῆς τοῦ Θεοῦ πόλεως οἱ ἐν αὐτῇ ὑπερέχοντες εἶεν ἄν.

Ὅτι ἰδοὺ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς συνήχθησαν. Ὁ πόλεμος ὁ κατὰ τῶν ἀποστόλων διὰ τὸ κήρυγμα γενόμενος ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν βασιλέων τῶν ἐθνῶν, καὶ μὴν καὶ τῶν ἀοράτων δαιμόνων τῶν πάλαι βασιλευόντων, διελύθη καὶ ἠφανίσθη. *Αὐτοὶ ἰδόντες οὕτως ἐθαύμασαν.* Κατεπλάγησαν, φησὶ, καὶ ἐξέστησαν τὴν γενομένην βοήθειαν παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῖς ἁγίοις θεωροῦντες. *Ἐταράχθησαν, ἐσαλεύθησαν, τρόμος ἐπελάβετο αὐτούς.* Ἡ γὰρ ὑπερβολὴ τῆς ἰσχύος D τοῦ σώζοντος, τὸ θαῦμα αὐτοῖς καὶ τὴν κατάπληξιν εἰργάσατο.

Ἐν πνεύματι βιαίῳ συντρίψεις πλοῖα Θαρσεῖς. Πλοίοις Θαρσεῖς, οἱονεὶ πολυτίμοις καὶ πολυφόρτοις, τοὺς βασιλεῖς παρεικάζει. Πνεῦμα δὲ βίαιον, δι' οὗ αὐτοὺς συνέτριψε, νοήσεις τινὰς δυνάμεις δι' ὧν τοὺς ἐχθροὺς τῶν ἀποστόλων κατεπολέμησεν

Καθάπερ ἠκούσαμεν, οὕτως εἴδομεν. Ἣν ἐπηγγείλω, φησὶν, ὦ Δέσποτα, σωτηρίαν ἡμῖν, ταύτην δι' ἔργων τεθεάμεθα. *Ἐν πόλει Κυρίου τῶν δυνάμεων, ἐν πόλει τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.* Ὅπου τὴν ἐπαγγελίαν εἶδον πληρωθεῖσαν σημαίνει. Ποῦ δὲ ἡ ἐν τῇ Ἐκκλη-

Digitized by Google

σία, ἥτις ἐστὶ πόλις τοῦ Θεοῦ; *Ὁ Θεὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν εἰς αἰῶνα.* Ὅμοιόν τῷ εἰρημένῳ παρὰ τοῦ Κυρίου· *Ἐγὼ ἐπὶ τὴν πέτραν οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν.*

Ὑπελάβομεν, ὁ Θεὸς, τὸ ἔλεός σου ἐν μέσῳ τοῦ ναοῦ σου. Ἀντὶ τοῦ, τεθεάμεθα, προσεδοκήσαμεν, φησὶν, εἰς ἅπασαν τὴν γῆν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δοξασθησόμενον, ἐκ τοῦ ἐλέου τεκμαιρόμενοι μὴ περιοψομένους τοὺς ἀνθρώπους ἐκτὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ καὶ ἐγκαθιδρυμένοι τόπῳ τε καὶ ναῷ, τὸν παγκόσμιον ἠλπίσαμεν ἔλεον, εἰδότες τὸ ὄνομά σου καθολικὸν καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὄν.

Κατὰ τὸ ὄνομά σου, ὁ Θεὸς, οὕτως καὶ ἡ αἴνεσίς σου. Τοῦτό φησι, διότι πᾶσιν ἁπλῶς καὶ ἀπροσωπολήπτως δέδωκε τὴν χάριν, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ οὐκ ἔνι δοῦλος, οὐδὲ ἐλεύθερος.*

Εὐφραν θήτω ὄρος Σιών. Ὄρος Σιὼν, ἡ Ἐκκλησία δηλονότι. *Καὶ ἀγαλλιάσθωσαν αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας.* Θυγατέρας τῆς Ἰουδαίας τὰς τῶν ἁγίων ἀποστόλων εἶναί φησι ψυχάς· ἦσαν γὰρ ἐξ Ἰουδαίων. *Ἕνεκεν τῶν κριμάτων σου, Κύριε.* Κοίνας τὴν κρίσιν τῶν ἐθνῶν, ἐξήλασας τὸν κατ' αὐτῶν πόλεμον τῶν δαιμόνων.

Κυκλώσατε Σιὼν, καὶ περιλάβετε αὐτήν. Ταῦτα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς ἀποστόλοις παρακελεύεται, οἱονεὶ τεῖχος αὐτοὺς γενέσθαι τῆς Σιὼν, τουτέστιν τοῦ θεοσεβοῦς πολιτεύματος. *Διηγήσασθε ἐν τοῖς πύργοις αὐτῆς.* Καὶ τίνες ἂν εἶεν οἱ πύργοι τῆς Ἐκκλησίας ἢ οἱ κατὰ καιρὸν αὐτῆς ἡγούμενοι καὶ οἱ δίκαιοι, οἷς καὶ διηγοῦνται τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ οἱ ἀπόστολοι;

[Ταῖς τὴν Ἐκκλησίαν καὶ τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα φρουρούσαις θείαις δυνάμεσιν, ἀγγέλοις τε ἁγίοις προσφωνεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγον· Κυκλώσατε τοὺς πύργους. Τὰ γὰρ κρείττονα τῆς πόλεως ὡς ἀναγκαιότερα πρὸς παραφυλακὴν ἀριθμῷ παραδέδοται τοῖς φρουροῖς.]

Θέσθε τὰς καρδίας ὑμῶν εἰς τὴν δύναμιν αὐτῆς. Δύναμις πάλιν τῆς Ἐκκλησίας οἱ ὑποστηρίζοντες αὐτὴν λόγοι, οὓς καὶ ἐξ ὅλης καρδίας κελεύει τοὺς ἁγίους ἀποστόλους νουθετεῖν. *Καὶ καταδιέλεσθε τὰς βάρεις αὐτῆς.* Ἕκαστος, φησὶ, μέρους βασιλευέτω τῶν ἐθνῶν. Διεῖλαντο γὰρ, φησὶ, τὴν οἰκουμένην οἱ δώδεκα. *Ὅπως διηγήσησθε εἰς γενεὰν ἑτέραν.* Οἱ γὰρ ἀπόστολοι καὶ ταῖς μετ' αὐτοὺς διηγοῦνται γενεαῖς, δι' ὧν καταλελοίπασι συγγραμμάτων περὶ Χριστοῦ.

Ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα. Τῆς διανεμήσεως τὴν αἰτίαν φησί. Τούτου χάριν διδάξατε καὶ διέλεσθε, ἵνα καὶ ταῖς ὕστερον γενησομέναις γενεαῖς ἀκουστὸν γένηται, ὅτι οὗτος ὁ δικαίως ποιμάνας λαὸν (λέγει δὲ Κύριον) οὗτός ἐστιν ὁ καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας μέλλων ποιμαίνειν.

A quæ est civitas Dei? *Deus fundavit eam in æternum.* Simile illi dicto Domini: *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* [36].

10. *Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui.* Quasi dicat, contemplati sumus, exspectavimus in universa terra nomen Dei glorificatum iri, conjectantes, ex misericordia Dei non contemnendos eos qui extra Israelem essent, quin et in loco et in templo constituti, misericordiam in universum orbem tuam speravimus: gnari nomen tuum ad omnes pertingere et in omnibus esse.

11. *Secundum nomen tuum, Deus, ita et laus tua.* Hoc ait quia omnibus simpliciter et absque B personarum acceptione gratiam largitus est, ut dictum est: *In Christo Jesu non est servus, neque liber* [37].

12. *Lætetur mons Sion.* Mons Sion, Ecclesia videlicet. *Et exsultent filiæ Judææ.* (17) Filias Judææ animas esse dicit apostolorum; erant enim a Judæis prognati. *Propter judicia tua, Domine.* Cum judicasses videlicet gentium causam, depulisti dæmonum bellum adversus eos excitatum.

13. *Circumdate Sion et complectimini eam.* Hæc Spiritus sanctus jubet apostolis, ut scilicet sint veluti murus Sionis; id est religiosi vitæ instituti. *Narrate in turribus ejus.* Quinam vero fuerint Ecclesiæ turres, nisi ii qui variis temporibus ejus C duces fuerint, atque justi, queis apostoli narrant magnalia Dei?

[Divinas potestates, quæ Ecclesiam et religiosum institutum servant angelosque sanctos alloquitur Spiritus sanctus, dicens: Circumdate turres. Quæ enim in urbe præstantiora munimenta sunt, custodibus numero concredita sunt, ut ipsa defendant.]

14. *Ponite corda vestra in virtute ejus.* Virtus Ecclesiæ sunt qui eam confirmant sermones, quos apostolis jubet ut toto corde inter admonendum usurpent. *Et distribuite domos ejus.* Singuli, inquit, in aliquam terræ partem imperium obtineant. Nam diviserunt sibi, ait, duodecim, orbem terræ. *Ut* D *enarretis in progenie altera.* Apostoli namque per scripta quæ reliquerunt Christum enarrant generationibus subsequentibus.

15. *Quoniam hic est Deus noster in sæculum*, etc. Distributionis causam significat. Propterea, inquit, distribuite et docete, ut generationibus post futuris notum sit, eum qui juste populum pavit (id est Dominum) eumdem ipsum esse qui per futura et infinita sæcula pascet eos.

[36] Matth. XVI, 18. [37] Galat. III, 28

(17) Aliam affert Dan. Barbarus interpretationem quæ est Didymi.

Digitized by Google

1. *In finem, filiis Core. PSALMUS XLVIII.*

Argumentum.

Quæ ad divinum tribunal pertinent hoc psalmo omnibus hominibus prædicantur, necnon dies illa qua Deus condita omnia ad judicium adducet. Fortasse vero filii Core apostolorum personam gerant qui mysteriis orbem initiarunt.

2. *Audite hæc, omnes gentes, auribus percipite, omnes qui habitatis orbem.* Sicut ad salutem totum humanum genus vocat, eodem modo ad doctrinam divini judicii, una omnes sermo evocat.

3. *Quique terrigenæ et filii hominum.* Terrigenas vocat agrestiores homines barbarosque, qui in desertis habitant, neque legibus cultos; filios hominum dicit eos qui humaniorem ducunt vitæ rationem et legibus parent.

4. *Os meum loquetur sapientiam.* Quemadmodum ceu in varios ordines distribuit auditores, ita et doctrinam suam in modos distinguit varios. Chorus autem apostolicus est qui hæc loquitur, et qui in ore Christum habet, qui est sapientia Patris. Utpote igitur Christum in ore ferentes, et eum semper mente versantes intelligentiam obtinebant. Ita autem mens eorum ad intelligentiam acuta et expedita erat, ut etiam parabolas Salvatoris in Evangeliis descriptas intelligerent. Quamobrem cum diceret Christus [38] : *Intellexistis hæc omnia?* dicebant ei : *Etiam.*

5. *Inclinabo in parabolam aurem meam.* Ego quidem, ait, postquam mentem meam acui ad intelligentiam parabolarum Salvatoris, in iis comprehensam sententiam assequi potui. Iis autem qui id agere ob infantiam non valent aperiam ea quæ clausa sunt, et problemata explicabo atque parabolas. Hæc autem per psalterium sive corpus meum efficiam, quod quasi organum resonat, et quo anima mea ad hymnum vertitur concinendum, per singulos sensus, membra partesque peritissime mota.

6. *Cur timebo in die mala?* Hinc orditur, postquam priorem doctrinæ partem ceu in proœmio expendit. Orditur autem per interrogationem, ut responsionem accipiat. Hæc autem est interrogatio. *Cur timebo?* nam ad vocem *timebo*, interpungendum, ut isthæc sit sententia. Si quis interrogat, inquit, *Cur timebo* ? volens a me causam ediscere ejus qua occupor afflictionis, cum fiducia audiat, esse aliquam diem malam, quam ego metu perculsus exhorresco. Exhorresco autem, quoniam in illa die *iniquitas calcanei mei circumdabit me*, id est deflexio a divina via, qua per hujusce vitæ distractionem et fallaciam, divinam legem transgressus sum. Isthæc igitur impietas, inquit, circumdabit me; quasi dicat : Circumsistent me mala

[38] Matth. xiii, 51.

Εἰς τέλος τοῖς υἱοῖς Κορέ. ΨΑΛΜΟΣ ΜΗ'

Ὑπόθεσις.

Διὰ του παρόντος ψαλμοῦ τὰ περὶ τοῦ θείου δικαστηρίου τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις κηρύττεται, καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη, καθ' ἣν ἄξει ὁ Θεὸς πᾶν τὸ ποίημα εἰς κρίσιν. Ἔχοιεν δ' ἂν οἱ υἱοὶ Κορὲ τῶν ἀποστόλων τὸ πρόσωπον, τῶν μυσταγωγησάντων τὴν ὑπ' οὐρανόν.

Ἀκούσατε ταῦτα, πάντα τὰ ἔθνη, ἐνωτίσασθε πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. Ὥσπερ ἐπὶ σωτηρίᾳ πᾶν γένος ἀνθρώπων παρακαλεῖ, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ διδασκαλίαν τῆς θείας κρίσεως ὁμοῦ πάντας ὁ λόγος ἀναχαλεῖται.

Οἵ τε γηγενεῖς καὶ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. Γηγενεῖς μὲν τοὺς βαρυτέρους τῶν ἀνθρώπων καλεῖ τοὺς βαρβάρους, καὶ ἐν ἐρημίαις οἰκοῦντας, καὶ μὴ νομίμως πολιτευομένους· υἱοὺς δὲ ἀνθρώπων τοὺς ἡμερωτέραν πολιτείαν μετερχομένους, καὶ νόμοις διοικουμένους.

Τὸ στόμα μου λαλήσει σοφίαν. Ὥσπερ εἰς τάγματα πλεῖστα τοὺς ἀκροατὰς διεῖλεν, οὕτως καὶ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν εἰς τρόπους ἀφορίζει διαφόρους. Ὁ χορὸς δέ ἐστιν ὁ ἀποστολικὸς ὁ ταῦτα φθεγγόμενος, καὶ ἐπὶ στόματος φέρων τὸν Χριστὸν, ὃς ἐστιν ἡ σοφία τοῦ Πατρός. Ἅτε δὴ οὖν τὸν Χριστὸν ἐπὶ στόματος φέροντες, καὶ τοῦτον εἰς νοῦν ἀεὶ ἐκμελετῶντες, σύνεσιν εἶχον. Οὕτω δὲ αὐτῶν ἡκόνητο πρὸς σύνεσιν ὁ νοῦς, ὡς καὶ τὰς παραβολὰς τοῦ Σωτῆρος τὰς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φερομένας συνιέναι. Διὸ λέγοντος αὐτοῖς τοῦ Χριστοῦ· *Συνήκατε ταῦτα πάντα;* ἔλεγον αὐτῷ· *Ναί.*

Κλινῶ εἰς παραβολὴν τὸ οὖς μου. Ἐγὼ μὲν, φησὶν, ἀκονήσας τὸν ἐμαυτοῦ νοῦν εἰς σύνεσιν τῶν σωτηρίων παραβολῶν, δεδύνημαι ἐπακολουθῆσαι τῇ φερομένῃ αὐτοῖς διανοίᾳ· τοῖς δὲ μὴ τοῦτο πράττειν δυναμένοις διὰ νηπιότητα ἀνοίξω τὰ κεκλεισμένα, καὶ διασαφήσω τὰ προβλήματα καὶ τὰς παραβολάς. Καὶ ταῦτα πράξω διὰ τοῦ ἐμαυτοῦ ψαλτηρίου, τοῦ σώματος δηλαδὴ, ὀργάνου δίκην ἐπηχοῦντος, δι' οὗ πρὸς ὕμνον τρέπεται ἡ ψυχὴ, δι' ἑκάστου αἰσθητηρίου καὶ μέλους καὶ μέρους ἐπιστημόνως κινουμένη.

Ἵνα τί φοβοῦμαι ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ; Ἐντεῦθεν ἄρχεται, τῆς διδασκαλίας τὰ πρῶτα ὡς ἐν προοιμίοις διαλαλήσας. Ἄρχεται δὲ κατ' ἐρώτησιν, ἵνα καὶ ἀπόκρισιν λάβοι. Ἡ δὲ ἐρώτησίς ἐστιν αὕτη· *Ἵνα τί φοβοῦμαι;* μέχρι γὰρ τοῦ *φοβοῦμαι* δεῖ στίξαι, ἵνα ᾖ ἡ διάνοια αὕτη· Εἴ τις ἐρωτᾷ, φησὶν, *Ἵνα τί φοβοῦμαι;* τὴν αἰτίαν θέλων γνῶναι παρ' ἐμοῦ τῆς συνεχούσης με ἀγωνίας, ἀκουέτω μετὰ παῤῥησίας, ὡς ἔστιν ἡμέρα πονηρὰ, ἣν αὐτὸς φρίττων φοβοῦμαι. Φρίττω δὲ, ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ *ἡ ἀνομία τῆς πτέρνης μου κυκλώσει με*, τουτέστιν ἡ παρεκτροπὴ τῆς θείας ὁδοῦ, ἣν πεποίημαι κατὰ τὸν βίον, περισπασμῷ καὶ ἀπάτῃ τὸν θεῖον παραβὰς νόμον. Αὕτη οὖν ἡ ἀσέβεια κυκλώσει με, φησὶν· ἀντὶ τοῦ, Περιστήσεταί με τὰ ἔργα τὰ πονηρὰ ἃ πέπραχα, κυ-

Digitized by Google

κλοῦντά με πανταχοῦ καὶ πολιορκοῦντα, καὶ μὴ ἐῶντά με τὴν κόλασιν ἐκφυγεῖν. Πονηρὰν τὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν φησὶν, ἅτε δὴ πονηρὰν τοῖς κολαζομένοις ὑπάρχουσαν. Ὁ δὲ Ἀπόστολος καὶ ἡμέραν τῆς ὀργῆς αὐτὴν ἐκάλεσεν, εἰρηκώς· *Θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς.*

Οἱ πεποιθότες ἐπὶ τῇ δυνάμει αὐτῶν. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ, Ἀκούσατε ταῦτα οἱ ἐπὶ πλούτῳ καὶ τῇ δυνάμει θαῤῥοῦντες. Τίνα δέ ἐστιν ἃ ὀφείλουσιν ἀκούειν ἢ ἐκεῖνα, ὡς οὐδὲ αὐτοὺς κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ὁ πλοῦτος ὀνήσει; Θύδεν γὰρ λυτρώσεται αὐτοὺς τῆς ἐπαχθησομένης αὐτοῖς διὰ τῆς ἁμαρτίας ὀργῆς· ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἀδελφὸς, φέρε εἰπεῖν, θεοφιλὴς, οὔτε ἄλλος τις ἀνθρώπων ἰσχύει λυτρώσασθαι ἐν τῇ τότε ἡμέρᾳ τινά· καὶ εἰ ὁ ἀδελφὸς οὐκ ἰσχύει, καὶ ταῦτα θεοφιλὴς, πολλῷ πλέον οὐκ ἰσχύσει ὁ πλοῦτος.

[1] *Ὁ ἀδελφὸς οὐ λυτροῦται·* ἀδελφὸν θεοφιλῆ λέγει καὶ τίμιον.]

Καὶ τὴν τιμὴν τῆς λυτρώσεως τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. Διδάξας, ὡς οὐδὲν ὁ πλοῦτος ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ὠφελεῖ, διδάσκει καὶ τὸ ὠφελοῦν. Τί δὲ τοῦτο ἢ τὸ ἔγκοπον καὶ ἐπίπονον βίον κτήσασθαι; Οὗτοι γὰρ καὶ τῆς ἐπηγγελμένης ζωῆς κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα ἀξιωθήσονται. Ὁ κοπιῶν διὰ τῆς πρακτικῆς ζήσεται εἰς τέλος διὰ τῆς γνώσεως, καὶ παύσεται εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ζήσεται εἰς νῖκος. *Καὶ ἐκοπίασεν εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ζήσεται εἰς τέλος.*

Οὐκ ὄψεται καταφθορὰν, ὅταν ἴδῃ σοφοὺς ἀποθνήσκοντας. Εἰς τοσοῦτον γὰρ μακρὰν ἔσονται τῶν ἀσεβῶν, ὡς μηδὲ πλησιάζειν αὐτῶν τῇ ἀπωλείᾳ. Τίνες δὲ ἀποθνήσκοντες σοφοὶ ἢ περὶ ὧν λέλεκται· *Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω;* Παιδεύει γὰρ διὰ πάντων ἡ παροῦσα Γραφὴ, ὡς κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως οὔτε πλούσιος ἑαυτὸν ῥύεται, οὔτε ὁ νενομισμένος σοφός. Μόνος δὲ ἐκεῖνος τεύξεται τῆς αἰωνίου ζωῆς ὁ ἐν τῷ παρόντι βίῳ κατατήξας. *Ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἄφρων καὶ ἄνους ἀπολοῦνται.* Ὁμοῦ σοφοὶ, φησὶ, καὶ ἄφρονες ἀπωλείᾳ παραδοθήσονται· οὐ διενηνόχασιν γὰρ ἀλλήλων οὐδὲν, ὁμοίως εἰδωλολατροῦντες. *Καὶ καταλείψουσιν ἀλλοτρίοις τὸν πλοῦτον αὐτῶν.* Οὐ γὰρ ἠθέλησαν αὐτὸν οἰκεῖον ποιήσασθαι διὰ τῆς εἰς τοὺς δεομένους εὐεργεσίας.

Καὶ οἱ τάφοι αὐτῶν οἰκίαι αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα. Διὰ τῶν τάφων τὴν νεκρότητα σημαίνει ἣν ἐνέδυσαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν, οὐδὲν ὀρθὸν οὐδὲ εὐθὲς φρονήσαντες περὶ Θεοῦ. *Σκηνώματα αὐτῶν εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.* Αἱ σκηναὶ, φησὶν, ἐν αἷς ζῶντες ᾤκουν ἀφ' ἑτέρων εἰς ἑτέρους ἥξουσι κατὰ γενεάς· τοῦτο γὰρ καὶ ἀνωτέρω εἴρηκεν, ὅτι *καταλείψουσιν ἀλλοτρίοις τὸν πλοῦτον αὐτῶν.* *Ἐπεκαλέσαντο τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐπὶ τῶν γαιῶν.* Δέον, φησὶ, διὰ πίστεως καὶ πολιτείας λαμπρᾶς παρασκευάσαι γραφῆναι αὐτῶν τὰ ὀνόματα ἐν τοῖς οὐρανοῖς· οἱ δὲ ἐπὶ τῆς γῆς αὐτὰ ἐπεκαλέσαντο ἐπωνύμους αὐτοῖς κτίζοντες πόλεις.

A opera quæ feci, meque undique conclusum obsidebunt, nec sinent me supplicium effugere. Malam vero judicii diem appellat, ut quæ supplicio affectis dira et gravis futura sit. Apostolus autem eam iræ diem vocavit, cum dixit [39] : *Thesaurizas tibi iram in die iræ.*

7. *Qui confidunt in virtute sua.* Quasi in commune ait illud : Audite hæc omnes qui in divitiis et in virtute confiditis. Quænam autem audiant oportet, nisi illa, quod scilicet nihil illis utilitatis in illa die divitiæ sint allaturæ? Neque enim redimet eos ab ira et vindicta ob peccatum ipsis infligenda. Itaque ne frater quidem, ut ita dicam, etiamsi religiosus sit, neque alius quispiam hominum in illa die quemquam poterit redimere. Quod B si ne frater quidem possit, etsi religiosus, multo minus poterunt divitiæ.

[1] [*Frater non redimit*, fratrem religiosum et honorabilem virum dicit.]

9. *Et pretium redemptionis animæ suæ.* Postquam docuit nihil profuturas divitias in die judicii, docet quid profuturum sit. Quid autem illud, nisi vitam laboribus plenam ducere? Isti enim promissa vita in futuro sæculo dignabuntur. Qui per actiones laborat, vivet usque in finem per cognitionem, requiescet in sæculum, vivet ad victoriam. *Et laboravit in æternum, et vivet adhuc in finem.*

10. *Non videbit interitum cum viderit sapientes* C *morientes.* Ita longo ab impiis intervallo separabuntur, ut eorum perditioni ne minimum quidem appropinquent. Qui sunt autem illi sapientes morientes, nisi ii de quibus dictum [40] : *Perdam sapientiam sapientium, et intelligentium intelligentiam despiciam.* Docet enim ubique præsens Scriptura, quod in die judicii, neque dives seipsum redempturus sit, neque quivis sapiens existimatus. Vitam autem æternam is solus consequetur qui in hac vita se maceraverit. *Simul insipiens et stultus peribunt :* Una, inquit, sapientes et stulti perniciei tradentur : non differunt enim mutuo, simili idololatriæ generi dediti. *Et relinquent alienis divitias suas.* Neque enim illas sibi proprias et firmas constituere voluerunt, beneficiis erga egenos.

12. *Et sepulcra eorum domus illorum in æter-* D *num.* Per sepulcra mortalitatem significat qua induerunt animam suam, nihil probum, nihil rectum animo versantes circa Deum. *Tabernacula eorum in progenie et progenie.* Tabernacula, in quibus dum vitam agerent habitabant, ab aliis ad alios consequenter per generationes varias devenient : illud enim superius quoque dixerat, *relinquent alienis divitias suas. Vocaverunt nomina sua in terris.* Par erat, ait, ut per fidem et præclaram institutionem id efficerent, ut ipsorum nomina in cœlis describerentur; illi autem in terris vocaverunt, cum cognomines sibi urbes construerent.

[39] Rom. II, 5. [40] Isa. XXIX, 14; I Cor. I, 19.

Digitized by Google

13. *Et homo cum in honore esset non intellexit.* Quæ causa fuerit quod ipsi eo lapsi sint ut alte de se sentirent, enuntiat ille, videlicet carnis concupiscentiæ. Hoc autem est honorem proprium non intelligere, quod scilicet ad imaginem Dei facti sint. Ad similitudinem autem jumentorum insipientium, præ cœlestibus tabernaculis terram incolere delegerunt, et sepulcra a Deo concedendæ vitæ prætulerunt. A *Καὶ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε.* Τὸ αἴτιον τοῦ ἐκπεσεῖν αὐτοὺς εἰς τὸ μέγα φρονεῖν τὰ σαρκὸς ἐπιθυμήματα λέγει. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ μὴ συνιέναι τὴν τιμὴν αὐτῶν, ὅτι δὴ κατ' εἰκόνα πεποίηνται Θεοῦ. Ὁμοίως δὲ τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις γῆν οἰκεῖν ἀντὶ τῶν οὐρανίων σκηνῶν κατηλλάξαντο, καὶ τάφους ἀντὶ τῆς παρὰ Θεοῦ ζωῆς.

14. *Hæc via illorum scandalum ipsis.* Viam divinæ litteræ cujusque hominis vitam appellare consueverunt, et vitæ hominum tempus. Hanc ergo, ait, asperam et odiosam vitam paravit illis, quia rectum nihil sentirent. Sed quando in illa profecerunt, tum scandala ne sentiebant quidem. *Postea* vero *in ore suo complacebunt*, quasi dicat, Confitebuntur pœnitentiam agentes, quod in hujusmodi via incesserint; sed quando non erit ultra pœnitentiæ tempus. *Αὕτη ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκάνδαλον αὐτοῖς.* Ὁδὸν ἡ θεία Γραφὴ τὸν ἑκάστου βίον οἶδε καλεῖν, καὶ τὸν ἑκάστου τῆς ζωῆς χρόνον. Ταύτην οὖν, φησὶ, τὴν ὁδὸν τραχεῖαν καὶ ἐχθρὰν κατεσκεύασεν αὐτοῖς, ἅτε μηδὲν εὐθὲς πεφρονηκότες. Ἀλλ' ὅτε μὲν προσέκοπτον ἐν αὐτῇ, οὐκ ἠσθάνοντο τῶν σκανδάλων. *Μετὰ δὲ ταῦτα ἐν τῷ στόματι αὐτῶν εὐδοκήσουσιν*, ἀντὶ τοῦ, Ὁμολογήσουσι μετανοήσαντες ἐφ' οἷς τοιαύτην ὥδευσαν τρίβον, ὅτε οὐχ ἕξουσι τῆς μετανοίας καιρόν. B

15. *Sicut oves in inferno positi sunt.* Quando noluerunt sub bono pastore agere: sed repulso honore, perinde atque jumenta corpore corrupti sunt; idcirco pecora inferni effecti sunt, ita ut demum pastor eorum ad pascua sua abducat eos, alios quidem in ignem æternum; illos eo ubi fletus et stridor dentium, alios in tenebras exteriores. *Ὡς πρόβατα ἐν ᾅδῃ ἔθεντο.* Ἐπειδὴ οὐκ ἠθέλησαν ὑπὸ τὸν ἀγαθὸν εἶναι ποιμένα, ἀλλὰ τὴν ἑαυτῶν τιμὴν ἀπωσάμενοι, παραπλησίως τοῖς κτήνεσι τὰ σώματα διεφθάρησαν· ταύτῃ τοι καὶ θρέμματα γεγόνασιν ᾅδου, ὡς λοιπὸν αὐτὸν ποιμαίνοντα αὐτοὺς εἰς τὰς αὐτοῦ νομὰς ἀπάξειν, τοὺς μὲν εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τοὺς δὲ ὅπου ὁ κλαυθμὸς καὶ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, τοὺς δὲ εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον.

Adjicit Daniel Barbarus. Cæterum juxta Symmachum: Hæc via illorum dementiæ ipsis, posteri vero illorum sermonem probabunt: non enim primis sat fuit uti dementiæ via, nisi etiam perniciosum posteris exemplum facti simile ad sui imitationem studium illis relinquerent, ut et posteri in morum suorum via sibi placerent, et illos imitatione sequerentur.

Et dominabuntur eorum justi in matutino. Non ulterius, quemadmodum in hac vita cum essent, adversus pios homines insurgunt; verum contra qui matutino tempore dignati sunt et novo lumine, impiis imperabunt. *Et auxilium eorum veterascet in inferno*, etc. Omne, inquit, auxilium eorum, scilicet virtus quam obtinebant ex gloria, morte dissolvetur. Illud enim, *veterascet*, pro solvetur positum est. C *Καὶ κατακυριεύσουσιν αὐτῶν οἱ εὐθεῖς τὸ πρωΐ.* Οὐκέτι ὥσπερ ἐν τῷ παρόντι βίῳ ὄντες, κατεξανίστανται τῶν εὐσεβῶν· τοὐναντίον δὲ οἱ τοῦ καιροῦ τῆς πρωΐας ἀξιωθέντες καὶ τοῦ νέου φωτὸς τῶν ἀσεβῶν κατακυριεύσουσι. *Καὶ ἡ βοήθεια αὐτῶν παλαιωθήσεται ἐν τῷ ᾅδῃ.* Πᾶσα, φησὶν, ἡ βοήθεια αὐτῶν, ἤτοι ἡ ἰσχὺς ἣν ἔσχον ἐκ τῆς δόξης, τῷ θανάτῳ διαλυθήσεται. Τὸ γὰρ, *παλαιωθήσεται*, ἀντὶ τοῦ, διαλυθήσεται, τέθειται.

16. *Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me.* Mei, inquit, ita loquentis animam redimet Deus, ut ne una abducatur illa, et deseratur cum ovibus inferni. *Πλὴν ὁ Θεὸς λυτρώσεται τὴν ψυχήν μου ἐκ χειρὸς ᾅδου, ὅταν λαμβάνῃ με.* Ἐμοῦ, φησὶ, τοῦ ταῦτα λέγοντος λυτρώσεται ὁ Θεὸς τὴν ψυχὴν, πρὸς τὸ μὴ συναπαχθῆναι αὐτὴν, καὶ ἐρημωθῆναι μετὰ τῶν τοῦ ᾅδου προβάτων.

17. *Ne timueris cum dives factus fuerit homo.* Cum didiceris, ait, qui finis erit impiorum, ne beatos prædices eos qui in vita divites et opulenti sunt, non timeas quasi omni spe interclusus, nec ut magnis orbatus præsentis vitæ bonis, animo deficias. Probe nosti quia te exspectat redemptio a morte et vita æterna. Qui autem a multis prædicatur ob divitias gloriamque, et ob illam falso nuncupatam sapientiam, nihil plus habebit, nudatus quippe omnibus, a vitæ bonis abripietur. D *Μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος.* Μαθὼν, φησὶν, οἷον ἔσται τῶν ἀσεβῶν τὸ τέλος, μὴ μακαρίσῃς τοὺς ἐν τῷ βίῳ πλουτοῦντας, μηδὲ φοβηθῇς ὡς πάσης ἀποκεκλεισμένος ἐλπίδος, μὴ ἀθυμῇς δὲ ὡς μεγάλων ἀγαθῶν τῶν παρόντων ἐστερημένος. Εὖ ἴσθι, ὅτι σὲ μὲν περιμένει ἡ ἐκ θανάτου λύτρωσις καὶ ἡ αἰώνιος ζωή· ὁ δὲ παρὰ τοῖς πολλοῖς εὐδαιμονιζόμενος διὰ πλοῦτον καὶ δόξαν, καὶ διὰ τὴν ψευδώνυμον σοφίαν, οὐδὲν πλέον ἕξει· γυμνὸς γὰρ πάντων ἀπαχθήσεται τῶν τοῦ βίου.

18. *Quoniam cum interierit non sumet omnia.* Hoc solum lucri, ait, a divitiis accepisse videntur *Ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα.* Τοῦτο, φησὶ, μόνον ἔδοξαν κερδαίνειν οἱ ἄθεοι

Digitized by Google

ἀπὸ τοῦ πλούτου, τὸ εὐλογηθῆναι τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἐν τῇ θνητῇ καὶ προσκαίρῳ ζωῇ. Ἐκείνων ἐπαινούντων αὐτοὺς καὶ εὐδαιμονιζόντων ἐφ' οἷς ἔδοξαν ἔχειν ἀγαθοῖς. *Οὐδὲ συγκαταβήσεται αὐτῷ ἡ δόξα αὐτοῦ.* Ἐπειδὴ πάντα πρόσκαιρα, φησὶ, τότε χάριν ἀποδώσει σοι τῷ δημιουργῷ ὁ τοιοῦτος, ὅταν πληθύνῃς τὰ ὄντα αὐτῷ.

Εἰσελεύσεται ἕως γενεὰς πατέρων αὐτοῦ. Μιμήσεται, φησὶ, τῶν πατέρων τὸν ζῆλον, καὶ ἐκ πονηρῶν ὢν τὴν πονηρίαν διαδέξεται. *Ἕως αἰῶνος οὐκ ὄψεται φῶς.* Οἱ γὰρ τοιαῦτα φρονοῦντες τυφλοὶ ταῖς ψυχαῖς γεγόνασι, μήτε ἐν τῷ θνητῷ βίῳ τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως φωτισθέντες, μήτε ἐν τῷ μέλλοντι τοῦ αἰωνίου φωτὸς ἀξιωθησόμενοι.

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Ἀσάφ. ΜΘ'.

Ὑπόθεσις.

Ἄδει τὸν ψαλμὸν ὁ Ἀσὰφ τοῦ νομοθέτου τὸ πρόσωπον εἰσφέρων, τὰς πάλαι μὲν ἀνατρέπων θυσίας, εἰσφέρων δὲ τὰς τῆς Νέας Διαθήκης, τὰς δι' αἰνέσεως δωροφορίας. [Οἱ Ἰουδαίων πρῶτοι ἀρετῆς ἀμελοῦντες τὸ (*sic*) ἐνόμιζον εἶναι ἐν τῷ τοὺς νόμους ἀποστοματίζειν καὶ διαγγέλλειν, καὶ θυσίας προσφέρειν. Νόμου δὲ ἀνάγνωσις, καὶ θυσιῶν προσφορὰ τῆς ἐνυπαρχούσης εἰσὶν ἀρετῆς καρπός· ἄνευ δὲ ταύτης ἐκεῖνα ποιεῖν μόνον ὅμοιόν ἐστιν ἀλείφεσθαι μὲν ἐπὶ τῷ παλαίειν, αὐτῶν δὲ τῶν παλαισμάτων καταμελεῖν, ἐξ ὧν ὁ στέφανος. Πρὸς οὖν τοὺς οὕτω διακειμένους ἔλεγχον ποιεῖται ὁ μακάριος Δαυὶδ, τὸν Θεὸν εἰσάγων ὀνειδίζοντα καὶ δεικνύντα, ὅτι μὴ οὔσης ἀρετῆς, τὰς θυσίας ἀποστρέφεται, ὅ καὶ διὰ Ἡσαΐου ἔλεγεν· *Ὁ ἄνομος ὁ θύων μοι μόσχον, ὡς ὁ τύπτων ἄνδρα*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐν εἰκόνι οὖν σχηματίζει τὸν Λόγον, καὶ εἰσάγει τὸν Θεὸν ἐξ οὐρανοῦ παραγινόμενον, καὶ καθίζοντα κριτήριον, καὶ τοὺς τῶν Ἰουδαίων κρίνοντα ἄρχοντας, *Θεὸς θεῶν ἐλάλησε.*]

Θεὸς θεῶν Κύριος ἐλάλησε, καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν. Θεοὶ μὲν οἱ ἅγιοι παρὰ τῷ Θεῷ· *Δέδωκά σε τῷ Φαραὼ εἰς Θεόν*· καὶ, *Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε.* Καλοῦνται δὲ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πότε, ἢ ὅτε ἐνανθρωπήσας ἐλάλησε, καὶ πᾶσαν συνεκάλεσε τὴν γῆν; Τί δὲ ἐλάλησεν ἢ τὸ, *Πορευθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη*, καὶ τό· *Δεῖ κηρυχθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦτο ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ;*

Ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ. Ἐκ γὰρ τῆς ἄνω Σιὼν καὶ δευτέραν παρουσίαν ποιήσεται.

[*Ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ. Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει.* Τὸ μὲν, *ἐκ Σιὼν*, τὴν προτέραν λέγει παρουσίαν σημαίνειν· τὸ δὲ, *ἐμφανῶς*, δευτέραν. Κατὰ μὲν οὖν τὴν πρώτην αὐτοῦ παρουσίαν καὶ τὴν ἔνδοξον θεοφάνειαν ἐσιώπα ὑπ' ἀνθρώπων κρινόμενος, οὐδὲ ἐμφανῆ τὴν ἑαυτοῦ θεότητα ἐδείκνυ· ἐπειδὰν δὲ τὸ δεύτερον ἀφίκηται, ἥξει ἐμφανῶς, καὶ οὐ παρασιωπήσεται· ἀλλ' ἐλέγξει τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν. Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ δὲ Χρι-

impii, quod anima eorum in hac mortali et temporanea vita ab divitiis celebrata fuerit. Laudati scilicet et felices dicti, ob bona quæ habere videbantur. *Neque descendet cum eo gloria ejus*, etc. Quoniam, inquit, omnia temporanea, tum gratiam reddet tibi creatori hujusmodi homo, cum ejus facultates auxeris.

19. *Introibit usque in progenies patrum suorum.* Imitabitur, inquit, patrum suorum studium : et cum ex improbis ortum ducat, improbitatem excipiet. *Usque in æternum non videbit lumen.* Omnes enim qui hoc modo sentiunt, animo cæcutiunt, neque in hac mortali vita lumine cognitionis illustrati, neque in futura æterno lumine donandi.

PSALMUS Asaph. XLIX.

Argumentum.

Psalmum canit Asaph, personam inferens legislatoris, qui antiqua sacrificia evertit, et quæ ad Novum Testamentum pertinent dona cum laude conjuncta affert. [Judæorum primi, neglecta virtute, religionem putabant esse sitam in recitandis et enuntiandis legibus, offerendisque sacrificiis. Lectio autem legis et sacrificiorum oblatio, virtutis intus exsistentis fructus esse debent : qua deficiente illa solum præstare, perinde fuerit ac si quis ungatur ad palæstram, et certamina ipsa nihil curet, quibus corona obtinetur. Eos itaque qui sic affecti sunt, coarguit beatus David, Deumque inducit exprobrantem ac declarantem se, si deficiat virtus, a sacrificiis abhorrere, quod per Isaiam quoque dicebat [41]. *Impius qui mihi vitulum immolabat, est quasi ille qui virum cædit*, etc. In imagine igitur Verbum adumbrat, inducitque Deum de cœlo adventem, ac sedentem ad judicium, et de Judæorum principibus judicium ferentem, *Deus deorum locutus est.*]

1. *Deus deorum Dominus locutus est, et vocavit terram.* Sancti ut dii apud Deum sunt : *Dedi te Pharaoni in Deum* [42], et : *Ego dixi : Dii estis* [43]. Quandonam ita a Deo vocantur, nisi cum incarnatus locutus est, et totam convocavit terram? Quid vero locutus est, nisi : *Euntes baptizate omnes gentes* [44]; et illud : *Oportet prædicari Evangelium hoc in universo mundo* [45]?

2. *Ex Sion species decoris ejus.* Nam ex superna Sion secundo adveniet.

[*Ex Sion species decoris ejus. Deus, manifeste veniet.* Illud, *ex Sion*, priorem dicit adventum significare; illud autem, *manifeste*, secundum. Quod itaque priorem ejus adventum, atque gloriosam Dei manifestationem, silebat dum ab hominibus judicaretur, neque conspicue divinitatem suam ostendebat, quando autem secundo accedet, manifeste veniet, et non silebit, sed arguet mundi peccatum. Si namque Deus manifeste veniat, Christus autem Deus

[41] Isa. LXVI, 3. [42] Exod. VII, 1. [43] Psal. XLVI, 6. [44] Matth. XXVIII, 19. [45] Marc. XIII, 10.

Digitized by Google

sit, illud sane dictum, *manifeste*, carnem declarat.]

3. *Deus manifeste veniet.* Non enim perinde atque in primo adventu incognito veniet; sed ut ipse ait: sicut fulgur quod omnia implet ab oriente ad occidentem. *Deus noster et non silebit.* Non sicut ante, inquit, silebat, et nihil agebat contra impios, ita tunc erit. *Ignis in conspectu ejus exardescet.* Ignis, ut propter impietatem merentes tradat comburendos: simile autem illud: *In conspectu illius volvebatur fluvius igneus.* Hæc ipsa mirabilia sane vidit Daniel [46]. *Fluvius* enim, inquit, *ignis volvebatur in conspectu ejus: thronus ejus flamma ignis, rotæ ejus ignis accensus.* Ignis autem, aut lumen ex eo manans significat; nam Christi cognitionem præcedit lumen spirituale, cujus figura est columna ignis quæ Israelem nocte ducebat; aut indicat nos omni peccatorum genere frigidos a Salvatore accensos ad studium omnis boni. Ignis vero ille ceu spiritualis, sancti Spiritus participationem inducit. Ait enim ille: *Ignem veni mittere in terram* [47]. Siquidem spiritu viventes effecti sumus quotquot tali gratia dignati sumus. Quamobrem in omni Spiritus gratia ignis manifestatio una inducitur; baptizamur enim in Christo secundum Joannis vocem in Spiritu sancto et igne. Ait item prophetarum quidam [48]: *Ipse egreditur quasi ignis conflans et quasi herba fullonum: et descendet conflans et purgans ceu aurum et argentum.* Omnem quippe maculam in nobis tabefacit Spiritus sancti virtus. Sed nihil profuit Synagogæ Judæorum, quia gratiam non admiserunt, de quibus apud Jeremiam dicit Deus [49]: *Defecit conflator ab igne, defecit plumbum. In vanum argentarius argentum signat: malitiæ eorum non tabefactæ sunt.*

4. *Advocabit cœlum desursum.* Olim qui in terra degebant partes vulpium erant, ut in Psalmis dictum est [50], impuros colentes spiritus, et in singulis locis Deum existimantes esse id quod apparebat. Sed ubi apparuit Salvator, illustravit nos vera Dei cognitionis luce, reduxit quod erraverat, obligavit quod infirmabatur; utpote pastor bonus, feras expulit ab ovili ovium; sanctificavit spiritu, munivit virtutibus angelicis, constituit omnes qui in terra fuere sanctos mysteriorum initiatores. Advocabit igitur, inquit, angelos qui in cœlis sunt, et eos qui in terra ad apostolatum allecti sunt, ut discernant populum ipsius. Nam apostoli eos quidem qui obtemperarunt, Deo obtulere, infideles autem Satanæ transmisere, tantum non dicentes: Abscedite igitur ad lucem ignis vestri, et ad flammam qua combusti estis. Judæis itaque non credentibus aiunt [51]: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, et indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes.* Quod autem mysteriorum dispensatoribus eorumque discipulis angeli auxilientur, declarat Pau-

A στὸς Θεός ἐστι, τὸ, *ἐμφανῶς*, ἄρα τὴν σάρκα δηλοῖ.]

Θ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει. Οὐ γὰρ κατὰ τὴν προτέραν παρουσίαν λεληθότως· ἀλλ' ὡς αὐτός φησιν, ὡς ἀστραπὴ πληροῦσα ἀπὸ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν. *Ὁ Θεὸς ἡμῶν καὶ οὐ παρασιωπήσεται.* Οὐχ ὥσπερ τὸ πρότερον, φησὶν, ἐσιώπα τοῖς ἀσεβέσιν, οὕτω καὶ τότε. *Πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται.* Πῦρ, ἵνα τοὺς ἀξίους διὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν παραδῷ. Ὅμοιον δὲ τὸ, *Ἔμπροσθεν αὐτοῦ εἵλκε ποταμὸς πυρός.* Σφόδρα ταῦτα καὶ ὁ μακάριος ἐθεάσατο Δανιήλ. *Ποταμὸς* γὰρ, φησὶ, *πυρὸς εἵλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ· ὁ θρόνος αὐτοῦ φλὸξ πυρός· οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον.* (*Corderius sic.*) Τὸ δὲ πῦρ ἢ τὸ φῶς σημαίνει τὸ ἐξ αὐτοῦ· τῆς γὰρ γνώσεως τοῦ Χριστοῦ τὸ διὰ πίστεως ἡγεῖται φῶς νοητὸν, οὗ τύπος ὁ τοῦ B Ἰσραὴλ ἐν νυκτὶ καθηγησάμενος στῦλος πυρός· ἢ ὅτι τοὺς ἀπεψυγμένους ἡμᾶς εἰς ἅπασαν ἁμαρτίαν. ἀνεζωπύρησεν ὁ Σωτὴρ εἰς προθυμίαν παντὸς ἀγαθοῦ· πῦρ ὥσπερ νοητὸν τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος μέθεξιν ἐμβαλών. Ἔφη γοῦν ὅτι· *Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν·* γεγόναμεν γὰρ τῷ πνεύματι ζῶντες, ὅσοι τῆς τοιαύτης ἠξιώμεθα χάριτος. Διὸ καὶ ἐν τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριτι πυρὸς δήλωσις συνεισφέρεται· βαπτιζόμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνὴν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. Ἔφη δέ τις καὶ τῶν προφητῶν· ὅτι *Αὐτὸς ἐκπορεύεται ὡς πῦρ χωνευτηρίου, καὶ ὡς πόα πλυνόντων· καὶ καθεζεῖται χωνεύων καὶ καθαρίζων ὡς τὸ ἀργύριον καὶ χρυσίον.* Ἐκτήκει γὰρ ἅπαντα ῥύπον ἐν ἡμῖν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δύναμις. Ἀλλ' οὐδὲν ὤνησε C τὴν Ἰουδαίων Συναγωγὴν, ὅτι μὴ τὴν χάριν προσήκαντο, περὶ ὧν ἐν Ἱερεμίᾳ φησὶν ὁ Θεός· *Ἐξέλειπε φυσητὴρ ἀπὸ πυρὸς, ἐξέλειπε μόλιβδος. Εἰς κενὸν ἀργυροκόπος ἀργυροκοπεῖ· πονηρίαι αὐτῶν οὐκ ἐτάκησαν.*

Προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω. (*Corderius.*) Πάλαι μὲν οἱ ἐπὶ γῆς μερίδες ἦσαν ἀλωπέκων, ὡς ἐν Ψαλμοῖς πού φησι, τοῖς ἀκαθάρτοις λατρεύοντες πνεύμασι, καὶ κατὰ τόπον ἕκαστον Θεὸν ἡγούμενοι τὸ δοκοῦν. Ἀλλ' ἐπιφανεὶς ὁ Σωτὴρ, ἐνήστραψεν ἡμῖν τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας τὸ φῶς, ἐπέστρεψε τὸ πεπλανημένον, κατέδησε τὸ ῥᾳδιούργημα, ὡς ποιμὴν ἀγαθὸς, ἀπεσόβησε τοὺς θῆρας τῆς τῶν προβάτων αὐλῆς· ἡγίασε πνεύματι, ἠσφαλίσατο δυνάμεσιν ἀγγελικαῖς, ἐπέστησε τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν ἁγίους D μυσταγωγούς. Προσκαλέσεται τοίνυν, φησὶ, τοὺς ἐν οὐρανοῖς ἀγγέλους, καὶ τοὺς ἐξειλεγμένους ἐν γῇ πρὸς ἀποστολὴν, ὥστε τὸν λαὸν αὐτοῦ διακρῖναι. Οἱ γὰρ ἀπόστολοι τοὺς μὲν πειθομένους προσήνεγκαν τῷ Θεῷ, ἀπιστοῦντας δὲ τῷ Σατανᾷ παρέπεμψαν, μονονουχὶ λέγοντες· Πορεύεσθε οὖν, φησὶ, τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ὑμῶν καὶ τῇ φλογὶ ᾗ ἐξεκαύσατε. Τοῖς γοῦν Ἰουδαίοις ἀπιστοῦσί φασιν· *Ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαλῆσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ ἀναξίους ἑαυτοὺς κρίνετε τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη.* Ὅτι δὲ τοῖς μυσταγωγοῦσι καὶ τοῖς αὐτῶν

[46] Dan. VII, 10. [47] Luc. XII, 49. [48] Malach. III, 2, 3. [49] Jerem. VI, 28, 29. [50] Psal. LXII, 11. [51] Act. XIII, 46.

Digitized by Google

μαθηταῖς συμπράττουσιν ἄγγελοι, δηλοῖ λέγων ὁ Παῦλος· *Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν;* Τοῦτο καὶ ἡ κλίμαξ ἐδήλωσεν, ἣν εἶδεν Ἰακὼβ τὴν ἐκ γῆς διήκουσαν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐφ' ἧς ἐπεστήριχτο Κύριος, ἄνω κάτω διαθεόντων ἀγγέλων. Τοιοῦτον καὶ τό· *Παρεμβαλεῖ Κύριος κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς*· δι' ὧν οὖν συμπράττουσι καὶ αὐτοὶ διακρίνουσι τὸν λαόν.

A lus dicens [53]: *Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capturi sunt salutis?* Hoc item indicavit scala quam vidit Jacob a terra ad cœlum pertingentem, super qua firmiter consistebat Dominus, angelis sursum deorsum discurrentibus [54]. Ejusmodi item illud est: *Castrametabitur Dominus in circuitu timentium eum, et eripiet eos* [55]; dum itaque illi auxiliantur, discernunt populum.

Προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω. Τοὺς δικαίους, φησὶ, τοὺς οὐράνιον πολιτείαν ἐπιτηδεύοντας, συνάξει εἰς τὰς ἄνω μονάς. *Καὶ τὴν γῆν τοῦ διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ.* Τοὺς ἁμαρτωλοὺς φησι καὶ πάντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς συνάξαι, ἐπὶ τὸ χωρίσαι τοὺς δικαίους τῶν μὴ τοιούτων.

Advocabit cœlum desursum. Justos scilicet, qui cœleste institutum sectantur, congregabit in supernis mansionibus. *Et terram discernere populum suum.* Peccatores jubet omnesque in terra degentes congregare, ad separandum justos a non justis.

B

Συναγάγετε αὐτῷ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ. Ὡς πρὸς τοὺς ἀγγέλους ὁ λόγος, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Κυρίου· *Καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συνάξουσι τοὺς δικαίους ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων τῆς γῆς· τοὺς διαθεμένους τὴν διαθήκην αὐτοῦ ἐπὶ θυσίας.* Θυσίας τὰς πνευματικὰς λέγει.

5. *Congregate illi sanctos ejus.* Quasi ad angelos est sermo, juxta illud a Domino dictum: *Et mittet angelos suos, et congregabunt justos ex quatuor ventis terræ* [56]. *Qui ordinant testamentum ejus super sacrificia.* Sacrificia dicit spiritualia.

Καὶ ἀναγγελοῦσιν οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. Δοξάσουσι, φησὶν, οἱ οὐρανοὶ τὸν Θεὸν, ὅτι δὴ καὶ ἀνθρώπους τῶν οὐρανίων διατριβῶν ἠξίωσε. (*Corderius.*) Βούλεται τοὺς ὁσίους τοῦ πρότερον λαοῦ πρὸ τῆς μελλούσης κρίσεως παῦσαι τῆς θυσίας τῆς διὰ τῶν ἀλόγων ζώων σφαγῆς, ἀναλαβεῖν τὴν κατ' ἐπιστήμην καὶ γνῶσιν. Ἐπὶ δὲ τούτοις τὸν κριτὴν αἱ οὐράνιαι δυνάμεις ἀνυμνοῦσιν, ὅτι ἀπὸ τῶν ὁσίων κατήρξατο, καὶ οἱ οὐρανοὶ διαγγέλλουσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, συγχαίροντες αὐτῶν τῇ σωτηρίᾳ. Τὸ δὲ τῆς γῆς οἰκητήριον τῷ μὴ τῆς οὐρανίου κλήσεως ἠξιωμένῳ τάγματι καταληφθήσεται (*a*). *Ὅτι ὁ Θεὸς κριτής ἐστιν.* Ἐνταῦθα προδήλως τὸν Χριστὸν λέγει Θεόν· πᾶσαν γὰρ τὴν κρίσιν δέδωκεν ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ. Καὶ εἰ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκεν ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ, ὁ δὲ Θεὸς κριτής ἐστι· Θεός ἐστιν ὁ Χριστός.

6. *Et annuntiabunt cœli justitiam ejus.* Gloriam, inquit, Deo tribuent cœli, quia scilicet homines cœlestibus mansionibus dignatus est. Optat ut sancti prioris populi ante futurum judicium finem faciant sacrificii per mactationem brutorum fieri soliti, et illud assumant quod secundum scientiam et cognitionem offertur. Super his cœlestes virtutes judicem celebrant, quia a sanctis incipit, et cœli annuntiant justitiam ejus, de eorum salute una lætantes. Terrenum vero domicilium ei ordini relinquetur qui cœlesti vocatione dignatus non fuerit. *Quoniam Deus judex est.* Hic manifeste Christum dicit Deum: nam omne judicium dedit Pater Filio [57]. Quodsi omne judicium dedit illi, et Deus judex est: ergo Deus est Christus.

C

Ἄκουσον, λαός μου, καὶ λαλήσω σοι. Καινῶς νομοθεσίας εἰσαγωγὴν ποιούμενος, ἵνα μή τις ἀνθρώπινον τὸν λόγον ἢ τινος ἀγγελικῆς δυνάμεως ὑπολάβοι, προτάττει τὸ, *Ὁ Θεὸς ὁ Θεός σού εἰμι ἐγώ.* Ἡ δὲ διάνοια αὕτη· Μὴ νόμιζε ἕτερον εἶναί με, διὰ τὸ ἕτερα νομοθετεῖν σήμερον· ἀλλ' αὐτὸς ἐκεῖνός εἰμι ὁ παρὰ Μωσῇ τὰ περὶ θυσιῶν νομοθετήσας. Μαρτύρομαι δέ σε, ὡς οὐκ ἐγκληθήσῃ παραβὰς τοὺς παρὰ Μωσῇ νόμους. Αὐτὸς γάρ εἰμι ὁ κἀκεῖ διαταξάμενος τῷ παιδί μου συμφερόντως, καὶ νῦν τάδε μαρτύρομαι, ὅτι μὴ ἀνάγκη σοι τὰ περὶ θυσιῶν φυλάττειν νόμιμα. Κἂν γὰρ μὴ προσφέρῃς αὐτὰ, οὕτως προσενηνεγμένα ἐστί. *Τὰ γὰρ ὁλοκαυτώματά σου ἐνώπιόν μού ἐστι διαπαντὸς,* κἂν μὴ προσφέρηται. Εἰ δὲ ἐξ ἅπαντος σπουδάζεις ὥσπερ τινὰ τίμια καὶ ἀναγκαῖα ταῦτα προσάγειν, ἄκουε μετὰ παῤῥησίας, ὡς οὐδὲν τούτων παρὰ σοῦ δέξομαι. Περιττὰ

7. *Audi, populus meus, et loquar tibi.* Cum novam legislationem introduceret, ne quis humanum verbum esse, aut a quadam angelica virtute proficisci existimaret, præmittit illud: *Deus Deus tuus ego sum.* Hæc autem est sententia: Ne putes alium D me esse, quod hodie alias sanciam leges: sed idem ipse sum qui apud Mosem de sacrificiis legem tuli. Testificor autem tibi te non culpatum iri si leges Mosis prætergressus fueris. Ipse enim ego sum qui illas tunc puero meo ad utilitatem ejus tradidi, et jam testificor, tibi non necessum esse legalia de sacrificiis præcepta servare. Etiamsi enim ea non obtuleris, nihilominus sunt oblata: nam *Holocausta tua in conspectu tuo sunt semper*, etiamsi non offerantur. Si autem omnino curas ea ceu pretiosa quædam et necessaria offerre, cum fiducia audi, me eorum nihil a te ac-

[53] Hebr. I, 14. [54] Gen. XXVIII, 12. [55] Psal. XXXIII, 8. [56] Matth. XIII, 41. [57] Joan. V, 22.

(*a*) Interpres legisse videtur καταλειφθήσεται. EDIT.

Digitized by Google

cepturum. Superflua enim mihi omnia sunt. Quandoquidem et quæ in agris pascuntur animantia, boves, jumenta, volucres cœli, et pulchritudo agri, omnia mea sunt, et horum nihil egeo. Quodsi quando mihi necessitas foret alimenti, non ita egenus ego sum, ut a te talia postulem: *Meus est enim orbis terræ* [57]. Sed quænam grata mihi offeres sacrificia? laudem, canticum, divinum sermonem. Cum autem hæc impleveris, tum ac si legem implesses divinam, mercedem accipies; ut cum invocaveris, exaudiaris. Et declarans quem populum alloquatur, intulit: *Israel, et testificabor tibi.* Exinde vero suum ostendit dominium: *Deus Deus tuus ego sum*, qui te Ægyptiaca servitute liberavi, qui mare in viam dedi, qui in deserto enutrivi, qui eam tibi legem dedi. Nam ne alium me legislatorem existimaveris, cernens legum diversitatem.

A γάρ μοι πάντα· ἐπειδὴ καὶ τὰ ἐν ἀγροῖς νεμόμενα ζῶα βόες καὶ κτήνη, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἡ ὡραιότης τοῦ ἀγροῦ, πάντα ἐμὰ τυγχάνει, καὶ ἀνενδεὴς παντὸς ὑπάρχω. Εἰ δὲ καὶ χρεία μοι γένοιτό ποτε τροφῆς, οὐχ οὕτως ἐνδεὴς ἐγὼ, ὡς παρὰ σοῦ τὰ τοιαῦτα αἰτεῖν· *Ἐμὴ γάρ ἐστιν ἡ οἰκουμένη.* Τίνας δέ μοι προσηνεῖς θύσεις θυσίας; τὴν αἴνεσιν, τὸν ὕμνον, τὴν θεολογίαν. Ἐπειδὴ δὲ ταῦτα πληρώσεις, τὸ τηνικαῦτα ὡς ἂν νόμον πληρώσας θεῖον, ἀντίδοσιν λήψῃ τὸ ἐπικαλούμενος εἰσακουσθῆναι. Καὶ δεικνὺς πρὸς ποῖον λαὸν διαλέγεται, ἐπήγαγεν· *Ἰσραὴλ, καὶ διαμαρτύρομαί σοι.* Εἶτα τὴν οἰκείαν δείκνυσι δεσποτείαν· *Ὁ Θεὸς ὁ Θεός σού εἰμι ἐγὼ*, ὁ τῆς Αἰγυπτιακῆς σε δουλείας ἐλευθερώσας, ὁ τὴν θάλατταν ὁδὸν δωρησάμενος, ὁ ἐν ἐρήμῳ διαθρέψας, ὁ τὸν B νόμον ἐκεῖνόν σοι δεδωκώς. Μὴ γὰρ δὴ ἄλλον με νομοθέτην νομίσῃς, τῶν νόμων ὁρῶν τὸ διάφορον.

[*Deus Deus tuus.* Id est, qui magna miracula ab initio usque ad hoc tempus generi vestro exhibuit.]

[*Ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου.* Τουτέστιν, ὁ μεγάλα θαυμάσια ἀρχῆθεν μέχρι τοῦ νῦν τῷ γένει ὑμῶν ἐνδειξάμενος.]

8. *Non in sacrificiis tuis arguam te.* Nequaquam te negligentiæ in offerendis sacrificiis arguo: illa namque offers assidue; sed præcipio ne hisce justitiam circumscribas.

Οὐκ ἐπὶ ταῖς θυσίαις σου ἐλέγξω σε. Οὐκ ἀμέλειάν σοι, φησὶν, ἐγκαλῶ θυσιῶν· προσφέρεις γὰρ ταύτας διηνεκῶς· ἀλλὰ μὴ ταύταις ὁρίσασθαι τὴν δικαιοσύνην παρεγγυῶ.

16. *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas?* Peccatorem hoc loco promulgatorem divinarum Scripturarum dicit. Simile autem est huic dicto: *Non speciosa laus est in ore peccatoris* [58]. Si namque omnia præcepta transgreditur, et omni malitiæ studet, et lingua utitur dolosa, cur postea divinas litteras in ore habet?

Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· Ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου; Ἁμαρτωλὸν ἐνταῦθα τὸν νομοθέτην τῶν θείων Γραφῶν φησιν. Ὅμοιον δὲ τῷ εἰρημένῳ· *Οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ.* Εἰ γὰρ πάσας παραβαίνει τὰς ἐντολὰς καὶ C πᾶσαν ἐπιτηδεύει κακίαν, καὶ δολίαν ἀποδίδωσι τὴν γλῶσσαν· τί καὶ τὰς θείας ἐπὶ στόματος φέρει Γραφάς;

21. *Existimasti inique, quod ero tui similis.* Olim quidem, ait, diu toleravi, sed non jam id faciam: in medium enim tui arguendi causa afferam peccata tua, quæ tu quidem existimabas non ultra exsistere, neque in cujuspiam memoriam ventura esse. Ego vero utpote Deus ad lucem producam illa, atque apponentur in conspectum tuum. Neque abscondam quemadmodum tu facis, nec similis tui ero. Producam item illa, ut palam faciens pudore te afficiam. *Arguam te, et statuam contra faciem tuam peccata tua.*

Ὑπέλαβες ἀνομίαν, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος. Πάλαι μὲν, φησὶν, ἐμακροθύμησα, ἀλλ' οὐ νῦν τοῦτο ποιήσω· παραστήσω γὰρ εἰς τὸν κατὰ σοῦ ἔλεγχον τὰ σὰ ἁμαρτήματα, ἃ δὴ σὺ μὲν ὑπέλαβες μηκέτι ὑφεστάναι, μηδὲ εἰς μνήμην ἥξειν τινός· ἐγὼ δὲ ὡς Θεὸς εἰς φῶς παράξω, καὶ προτεθήσονται ἐνώπιόν σου· οὐ κρύπτων ὥσπερ σὺ, καὶ ὁμοιωμένος σοι. Παράξω δὲ αὐτὰ, ὅπως αὐτὰ καὶ γνωρίζων αἰσχύνην καταχέω. *Ἐλέγξω σε, καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου.*

22. *Intelligite hæc, qui obliviscimini Deum.* Utpote clemens, post increpationem adhortationem adjicit, dans pœnitentiæ locum. Intelligite, me non ideo tandiu tolerare quod de facinoribus vestris gaudeam, sed ut dem pœnitentiæ locum. Alioquin abripit nos iniquus, sive iniquitas, nemine liberante. Eripio enim eos qui intelligunt et a malis desistunt, atque dicunt: *Injuste egimus, iniquitatem fecimus, impie egimus* [59]. Nam qui adhuc in malis versatur confiteri non potest. *Ne quando rapiat et non sit qui eripiat.* Ne quando, inquit, auferat mors animam, pœnitentiam agite; nemo enim est qui eripiat eos qui propter peccata in inferno conclusi

D *Σύνετε δὴ ταῦτα, οἱ ἐπιλανθανόμενοι τοῦ Θεοῦ.* Ὡς φιλάνθρωπος μετὰ τὸν ἔλεγχον ἐπιφέρει καὶ παραίνεσιν, μετανοίας τόπον διδούς. Σύνετε, ὅτι μὴ χαίρων τοῖς ὑφ' ὑμῶν γενομένοις μακροθυμῶ, καιρὸν δὲ μετανοίας διδούς. Εἰ δὲ μὴ, ἁρπάζει ἡμᾶς ὁ ἄνομος, ἤγουν ἡ ἀνομία, μηδενὸς ἡμᾶς ῥυομένου. Ῥύομαι γὰρ τοὺς νοοῦντας οἳ κακῶν εἰσι, καὶ παυσαμένους καὶ λέγοντας· *Ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν, ἠσεβήσαμεν.* Οὐ γὰρ ἔστιν ἐξομολογεῖσθαι τὸν ἔτι τὸ κακὸν ἐνεργοῦντα. *Μή ποτε ἁρπάσῃ, καὶ μὴ ᾖ ὁ ῥυόμενος.* Μή ποτε, φησὶν, ἀφέληται τὴν ψυχὴν ὁ θάνατος, μετανοήσατε· οὐκ ἔστι γὰρ ὁ ῥυόμενος τοὺς ἐν ᾅδου κατειλημμένους ταῖς ἁμαρτίαις.

[57] vers. 12. [58] Eccli. xv. 9. [59] II Paral. vi, 37.

Digitized by Google

Ἁρπάζεται γὰρ ψυχὴ, ὡς παντελῶς ἐκπεσοῦσα Θεοῦ. A

Θυσία αἰνέσεως δοξάσει με. Ἐπαναλαμβάνει τὰ εἰρημένα, τὴν λογικὴν ἐπιτελεῖν λατρείαν παραχελευόμενος. Μετὰ τὴν πολλὴν κατηγορίαν τὸ φάρμακον τῆς ἁμαρτίας ἔδειξε, τῶν μυστηρίων δηλαδὴ τὴν ἀπόλαυσιν. Ἐκείνη γὰρ ἀληθῶς θυσία αἰνέσεως τὸν Θεὸν δοξάζουσα. Ἐπειδὴ μετὰ τῶν ἀγγέλων αἰνοῦντες τότε καὶ μετὰ τῆς κτίσεως ἱστάμεθα. *Καὶ ἐκεῖ ὁδὸς ἣν δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριόν μου.* Ἐν τῇ θυσίᾳ, φησὶ, τῆς αἰνέσεως ὁδός ἐστι τῆς παρὰ Θεῷ σωτηρίας.

Εἰς τὸ τέλος ΨΑΛΜΟΣ ᾠδῆς τῷ Δαυὶδ. Ν'.
Ἐν τῷ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν Νάθαν τὸν προφήτην, ἡνίκα εἰσῆλθε πρὸς Βηρσαβεέ.

Ὑπόθεσις.

Γοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμὸν ἐξομολόγησιν δύο ἐγκλημάτων περιέχοντα, τῆς τε μιαιφονίας Οὐρίου καὶ μοιχείας πρὸς Βηρσαβεέ. [Ὑποδείκνυσι καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις σωτηρίας ὁδὸν τὴν μετάνοιαν, οἷόν τινα τέχνην τῆς διηνεκοῦς κατὰ τοῦ ἐχθροῦ νίκης. Ὁ γὰρ ταύτην ἀεὶ μελετῶν καὶ κατορθῶν διαπαντὸς γίνεται νικητὴς τοῦ ἀεὶ προσπαλαίοντος. Εἰσάγει δὲ καὶ τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀπολύτρωσιν, *Ῥαντιεῖς με*, λέγων. Ναὶ μὴν καὶ διδάσκει, ὡς πεφύλακται αὐτῷ τὸ τῆς προφητείας χάρισμα. Οὐ γὰρ αἰτεῖ ὡς ἐστερημένος αὐτοῦ, ἀλλὰ μὴ ἀφαιρεθῆναι ἱκετεύει λέγων· *Μὴ ἀντανέλῃς.*] Εἰσάγει δὲ καὶ τῆς καθ' ὅλου γενησομένης τῶν ἁμαρτημάτων λυτρώσεως τὴν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος προφητείαν, καὶ τῆς ἐν πνεύματι λατρείας διδασκαλίαν. Πανταχοῦ δὲ τῶν δύο παρανομημάτων εὑρήσεις ἐξιλεούμενον. C

Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου. Ὡς ἐπὶ μεγάλου ἁμαρτήματος, τοῦ μεγάλου ἐλέου τοῦ Θεοῦ δέεται τυχεῖν. *Καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου.* Μόνων γάρ ἐστι τῶν τοῦ Θεοῦ οἰκτιρμῶν τῆς μιαιφονίας ἀπολοῦσαι τὰς χεῖρας.

[Σαφέστερον δὲ ὃ λέγει ποιῶν φησιν· *Ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με.* Κάνταῦθα τὸν πλεονασμὸν ᾔτησε τῆς καθάρσεως, διὰ τὸ δεῖξαι πανταχοῦ τὸ πλημμέλημα μέγα· ἢ, ἐπεὶ παρὰ Νάθαν ἦκουσε τὴν συγχώρησιν, καὶ αἱ παντοδαπαὶ δὲ συμφοραὶ τὸ πολὺ ὑπετέμνοντο τῆς ἁμαρτίας, φησὶ νῦν, ὅτι Δέομαι ῥυμμάτων καὶ ἐκπλύσεων, ἵνα τέλεον ὁ προστετηκὼς ἀποξεσθῇ ῥύπος.] D

Ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν μὲ ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου, τῆς ἐπὶ τῷ φόνῳ, φησί. Καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με, τῆς ἐπὶ μοιχείᾳ. Ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω. Καὶ τοῦτο ἐπὶ τῷ φόνῳ εἴρηκε. *Καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μού ἐστι διαπαντός.* Ἄνω καὶ κάτω περιστρέφει τῆς ἁμαρτίας τὴν μνήμην τῆς ἐπὶ τῇ μοιχείᾳ γινομένης, ὡς οὐκ ἐώσης αὐτὸν οὔτε ἀναχωρούσης, ἀλλὰ διαπαντὸς συνοῦσαν αὐτῷ καὶ ἄγχουσαν.

sunt. Abripitur enim anima, utpote omnino a Deo lapsa.

23. *Sacrificium laudis honorificabit me.* Repetit quæ dicta sunt, jubens iterum ut rationale sacrificium perficiatur. Post gravem et magnam accusationem, peccati remedium scilicet, mysteriorum usum et fructum indicat. Illud quippe revera sacrificium laudis est quo Deus honorificatur. Siquidem tunc cum angelis laudes canimus ac cum creatura stamus. *Et illic iter quo ostendam illi salutare meum.* In sacrificio, inquit, laudis, via est ad salutem a Deo paratam.

1. *In finem PSALMUS cantici David. L.*
2. *Cum venit ad eum Nathan propheta, quando intravit ad Bersabee.*

Argumentum. B

Hunc canit psalmum qui criminum duorum, cædis scilicet Uriæ et adulterii cum Bersabee, confessionem continet. [Subindicat etiam omnibus hominibus salutis viam esse pœnitentiam, ceu quamdam artem obtinendæ semper contra inimicum victoriæ. Nam qui semper de illa cogitat, eaque recte utitur, victor semper erit inimici assidue instantis. Inducit etiam redemptionem, quæ per sanctum baptisma affertur, *Asperges me*, dicens. Imo etiam docet, conservatum sibi prophetiæ donum. Non postulat enim quasi ipso privatus, sed supplicat non auferri sibi, dicens, *Ne auferas.*] Prophetiam quoque inducit redemptionis a peccatis omnibus per sanctum baptisma futuræ, et spiritualis Dei cultus doctrinam. Passim autem invenies duorum criminum expiationem efflagitantem.

3. *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam.* Utpote magno lapsus crimine, magnam Dei misericordiam implorat (18). *Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.* Nam solis Dei miserationibus competit a crimine cædis abluere manus.

[Apertius autem sententiam explicans ait: *Amplius lava me.* Atque hic quoque vim copiamque purgationis expetiit, ut magnum esse facinus ostenderet: aut, quia a Nathan acceperat, veniam sibi fuisse concessam, et variæ calamitates vim peccati minuebant, nunc ait: Opus mihi est purgationibus et ablutionibus, ut jam liquefactæ et exsiccatæ sordes penitus abradantur.]

4, 5. *Amplius lava me ab iniquitate mea*, patratæ cædis, ait. *Et a peccato meo munda me*, adulterii videlicet. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.* Id quoque de cæde intelligendum. *Et peccatum meum contra me est semper.* Peccati memoriam ultro citroque versat, adulterii videlicet, utpote quæ nondum deseruisset eum, neque abscessisset; sed semper adesset atque in angorem animi conjiceret.

(18) Hisce quædam adjicit Dan. Barbarus, quæ sunt Hesychii.

Digitized by Google

[*Amplius lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me.* Peccatum dicit adulterium. Sciendum autem est, peccatum esse a bono lapsum; iniquitatem vero prævaricationem in divinam legem: hæc sunt amborum principia. In hoc autem conveniunt, quod scilicet peccator ab eo qui secundum naturam et in natura est scopo aberraverit: humanæ quippe naturæ hic scopus positus est, ut secundum rationem vivat, semotis et procul positis iis quæ rationi adversantur. Similiter qui inique agit prævaricatur contra legem in natura datam, intemperanter se gerens. E re igitur apostolus et discipulus Christi Joannes utrumque in uno copulavit sic loquens [60]: *Omnis qui facit peccatum, et iniquitatem facit;* ac si diceret, Peccatum consentaneum est iniquitati. Nam quisquis inique agit, peccat; neque tamen omnis qui peccat, inique agit. Potest autem ex opposito dici, quia scilicet, *Omnis qui facit peccatum, et iniquitatem facit.*]

6. *Tibi soli peccavi et malum coram te feci.* Quasi dicat: Etsi peccando omnium oculos fugi, solos tuos non latui. Ideo dicit: *Et malum coram te feci.* Multis a te affectus bonis contraria rependi. Non ita porro loquitur quod injuria non affecisse Uriam existimet; nam quo pacto illud? sed quia iniquitas maxima in ipsum vertitur Deum, qui eum ex pastore in regem allegerat: aut quia, cum omnium fugeret oculos, Dei conspectum non effugit, sed per prophetam repreheusus est: aut, utpote rex legi hominum non subjacebat; ut autem religiosus, Deo soli: aut quoniam nemo redarguebat, sed solus corripiebat Deus. *Tibi*, inquit, *soli peccavi. Ut justificeris in sermonibus tuis.* Me, inquit, prævaricatum per prophetam coarguisti. Et tu quidem justus cum sis, postquam me de inimicis semper liberasti, et me regno atque prophetia ornasti; ego autem profanus et homicida sum. *Et vincas cum judicaris.* Declaratio sive confessio peccatorum.

7. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.* Quoniam prior Dei scopus erat, ut non per matrimonium et corruptionem nasceremur: sed transgressio mandati, nuptias induxit ob Adami iniquitatem, id est, quod datam sibi a Deo legem vilipendisset. Omnes itaque qui ex Adamo oriuntur, in iniquitatibus concipiuntur, proavi sui damnatione collapsi. Illud autem: *Et in peccatis concepit me mater mea*, significat Evam omnium nostrum matrem, ceu voluptate turgentem, concepisse peccatum. Quapropter nos in matris nostræ damnationem delapsos, concipi dicimus in iniquitatibus. Declarat quo pacto ab initio natura hominum sub peccatum conciderit ex Evæ transgressione, et sub maledictione ortus ejus fuerit. Sermonem autem altius orditur, dum divini muneris magnitudinem quærit ostendere.

[60] I Joan. III, 4.

[*Ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου, καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με.* Ἁμαρτίαν δὲ τὴν μοιχείαν. Ἰστέον, ὡς ἁμαρτία μὲν ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἀπόπτωσίς ἐστιν· ἀνομία δὲ ἡ περὶ τὸν θεῖον νόμον πλημμέλεια· καὶ ταῦτα ἔχουσιν ἀρχὴν ἑκάτερον τούτων. Συμφέρονται δὲ καὶ κατὰ ταυτόν· ὅτε γὰρ ἁμαρτάνων τοῦ κατὰ φύσιν καὶ ἐν τῇ φύσει ἀπέτυχε σκοποῦ· τῇ γὰρ ἀνθρωπείᾳ φύσει σκοπὸς τὸ κατὰ τὸν λόγον ζῆν τῆς ἀλογίας πόρρω ἀπῳκισμένης. Ὡσαύτως καὶ ὁ ἀνομῶν πλημμελεῖ περὶ τὸν ἐν τῇ φύσει δεδομένον νόμον, διαγενόμενος ἀκρατῶς. Καλῶς οὖν καὶ ἀπόστολος Ἰωάννης καὶ μαθητὴς τοῦ Χριστοῦ εἰς ταυτὸν ἀμφότερα περιέστησεν εἰπών· *Πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ·* ἄλλως· Ἡ ἁμαρτία κατάλληλος τῇ ἀνομίᾳ. Πᾶς γὰρ ὁ ἀνομῶν ἁμαρτάνει, οὐ παντὸς ἁμαρτάνοντος ἀνομοῦντος. Δύναται δὲ καὶ ἐκ παραλλήλου εἰρῆσθαι διὰ τό· *Πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ.*]

Σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα. Ἀντὶ τοῦ· Τοὺς πάντων ἀποκρυψάμενος ὀφθαλμοὺς ἐν τῷ παρανομήματι, τοὺς σοὺς μόνους οὐ διέλαθον. Διό φησι· *Καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα.* Πολλῶν γὰρ ἀπολαύσας παρὰ σοῦ, τοῖς ἐναντίοις ἠμειψάμην. Καὶ οὐ τοῦτο λέγει, ὡς οὐκ ἠδίκησε τὸν Οὐρίαν· πῶς γάρ; ἀλλ' ὅτι ἡ μεγίστη παρανομία εἰς αὐτὸν τετύλμηται τὸν Θεὸν τὸν ἐκλεξάμενον καὶ βασιλέα ἐκ προβατέως πεποιηκότα· ἢ ἐπεὶ τοὺς πάντων ἀποκρυψάμενος ὀφθαλμοὺς, τοὺς τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔλαθεν, ἀλλ' ἠλέγχθη διὰ τοῦ προφήτου· ἢ ὡς μὲν βασιλεὺς νόμῳ ἀνθρώπων οὐχ ὑπέκειτο, ὡς δὲ θεοσεβὴς τῷ Θεῷ μόνῳ· ἢ ἐπεὶ ἀνθρώπων μὲν οὐδεὶς ἤλεγχεν, Θεὸς δὲ διωρθώσατο μόνος. *Σοὶ*, φησὶ, *μόνῳ ἥμαρτον. Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου.* Ἤλεγξάς με, φησὶ, διὰ τοῦ προφήτου παρανομήσαντα· καὶ σὺ μὲν δίκαιος ὢν καὶ τῶν ἐχθρῶν πάντοτε ῥυσάμενος, καὶ βασιλείᾳ καὶ προφητείᾳ τιμήσας· ἐγὼ δὲ βέβηλος καὶ μιαιφόνος. *Καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε.* Ἀπόδειξις ἤτοι ὁμολογία τῶν ἁμαρτημάτων.

Ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου. Ἐπειδὴ ὁ προηγούμενος σκοπὸς τοῦ Θεοῦ ἦν τοῦ μὴ διὰ γάμου γενέσθαι ἡμᾶς καὶ φθορᾶς· ἡ δὲ παράβασις τῆς ἐντολῆς τὸν γάμον εἰσήγαγε διὰ τὸ ἀνομῆσαι τὸν Ἀδὰμ, τουτέστιν ἀθετῆσαι τὸν ἐκ Θεοῦ δοθέντα αὐτῷ νόμον. Πάντες οὖν οἱ ἐξ Ἀδὰμ γενόμενοι ἐν ἀνομίαις συλλαμβάνονται ὑποπίπτοντες τῇ τοῦ προπάτορος καταδίκῃ. Τὸ δὲ, *Καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου*, σημαίνει ὅτι ἡ Εὔα, ἁπάντων ἡμῶν ἡ μήτηρ, πρώτη ἐκίσσησε τὴν ἁμαρτίαν, ὥσπερ ὀργῶσα τὴν ἡδονήν. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, τῇ τῆς μητρὸς καταπίπτοντες καταδίκῃ, κισσᾶσθαι λέγομεν ἐν ἁμαρτίαις. Δείκνυσιν, ὡς ἐξ ἀρχῆς ἡ ἀνθρώπων φύσις ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν πέπτωκεν ὑπὸ τῆς ἐν Εὔᾳ παραβάσεως, καὶ ὑπὸ κατάραν ἡ γέννησις γέγονεν. Ἄνωθεν δὲ ὑφαίνει τὸν λόγον, τὸ μέγεθος τῆς τοῦ Θεοῦ δωρεᾶς δεῖξαι βουλόμενος.

Digitized by Google

Ἰδοὺ γὰρ ἀλήθειαν ἠγάπησας, τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι. Ὁ νοῦς οὗτος· Σὺ, φησὶ, Κύριε, ὁ ἀλήθεια ὤν, ἀληθείας ἀγαπῶν, βουλόμενος ἡμᾶς ἐν ἀληθείᾳ διάγειν, ἀποκαθαριεῖς ἡμᾶς τῆς ἀρχαίας ἁμαρτίας· καὶ οὕτως ἀποκαθαριεῖς ἡμῖν δι' ὑσσώπου ὡς καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθῆναι. Ὑσσώπῳ δὲ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνέργειαν ἀφομοιοῖ, θερμὴν οὖσαν καὶ πάντα τὸν ἐν ἡμῖν ῥύπον ἀποσμήχουσαν. [Ἡ ἀποκάθαρσις δι' ὑσσώπου γενήσεται, ἤτοι διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ὑσσωπος γὰρ βοτάνη καθαρτική.] Τὸ δὲ, *Τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφιά σου ἐδήλωσάς μοι τῆς σοφίας*, δηλοῦντός ἐστιν, ὡς πάντα αὐτῷ τὰ ἐσόμενα ὅσα ἐν τῇ ἰδίᾳ σοφίᾳ ἔθετο ὁ Θεὸς διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀπεκάλυψεν.

A 8. *Ecce enim veritatem dilexisti, incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.* Hæc est sententia : Tu, inquit, Domine, qui veritas es et veritatem diligis, cum velis nos in veritate degere, purgabis nos a veteri peccato : atque ita nos hyssopo mundabis, ut supra nivem candidi efficiamur. Hyssopo autem Spiritus sancti efficaciam comparat, tanquam calidam, et sordes omnes in nobis repurgantem. [Purgatio hyssopo conficietur, scilicet per Spiritum sanctum. Hyssopus namque est herba purgandi vi prædita.] Illud autem : *Incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi*, indicantis est omnia futura, quæcunque Deus in propria sapientia reposuit, ipsi per Spiritum revelata fuisse.

Ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ, καὶ καθαρισθήσομαι. Εἰπὼν, ὅτι Δέδωκας νόμους θείους καὶ διατάξεις, λέγει τὸ μεῖζον, ὅτι Καθαρμούς τινας ἐν τῷ νόμῳ ἐχαρίσω, καὶ δι' ὑσσώπου ῥαντίσματος· κατὰ τοῦτον οὖν τὸν σκοπὸν καὶ ἡμῖν νῦν παράσχου τὰ ὅμοια, ὁ αὐτὸς ὢν Θεός. Ἢ μυστήριον ἔοικέ τι αἰνίττεσθαι. Ἐπεὶ γὰρ Μωσῆς ἐν Αἰγύπτῳ τὸ αἷμα τοῦ προβάτου δι' ὑσσώπου ταῖς φλιαῖς διεκελεύετο ἐπιῤῥαίνεσθαι, τιμιωτέρῳ καὶ ἡμεῖς ἠγοράσθημεν αἵματι. Ἐπεὶ οὖν φυλακτήριον ἐκεῖνο ἐγένετο μή τι παθεῖν τοὺς ἐνοικοῦντας ὑπὸ τοῦ ὀλοθρεύοντος, εἰκότως ὁ Δαυὶδ, τὴν τοῦ αἵματος ἐκείνου μνήμην ἐν ἀπορρήτῳ ποιούμενος, *Ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ*, φησὶ, καὶ τὰ ἑξῆς· αἰνιττόμενος τὴν διὰ τοῦ αἵματος τοῦ ἀληθινοῦ Χριστοῦ ἀμνοῦ γενησομένην ἅπασιν ἀποκάθαρσιν, καὶ γλιχόμενος οἷον ταύτης τυχεῖν, ἣ μόνη ἀκριβῶς ῥύψαι δύναται καὶ χιόνος θεῖναι λευκότερον.

B 9. *Asperges me hyssopo, et mundabor.* Postquam dixit : Leges dedisti divinas et constitutiones, jam quod majus est dicit : Purificationes quasdam in lege dedisti et aspersionem hyssopo factam : eodem igitur scopo et nobis quoque similia conferas, cum ipse Deus sis. Aut videtur mysterium quodpiam hic adumbrari. Quandoquidem enim Moses in Ægypto sanguinem ovis postibus hyssopo aspergere jussus erat [61], pretiosiore nos sanguine redempti sumus. Quoniam igitur sanguis ille præsidio et tutelæ fuit, ne læderentur ab exterminatore qui in aliqua domo degerent, merito David, sanguinis illius memoriam occulte faciens, *Asperges me*, inquit, *hyssopo*, etc., adumbrans purificationem illam omnibus per sanguinem veri agni Christi faciendam, et exoptans illam quæ sola potest perfecte purgare et nive candidiorem efficere.

Ἀκουτιεῖς με ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην. Ἀκουστήν μοι γενέσθαι, φησὶ, παρασκευάσεις πάλιν διὰ τοῦ πνεύματος τὴν ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ἐσομένην ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην. Τίς δὲ ἂν εἴη αὕτη ἢ ἐκείνη ἡ γνῶσις ἡ περὶ ἀναστάσεως, ἣν ἐδίδαξεν εἰπὼν, *Ἀγαλλιάσονται ὀστέα τεταπεινωμένα;* Πότε δὲ ἀγαλλιάσονται τὰ σεσημμένα ἡμῶν ὀστᾶ ἢ κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν, καθ' ὃν, ὡς ἕτερός φησι προφήτης, *Τὰ ὀστᾶ ἡμῶν ὡς βοτάνη ἀνατελεῖ*; *Ἀγαλλιάσεται ὀστέα τεταπεινωμένα.* Ἀγαλλιάσεται ἡ ἰσχὺς τῆς ψυχῆς μου, ὅτι πρότερον ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἀσθενοῦσα.

C 10. *Auditui meo dabis gaudium et lætitiam.* Curabis, inquit, ut auditu excipiam per spiritum illam postremis temporibus futuram exsultationem et lætitiam. Quæ autem illa fuerit, nisi cognitio illa resurrectionis, quam hisce verbis docuit : *Exsultabunt ossa humiliata?* Quando autem ossa nostra putrida exsultabunt, nisi tempore resurrectionis, quo, ut ait alius propheta, *Ossa nostra quasi herba germinabunt* [62]? *Exsultabunt ossa humiliata.* Exsultabit robur animæ meæ, quæ prius sub peccato infirma erat.

Ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου. Πάλιν ἐπὶ τὴν ἐξομολόγησιν ἀνατρέχει. D 11. *Averte faciem tuam a peccatis meis.* Rursum ad confessionem recurrit.

Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ, ὁ Θεός. Τὴν παλαιωθεῖσάν μου, φησὶ, ψυχὴν σεσαθρωμένην ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἀνακαίνισον. *Καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου.* Ἀντὶ τοῦ, ἐδραῖον· ὅμοιον ὡσεὶ λέγει· Ἀσφάλισαι τὸν νοῦν τοῦ μηκέτι εἶναι εὔκολον καταπίπτειν εἰς ἁμαρτίαν.

12. *Cor mundum crea in me, Deus.* Inveteratam animam, inquit, peccato putridam renovato. *Et spiritum rectum innova in visceribus meis.* Hoc est, firmum; quasi dicat : Firma et robora mentem meam, ut non ulterius facile in peccatum labatur.

Καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ. (19) Εὔχεται πάλιν πνεῦμα εἰς αὐτὸν ἐλθεῖν τὸ προφητικόν. Καταλελοιπὸς γὰρ ἦν αὐτὸν διὰ τὴν ἁμαρτίαν.

13. *Et Spiritum sanctum ne auferas a me.* Precatur rursum ut spiritus propheticus in se veniat. Iosum enim propter peccatum reliquerat.

[61] Exod. XII, 22. [62] Isa. LXVI, 14.

(19) Interpretatio hujus versus deest in codice Ambrosiano videturque esse aliena : dicitur enim Davidem in pœnam peccati amisisse spiritum prophetiæ, et rogare ut sibi iterum concedatur, cum contra in Argumento dicatur hunc psalmum prophetice scriptum esse.

Digitized by Google

14. *Redde mihi lætitiam salutaris tui.* Hoc ad humanum genus omne refertur. Lætitiam quidem salutaris, adventum Domini vocat, juxta illud a Symeone dictum [63] : *Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Rogat autem ut illius particeps efficiatur. *Et spiritu principali confirma me.* Quem rectum superius vocavit spiritum, hic principalem vocat.

15. *Docebo iniquos vias tuas.* Postquam, inquit, me a peccato liberaveris, statim mihi concedas Spiritum sanctum tuum. Tunc autem prævaricatores docebo incedere vias tuas.

16. *Libera me de sanguinibus, Deus Deus salutis meæ.* Rursum pro cæde Uriæ supplicationem affert, ut aliquo modo ex ejus pollutione liberetur : vel potius, *de sanguinibus*, id est de sacrificiis per sanguinem factis, ut indicant quæ in psalmo subsequuntur sic : *Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique*, etc. *Et exsultabit lingua mea justitiam tuam.* Hoc Symmachus sic interpretatus est : *Loquetur lingua mea misericordiam tuam :* nequaquam enim tacebo cum veniam sim consecutus, sed laudibus te prosequar, et beneficia tua commemorabo. Siquidem, ait, legalia sacrificia respuisti, quoniam non possunt peccata dimittere : ideo id quod diligis obtuli tibi. Hoc autem est quod per pœnitentiam et cor contritum offertur.

20. *Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion.* Sion hic vocat Ecclesiam. Quando enim Deo Patri placuit omnia in Filio suo renovare, tunc et bona Ecclesiæ suæ pollicitus est. *Et ædificentur muri Jerusalem.* Muros Jerusalem, sanctos ait, sacrorum ministros, qui muniunt Ecclesiam ejus.

21. *Tunc acceptabis sacrificium justitiæ.* Cum, inquit, beneficia Sioni tribues, et ædificati fuerint muri Jerusalem, tunc offerentur sacrificia, non per sanguinem, sed justitiæ, laudis scilicet. *Oblationem et holocausta*, justitiæ scilicet et incruenti sacrificii. *Tunc imponent super altare tuum vitulos.* Et ipsos (vitulos) justitiæ, ut sint omnia justitiæ, sacrificia, oblationes iustitiæ. holocausta justitiæ, vituli justitiæ.

Hic desinit Daniel Barbarus.

1. *In finem, intellectus David. Cum venit Doec Idumæus et nuntiavit Sauli : Venit David in domum Abimelech. LI.*

Argumentum.

Quando fugit David a facie Saulis in domum Abimelech, ac de panibus sacerdotum comedit, accepitque Goliæ gladium, abscedens quispiam rem nuntiavit Sauli [64]. Erat autem is Doec Syrus qui

A Ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου. Εἰς ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἀναφέρεται. Ἀγαλλίασιν μὲν σωτηρίου τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου φησὶ, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Συμεών· Ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου· εὔχεται δὲ καὶ αὐτὸς αὐτοῦ μεταλαβεῖν. *Καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με.* Ὅπερ εἶπεν ἀνωτέρω πνεῦμα εὐθὲς, ἐνταῦθα ἡγεμονικὸν καλεῖ.

Διδάξω ἀνόμους τὰς ὁδούς σου. Ἐπειδὴ ἄν, φησὶ, ῥυσάμενός με τῆς ἁμαρτίας, αὖθις ἐπιδῷς με τὸ σὸν ἅγιον Πνεῦμα. Τότε δὴ πάλιν τὰς σὰς ὁδοὺς βαδίζειν διδάξω τοὺς παραβαίνοντας.

Ῥῦσαί με ἐξ αἱμάτων, ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου. Πάλιν ἱκετηρίαν ὑπὲρ τοῦ τοῦ Οὐρίου φόνου τίθεται, ὅπως, ἂν ῥυσθείη τοῦ ἐξ αὐτοῦ B μιασμοῦ· ἢ μᾶλλον, *ἐξ αἱμάτων*, τῶν δι' αἵματος θυσιῶν, ὡς τὰ ἐπαγόμενα τοῦ ψαλμοῦ διαδείκνυσιν εἰπόντος· Ὅτι, εἰ ἠθέλησας θυσίαν, ἔδωκα ἄν (20), καὶ τὰ ἑξῆς. *Ἀγαλλιάσεται ἡ γλῶσσά μου τὴν δικαιοσύνην σου.* Τοῦτο ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσε· *Διαλαλήσει ἡ γλῶσσά μου τὴν ἐλεημοσύνην σου·* οὐ γὰρ σιγήσω τῆς ἀφέσεως ἀπολαύσας, ἀλλ' ὑμνῶν σε διατελέσω καὶ τὰς σὰς διηγούμενος χάριτας. Ἐπειδὴ τὰς ἐν νόμῳ, φησὶ, παρῃτήσω θυσίας, οὐ γὰρ δύνανται ἀφιέναι ἁμαρτίας τούτου χάριν ἣν ἠγάπησάς σοι προσήνεγκα. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ διὰ μετανοίας καὶ καρδίας συντετριμμένης.

Ἀγάθυνον, Κύριε, ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου τὴν Σιών. Σιὼν ἐνταῦθα τὴν Ἐκκλησίαν φησίν. Ὅταν γὰρ C ηὐδόκησεν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἀνακεφαλαιῶσαι τὰ πάντα ἐν τῷ Υἱῷ αὐτοῦ, τότε καὶ τὰς ἀγαθὰς αὐτοῦ τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ δέδωκεν ἐπαγγελίας. *Καὶ οἰκοδομηθήτω τὰ τείχη Ἰερουσαλήμ.* Τείχη Ἰερουσαλὴμ τοὺς ἁγίους φησὶν ἱερουργοὺς τοὺς περιῤῥάττοντας τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ.

Τότε εὐδοκήσεις θυσίαν δικαιοσύνης. Ὅταν, φησὶν, ἀγαθυνεῖς τὴν Σιὼν καὶ οἰκοδομηθῇ τὰ τείχη Ἰερουσαλὴμ, τότε δὴ τότε καὶ ἀνενεχθήσονται θυσίαι, οὐχ αἱ δι' αἱμάτων, ἀλλ' αἱ τῆς δικαιοσύνης, αἱ τῆς αἰνέσεως δηλονότι. *Ἀναφορὰν καὶ ὁλοκαυτώματα*, καὶ αὐτὰ τὰ τῆς δικαιοσύνης καὶ τὰ τῆς ἀναιμάκτου θυσίας δηλοῖ. *Τότε ἀνοίσουσιν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν σου μόσχους.* Καὶ αὐτοὺς δικαιοσύνης, ὥστε εἶναι πάντα δικαιοσύνης, θυσίας, ἀναφορὰς D δικαιοσύνης, ὁλοκαυτώματα δικαιοσύνης, μόσχους δικαιοσύνης.

Εἰς τὸ τέλος, συνέσεως τῷ Δαυΐδ, ἐν τῷ ἐλθεῖν Δωὴκ τὸν Ἰδουμαῖον καὶ ἀναγγεῖλαι τῷ Σαοὺλ καὶ εἰπεῖν αὐτῷ· Ἦλθε Δαυΐδ εἰς τὸν οἶκον Ἀβιμέλεχ. ΝΑ'.

Ὑπόθεσις.

Ἡνίκα ἔφυγε Δαυΐδ ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ, καὶ κατῆχθη φεύγων οἶκον Ἀβιμέλεχ, τῶν τε ἄρτων τῶν ἱερέων ἐγεύσατο, τήν τε ῥομφαίαν τοῦ Γολιὰθ δέδεκται· ἀπελθών τις ἀπαγγέλλει ταῦτα τῷ

[63] Luc. II, 30. [64] I Reg. XXI, 1-10.

(20) Cod. Ambros. habet, Αἱ ἐν νόμῳ θυσίαι οὐ δύνανται ἀφιέναι ἁμαρτίας. Quæ sententia inferius repetitur.

Digitized by Google

Σαούλ. Δωὴκ δὲ οὗτος ὁ Σύρος ὃς καὶ τοσοῦτον A ἐξεπολέμωσε τὴν ψυχὴν τοῦ Σαοὺλ, ὡς ἀποστείλαντα πᾶσαν τὴν πόλιν τῶν ἱερέων ἀνελεῖν, καὶ μηδὲ κτήνους αὐτῶν φείσασθαι. Ταῦτα οὖν ἀκηκοὼς ὁ Δαυὶδ τὰ προκείμενα λέγει, εἰς πρόσωπον τοῦ Σύρου ἀποτεινόμενος. Ἔχει δὲ καὶ ἀναφορὰν καὶ εἰς τὸ τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ πρόσωπον καὶ τοῦ Ἰούδα. Περιέχει δὲ καὶ ἀγαθῶν ἐπαγγελίαν τῶν ἐσομένων, καὶ τὴν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἵδρυσιν τῶν ἁγίων αὐτοῦ, διὰ τοῦ λέγειν· *Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ.* Διὸ δὴ καὶ *συνέσεως* καὶ *εἰς τὸ τέλος* ἐπιγράφεται ὁ ψαλμός. Χρεία γὰρ πολλῆς συνέσεως εἰς τὸ γνωρίσαι τῆς οἰκονομίας τοῦ κατὰ σάρκα Δαυὶδ τὸ μυστήριον.

Τί ἐγκαυχᾷ ἐν κακίᾳ, ὁ δυνατός; Ὡς πρὸς B αὐτὸν τὸν Σύρον, ἢ τὸν ἐνεργήσαντα ἐν αὐτῷ διάβολον, ἀποτείνει τὸν λόγον.

Ὡσεὶ ξυρὸν ἠκονημένον ἐποίησας δόλον. Τοῦτό φησι, διὰ τὸ ὥσπερ ξυρῆσαι καὶ ἐκκόψαι πᾶσαν τῶν ἱερέων τὴν πόλιν.

Ἠγάπησας κακίαν ὑπὲρ ἀγαθωσύνην. Ἠδίκει γὰρ καταψευδόμενος τοῦ ἱερέως καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων σὺν αὐτῷ, καὶ τὰ μὴ πραχθέντα κατ' αὐτοῦ λέγων· τὸ γὰρ εἰπεῖν, ὡς ἐπηρώτησε τὸν Θεὸν περὶ τοῦ Δαυὶδ, ψεῦδος ἦν, καὶ οὐκ ἀλήθεια.

Ἠγάπησας πάντα ῥήματα καταποντισμοῦ, γλῶσσαν δολίαν. Πάντα γὰρ πρὸς ἐπιβουλὴν, καὶ φθόνον καὶ θάνατον τοῦ ἱερέως καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων τῶν σὺν αὐτῷ τεθανατωμένων διεπράξατο· διὰ *ῥήματα καταποντισμοῦ* οἱ λόγοι τῆς τοῦ Δωὴκ ψευδολογίας εἴρηται. Ἀθρόως γὰρ πᾶσαν τὴν πόλιν τῶν ἱερέων ὥσπερ ἐν βυθῷ κατεπόντισε τοῖς ἑαυτοῦ ῥήμασι. Λέγοιτο δ' ἂν ταῦτα δικαίως καὶ ἐπὶ τῶν ἀρχόντων τῶν Ἰουδαίων, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Ἰούδα.

Ἐκτίλαι σε καὶ μεταναστεύσαι σε ἀπὸ σκηνώματός σου. Μετετέθησαν γὰρ τῆς ἱερᾶς αὐτῶν σκηνῆς, γεγονότες αἰχμάλωτοι διὰ τὸν κατὰ τοῦ Κυρίου σταυρόν. *Καὶ τὸ ῥίζωμά σου ἐκ γῆς ζώντων.* Ὅμοιον τὸ, *Ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ βίβλου ζώντων.*

[*Διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς καθέλοι σε εἰς τέλος.* Λέγοιτο δ' ἂν ταῦτα δικαίως καὶ ἐπὶ τῶν ἀρχόντων Ἰουδαίων καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰούδα, διὰ τὸ ἠγαπηκέναι D τὰ βλαβερὰ *εἰς τέλος*, ἀντὶ τοῦ, *παντελῶς. Διὰ τοῦτο καθελεῖ σε*, ὡς οὐ καλῶς οἰκοδομηθέντα, ὁ καθαιρῶν ὑπερηφάνους, καὶ ὡς κακῶς φυτευθέντα, *ἐκτίλαι σε, μεταστήσαι*, ἢ ἐκριζώσαι, καὶ ἀπὸ τῆς κατοικήσεώς σου, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ συγκατοικεῖν, ἐκβάλοι.]

Ὄψονται δίκαιοι, καὶ φοβηθήσονται. Τῶν γὰρ ἀσεβῶν ἀναιρουμένων, οἱ δίκαιοι περίφοβοι γίνονται. Καὶ σὺ μὲν, φησὶ, ταῦτα ὑπομένεις· οἱ δὲ δίκαιοι, τουτέστιν οἱ σοῦ λαοὶ, θεασάμενοι τὴν σὴν ἀπώλειαν, φόβῳ κατασχεθήσονται. Ἱκανὴ γὰρ ἡ εἰς σὲ τιμωρία κἀκείνους φοβῆσαι· καίτοι διὰ τὴν εἰς ἐκείνους εὐεργεσίαν

ita animum Saulis exasperavit, ut interfectum miserit totam sacerdotum civitatem, ac ne jumentis quidem pepercerit [65]. Hæc igitur cum audisset David, isthæc loquitur Syri personam spectantia. Referuntur item hæc ad personam populi Judæorum, atque Judæ. Complectitur item futurorum bonorum promissionem, et assiduam sanctorum Dei commorationem in domo ejus, quandoquidem dicit: *Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei.* Quamobrem et *intellectus*, et *in finem* psalmus inscribitur. Multa enim opus intelligentia, ut ejus qui secundum carnem David est œconomiæ mysterium cognoscatur.

3. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es?* Quasi ad ipsum Syrum, aut ad diabolum eum instigantem, sermonem collimat.

4. *Sicut novacula acuta fecisti dolum.* Hoc ait, quod totam sacerdotum civitatem quasi abraserit, et internecione deleverit.

5. *Dilexisti malitiam super benignitatem.* Injuste namque agebat cum sacerdotem et reliquos omnes una calumniaretur, ac quæ gesta non fuissent adversus eum deferret: quod enim diceret cum (Abimelechum) Deum circa Davidem interrogasse, id mendacium, non veritas erat.

6. *Dilexisti omnia verba præcipitationis, linguam dolosam.* Omnia enim egit ad insidias, invidiam et C mortem sacerdotis reliquorumque omnium qui cum eo cæsi fuere; quare *verba præcipitationis* dicuntur, mendacia Doec. Confertim enim totam sacerdotum civitatem suis verbis quasi in profundum præcipitavit. Hæc autem jure quoque dicantur de principibus Judæorum et de ipso Juda.

7. *Evellat te et transferat te de tabernaculo tuo.* Translati quippe sunt de sacro tabernaculo suo, captivi propter Christi crucem effecti. *Et radicem tuam de terra viventium.* Simile illud: *Deleantur de libro viventium* [66].

[*Propterea Deus destruet te in finem.* Hæc recte dicantur de principibus Judæorum et de ipso Juda, quia quæ damnosa erant dilexerunt usque *in finem*, ac si dicat, *semper. Propterea destruet te*, utpote qui non recte ædificatus fueris, qui superbos evertit, atque ut improbe satum *evellet te et emigrabit*, sive eradicabit, et a domicilio tuo, id est, ne secum habites, ejiciet te.]

8, 9. *Videbunt justi, et timebunt.* Dum cæduntur enim impii, justi reformidant. Et tu quidem, inquit, hæc toleras: justi autem, hoc est populi tui, conspecta tua pernicie, formidine complebuntur. Nam sufficit supplicium de te sumptum ut illi exterreantur. Etiamsi tuo erga illos beneficio ejus-

[65] I Reg. xxii, 18, 19. [66] Psal. lxviii, 29.

Digitized by Google

modi passurus es. *Ecce homo qui non posuit Deum adjutorem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum.* Maluit enim proditor aurum accipere, quam adjutorem habere Jesum. *Et prævaluit in vanitate sua;* quasi dicat : Et vanum cor suum implere potuit, neque pœnitentia ductus finem fecit impietatis.

[*Sed speravit in multitudine divitiarum suarum.* Pulchre divitias et potestatem, vanitatem vocavit, secundum veram rei naturam : neque enim Doeco profuerunt, neque Assyriis, quando unius angeli adventu interempti sunt, ac insepulti jacuerunt.]

10. *Ego autem sicut oliva fructifera.* Floret namque semper eorum gloria qui credunt in Christum. [*Fructus autem Spiritus est, charitas, gaudium, pax* [67], etc. Hunc itaque fructum cum in seipso haberet sanctus ille vir, aiebat: *Ego autem sicut oliva fructifera;* olivæ autem fructiferæ se comparat, quia cum misericordia in ipso consistat et dominetur, ex consequenti hærebant et reliquæ virtutes. Eodem prorsus modo et Jobum virilem, et Josephum temperantem, cæterosque, ex virtute in ipsis obtinente ac dominante nuncupaverunt.] *Speravi in misericordia Dei in æternum.* Misericordiam Dei divinæ Scripturæ Dominum vocant, quia per eum nobis misericordia concessa est. Omnia enim in seipso instauravit et reparavit.

11. *Et exspectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.* In nomine tuo, inquit, fiduciam habebo, atque eam in conspectu omnium sanctorum tuorum annuntiabo. Erit enim mihi illud jucundum atque bonum.

1. *In finem pro Maeleth intellectus Davidi. LII.*

Argumentum.

Hunc canit psalmum in gratiam apostolorum chori, qui et crediderant in Christum : qui exsultabant et lætabantur. Maeleth vero explicatur *chorus* sive *chorea.* Necessario autem ea quæ Christi incarnationem præcesserunt enuntiat, ut declaret quæ sit adventus ejus utilitas. Sciendum autem est, totum decimum tertium psalmum eamdem sententiam habere, iisdemque ferme omnibus verbis constare, ita ut ii qui interpretationem hujus perquirunt, ex illo eam aperte mutuentur.

2. *Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus... Deus de cœlo prospexit super filios hominum.* Quia Deum non cogitaverunt, humana inspectantem, judicantem judicio justo, ac nefarium opus quodcunque coercentem : ideo Deus de cœlo prospexit. Id enim aperte Domini ad homines transitum significat.

4. *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* Non hyperbolice dicta sunt isthæc ; nihil enim hyperbolice, sed cum veritate omnia in Scriptura

[67] Galat. v, 22.

γεσίαν τοιαῦτά σου πάσχειν μέλλοντος. *Ἰδοὺ ἄνθρωπος ὃς οὐκ ἔθετο τὸν Θεὸν βοηθὸν αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπήλπισεν ἐπὶ τῷ πλήθει τοῦ πλούτου αὐτοῦ.* Ἠγάπησε γὰρ χρυσίον μᾶλλον ὁ προδότης λαβεῖν, ἢ βοηθὸν ἔχειν τὸν Ἰησοῦν. *Καὶ ἐνεδυναμώθη ἐπὶ τῇ ματαιότητι αὐτοῦ.* Ἀντὶ τοῦ· Καὶ ἐνίσχυσε πληρῶσαι τὴν ματαίαν αὐτοῦ καρδίαν, οὐ μεταμεληθεὶς τῆς ἀσεβείας ἐπαύσατο.

[*Ἀλλ' ἐπήλπισεν ἐπὶ τῷ πλήθει τοῦ πλούτου αὐτοῦ.* Καλῶς δὲ τὸν πλοῦτον καὶ τὴν δυναστείαν ματαιότητα ἐκάλεσεν ἀπὸ τοῦ πράγματος· οὔτε γὰρ τὸν Δωὴκ ὤνησαν, οὔτε Ἀσσυρίους, ὁπότε ἑνὸς ἀγγέλου παρουσία αὐτοὺς ἀπέκτεινε, καὶ ἄταφοι ἔκειντο.]

Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος. Ἀειθαλὴς γὰρ τῶν πιστευόντων εἰς Χριστὸν ἡ δόξα. [*Ὁ δὲ καρπὸς τοῦ Πνεύματός ἐστιν ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη,* καὶ τὰ ἑξῆς. Τοῦτον τοίνυν τὸν καρπὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ ὁ ἅγιος ἔλεγεν· *Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος·* ἐλαίᾳ δὲ κατακάρπῳ ὁμοιοῖ ἑαυτὸν, ἐπειδὴ, ἐλεημοσύνης ἐπικρατούσης ἐν αὐτῷ, ἀκολούθως εἵποντο αἱ λοιπαὶ ἀρεταί. Οὕτω καὶ τὸν Ἰὼβ ἀνδρεῖον μὲν, καὶ τὸν Ἰωσὴφ σώφρονα, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀπὸ τῆς ἐπικρατούσης ἀρετῆς ὀνομάζοντες αὐτούς.] *Ἤλπισα ἐπὶ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ εἰς τὸν αἰῶνα.* Ἔλεος τοῦ Θεοῦ αἱ θεῖαι Γραφαὶ ὀνομάζουσι τὸν Κύριον, διὰ τὸ γενέσθαι ἡμῖν δι' αὐτοῦ ἔλεος· ἀνεκεφαλαιώσατο γὰρ ἐν ἑαυτῷ τὰ πάντα, καὶ ἀνεστοιχείωσεν.

Καὶ ὑπομενῶ τὸ ὄνομά σου, ὅτι χρηστὸν ἐναντίον τῶν ὁσίων σου. Ἐν τῷ ὀνόματί σου, φησὶ, σχολὴν πεποίθησιν, καὶ ταύτην ἐναντίον πάντων τῶν σῶν ἁγίων ἐξαγγελῶ. Ἔσται γάρ μοι τὸ πρᾶγμα χρηστόν τε καὶ ἀγαθόν.

Εἰς τέλος ὑπὲρ Μαελὲθ συνέσεως τῷ Δαυὶδ. ΝΒ'.

Ὑπόθεσις.

Ἄδει τὸν παρόντα ὑπὲρ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων καὶ πιστευσάντων εἰς Χριστόν· οἳ καὶ ἠγαλλιῶντο καὶ ηὐφραίνοντο. Μαελὲθ δὲ ἑρμηνεύεται *χορὸς,* ἤτοι *χορεία.* Ἀναγκαίως δὲ τὰ πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου λέγει, ἵνα δείξῃ ὅση τῆς παρουσίας ὠφέλεια. Ἰστέον δὲ, ὡς καὶ τὴν αὐτὴν διάνοιαν πᾶσαν ὁ τρισκαιδέκατος ψαλμὸς περιέχει, καὶ τὰς αὐτὰς λέξεις σχεδὸν ἁπάσας· ὥστε ἐξ ἐκείνου φανερὸν γενέσθαι τοῖς ἐπιζητοῦσι τὴν ἑρμηνείαν.

Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός... Ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ἐπειδὴ, μὴ λογισάμενοι τὸν Θεὸν ἐφορῶντα τὰ ἀνθρώπινα, κρίνοντα κρίσει δικαίᾳ, καὶ πᾶσαν ἀθεμιτουργίαν εἴργοντα, τούτου χάριν ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψε. Τοῦτο γὰρ σαφῶς τὴν εἰς ἀνθρώπους τοῦ Κυρίου πάροδον σημαίνει.

Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἔστι ποιῶν ἀγαθὸν, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. Οὐχ ὑπερβολικῶς ταῦτα εἴρηται· οὐδὲν γὰρ ὑπερβολικῶς, μετ' ἀληθείας δὲ πάντα παρὰ τῇ Γραφῇ εἴρηται. Πάντες

τοίνυν Ἰουδαῖοι ἐξέκλιναν τὴν ὁδὸν τὴν λέγουσαν· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός.* Ὅθεν καὶ ἀχρεῖοι γεγόνασι, ταύτην παραλαβεῖν οὐ βουληθέντες, οὐδενὸς ποιοῦντος τὸ ἀγαθόν. Ἐν ἀγνοίᾳ γὰρ αὐτοῦ πάντες ἐτύγχανον ὑπὸ τοῦ νομικοῦ πεπωρωμένοι γράμματος.

A dicuntur. Omnes itaque Judæi declinaverunt a via quæ dicit [68] : *Ego sum via.* Unde et inutiles facti sunt, cum eam admittere nollent, quia nemo faceret bonum. In ignorantia enim ejus versabantur omnes a legali scriptura excæcati.

Εἰς τέλος ἐν ὕμνοις συνέσεως τῷ Δαυΐδ. Ἐν τῷ ἐλθεῖν τοὺς Ζιφαίους καὶ εἰπεῖν τῷ Σαούλ· Οὐκ ἰδοὺ Δαυὶδ κέκρυπται παρ' ἡμῖν; ΝΓ'.

Ὑπόθεσις.

1. *In finem in carminibus intellectus David. 2. Cum venissent Ziphæi et dixissent ad Saul : Nonne David absconditus est apud nos ? LIII.*

Argumentum.

Φεύγων ὁ Δαυΐδ τὸν Σαοὺλ ἐκάθισεν ἐν τῇ ἐρήμῳ Ζήφ. Εἶτα ἀπελθόντες οἱ Ζιφαῖοι πρὸς τὸν Σαοὺλ ἀπήγγειλαν τὸν τόπον ἐν ᾧ ἦν ἀποδιδράσκων. Ἠξίουν δὲ ἐλθόντα συλλαβέσθαι αὐτόν. Ὁ δὲ, μετὰ χεῖρας τὴν λύραν λαβὼν, ἅτε ἐγνωκὼς τῷ προφητικῷ πνεύματι, ὡς οὐδὲν δεινὸν πείσεται παρὰ τοῦ Σαοὺλ, τὰ προκείμενα ᾄδει. Καὶ γὰρ ἀπελθὼν εἰς σύλληψιν αὐτοῦ Σαοὺλ, ἤκουσεν ἀγγελίαν τῶν ἀλλοφύλων, καὶ ὑπέστρεψε σπεύδων μετὰ τῶν ἀνδρῶν αὐτοῦ. Ἔχοι δ' ἂν τὰ παρόντα ἀναφορὰν καὶ εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ ἀποστολικοῦ χοροῦ, ὡς τὰς ἐπαναστάσεις τὰς παρὰ τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων, καὶ βασιλέων δὲ τῶν ἐθνῶν τὸν θυμὸν διηγούμενος, τὸν Θεὸν ἀξιοῖ ἐξ ἁπάντων σωθῆναι διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Προφητικῶς τε ἀποφαίνει, ὡς περιστρέψει τοῖς ἐχθροῖς εἰς κεφαλὴν ὁ Θεὸς τὰ κακὰ, αὐτὸς δὲ τὰς ἐπινικίους προσάξει θυσίας. Διὸ καὶ *συνέσεως* ἐπιγέγραπται, εἰς τὸν εἰρημένον νοῦν ἀναπέμποντος ἡμᾶς τοῦ ψαλμοῦ.

Cum fugeret David a Saule, consedit in deserto Ziph. Deinde digressi Ziphæi ad Saul, in quem locum profugisset, indicarunt. Rogabant autem ut accederet, atque eum comprehenderet [69]. Ille vero, accepta manibus lyra, utpote prophetico spiritu gnarus se nihil mali a Saule passurum, hæc canit. Nam profectus ad capiendum eum Saul, nuntium accepit adventus alienigenarum, et regressu properavit cum manu virorum se comitantium. Hæc autem referri videntur ad personam apostolici chori, quasi ille narrans irruptiones Judaici populi, ac regum gentium furorem, Deum supplicet per nomen ejus ab omnibus eripi malis. Prophetice autem edicit, futurum ut mala Deus in caput inimicorum retorqueat, ipse vero in signum partæ victoriæ sacrificia offerat. Propterea *intellectus* inscribitur, psalmo nos ad supra dictam sententiam deducente

Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ὀνόματί σου σῶσόν με. Οὐχὶ δι' ἄλλου τινὸς ἢ διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ σωθῆναι ἀξιοῖ. [Ἐπειδὴ δὲ, φησὶ, τὸ σὸν ὄνομα ἐπικαλοῦμαι, ἐν αὐτῷ τούτῳ τὴν σωτηρίαν μου παράσχου. *Καὶ ἐν δυναστείᾳ σου*, τουτέστι τῷ Υἱῷ σου, *κρινεῖς με*· ἀντὶ τοῦ· Οὐκ ἄλλοις κριταῖς, ἀλλὰ τῇ δυνάμει σου εἰς ἐξέτασιν παραδοθῆναι.] *Καὶ ἐν τῇ δυνάμει σου κρινεῖς με.* Κρίνας γὰρ τὴν κρίσιν αὐτῶν, τοὺς μὲν ἀπωλείᾳ παρέδωκε, τοὺς δὲ ἔσωσεν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν.

Ὁ Θεὸς, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου. Δέξαι μου τὰς ἱκετείας σὺν εὐμενείᾳ. *Ἐνώτισαι τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου.* Ὅμοιον τῷ· *Καὶ νῦν, Κύριε, ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν.*

Deus, in nomine tuo salvum me fac. Per nomen ipsius, non per aliud quidpiam, salutem consequi rogat. [Quandoquidem autem, ait, nomen tuum invoco, in hoc ipso salutem mihi præbeas. *Et in virtute tua*, id est in Filio tuo, *judicabis me ;* ac si diceret : Non aliis judicibus, sed virtuti tuæ examinandum me tradas.] *Et in virtute tua judicabis me.* Judicans enim eorum causam, alios perniciei tradidit, alios salvos fecit ab inimicis.

4. Deus, exaudi orationem meam. Bono animo meam excipe supplicationem. *Auribus percipe verba oris mei.* Simile illi : *Et nunc, Domine, considera minas eorum* [70].

Εἰς τέλος ἐν ὕμνοις συνέσεως τῷ Δαυΐδ. ΝΔ'.

Ὑπόθεσις.

1. In finem in hymnis intellectus ipsi David. LIV.

Argumentum.

Τῷ Πνεύματι θεωρήσας ὁ Προφήτης τὰ ἐσόμενα κατὰ Χριστοῦ παρὰ τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰούδα, λύπης πληρούμενος καὶ ἀμηχανίας, ἣν καὶ *ἀδολεσχίαν* ἐν τῷ παρόντι ὠνόμασε, διατελεῖ ταραττόμενος καὶ ἀπορῶν ἐν τοῖς τολμωμένοις, παρακαλεῖ τὸν Θεὸν ἐνωτίσασθαι τὴν προσευχὴν αὐτοῦ, καὶ τοῦτο αὐτῷ παρασχεῖν· εἶτα δεύτερον γνῶναι τὴν διὰ τῆς προσευχῆς ἀναπεμπομένην δέησιν· καὶ τρίτον τὴν κατάστασιν θεάσασθαι τοῦ τὴν προσευχὴν ἀναπέμποντος· καὶ οὕτως αὐτὸν καταξιῶσαι τῆς ἑαυτοῦ ἀκοῆς· διὸ ἐπιλέγει· *Πρόσχες μοι, καὶ εἰσάκουσόν μου.*

Spiritu Propheta contemplatus quæ futura essent mala Christo per Judæos illata, ac per ipsum Judam, dolore plenus et anxietate, quam in præsenti *exercitationem* vocat : perturbatus et dubius animi, in considerando hujusmodi facinore moram extrahit, rogatque Deum ut auribus percipiat orationem suam, et id sibi concedat ; secundo, ut obsecrationem precibus emissam respiciat ; tertio, ut statum precantis contempletur ; atque ita dignetur eum audire, quamobrem adjicit ; *Intende mihi, et exaudi me.*

Ἐνώτισαι, ὁ Θεὸς, τὴν προσευχήν μου. Δια-

2. Exaudi, Deus, orationem meam, etc. Varias

[68] Joan. XIV, 6. [69] I Reg. XXIII, 19; XXVI, 1, seqq. [70] Act. IV, 29.

Digitized by Google

affert supplicationes, rogans admitti illas. Ne despicias, inquit, me supplicantem, sed benevolo animo intende mihi, et auxilium tribue.

3. *Contristatus sum in exercitatione mea, et conturbatus sum.* Anxietate namque plenus erat, videns iniquitatem in Salvatorem admissam, quam exinde docet his verbis : *A voce inimici et a tribulatione peccatoris.* Totius autem sententiæ mens hæc est : Respice, quæso, quam contristatus sum, quam turbatus, quam exercitatione repletus sum : hisque admissis exaudi me.

4-7. *Quoniam declinaverunt in me iniquitates.* Quæcunque enim adversus Salvatorem acciderunt, ad suam ipse personam refert. [Hæc in me perpetrabant, ob illatæ jacturæ memoriam, ex irrationabili ira manentem. Ira permanens iracundia vocatur. Ea vero de causa formidolosus eram, atque turbatus, ut, morte jam imminente, atque in tantam animi concertationem et formidinem incidi, ut ne radium quidem lucis viderem, sed in tenebris degerem : putabamque omnium rerum optimam esse fugam, ac rogabam dari mihi alas avolandi causa, ut alibi quiescerem.] *Cor meum conturbatum est in me, et formido mortis cecidit super me.* Ecce cor meum, inquit, omnia mea interiora evertit : imo etiam *formido mortis cecidit super me.* Nimirum hoc de Salvatoris morte ait, ob quam formidine plenus Propheta erat, humana permotus cogitatione : aut de morte animarum, quas per hæc facinora in exitium ruere futurum erat. Sed etiam *timor* et *tremor* Prophetam invasit cernentem dilectum Dei hæc ab impiis pati; *contexerunt* autem eum *tenebræ*, quia scilicet tenebris digna essent quæ adversus Salvatorem patrata sunt. Exinde vero quasi relictus in medio eorum qui hæc agerent, nullo relicto effugii loco, nec quo declinaret a tantis malis habens, precatur se sublimem rapi, atque instar avis per aerem avolare.

9. *Expectabam Deum qui salvum me fecit, a pusillanimitate spiritus et tempestate.* Tempestatem vocat dolorem sibi per passionem oblatum.

10. *Quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate.* Causas apponit cur eas preces fuderit.

13-15. *Quoniam si inimicus maledixisset mihi, sustinuissem utique.* Hæc ad personam proditoris jure referantur. *Tu vero, homo unanimis, dux meus et notus meus.* Quasi dicat, A me dux constitutus es, Judas scilicet. *Qui simul mecum dulces capiebas cibos.* Perinde est ac si diceret : Ejusdem sæpe mensæ consors fuisti. *In domo Dei ambulavimus cum consensu.* Hoc ait quia sæpe cum illo in templum concesserat.

16. *Veniat mors super illos, et descendant in infernum viventes.* Quandoquidem noluerunt te vitam accipere, ideo mors excipiet eos. Illud autem : *Descendant in infernum viventes*, quia videlicet scientes

:1) Vide Onomast. ad vocem Ἀγαπητός.

φόρους ἱκετείας προσφέρει δεχθῆναι ταύτας ἀντιδολῶν. Μὴ παρίδῃς γάρ με, φησὶ, ποτνιώμενον, ἀλλ' εὐμενῶς μοι πρόσχες, καὶ τὴν βοήθειαν ὥρεξον.

Ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου, καὶ ἐταράχθην. Ἀμηχανίας γὰρ ἐπληροῦτο, βλέπων τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος γινομένην παρανομίαν, ἣν καὶ διδάσκει ἐφεξῆς λέγων· *Ἀπὸ φωνῆς ἐχθροῦ καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ.* Ὁ δὲ πᾶς νοῦς οὗτος· Πρόσχες ὅπως ἐλυπήθην, ὅπως ἐταράχθην, ὅπως ἀδολεσχίᾳ πεπλήρωμαι· ἀποδεξάμενός τε ταῦτα, εἰσάκουσόν μου.

Ὅτι ἐξέκλιναν ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαι. Πάντα γὰρ τὰ κατὰ τοῦ Σωτῆρος συμβάντα πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀναφέρει πρόσωπον. [Διὰ μνησικακίαν μοι ταῦτα ἐποίουν τεχθεῖσαν ἐξ ὀργῆς ἀλόγου. Κότος ἡ ἐπίμονος ὀργή. Διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν περιδεὴς ἐγενόμην καὶ τεταραγμένος, ὡς ἐπιστάντος μοι ἤδη τοῦ θανάτου, καὶ τοσαύτη μοι ἦλθεν ἀγωνία καὶ φόβος, ὡς μηδὲ δοκεῖν τὴν ἀκτῖνα φαίνειν, ἀλλ' ἐσκοτίσθαι· καὶ ἐλογισάμην τὴν φυγὴν εἶναι πάντων ἀμείνω, καὶ ηὐχόμην γενέσθαι μοι πτέρυγας ἐπὶ τῷ μεταστῆναι καὶ ἀλλαχοῦ καταπαῦσαι.] *Ἡ καρδία μου ἐταράχθη ἐν ἐμοὶ, καὶ δειλία θανάτου ἐπέπεσεν ἐπ' ἐμέ.* Ἰδοὺ ἡ καρδία μου, φησὶ, διέστρεψε τὰ ἔνδον μου· ἀλλὰ καὶ *δειλία θανάτου ἐπέπεσεν ἐπ' ἐμέ.* Ἥτοι δὲ τοῦ σωτηρίου θανάτου λέγει, ἐφ' ᾧ δειλίας ὁ Προφήτης ἐπληροῦτο ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ κινούμενος· ἢ τοῦ τῶν ψυχῶν θανάτου, τῶν ἀπόλλυσθαι μελλόντων διὰ τὰ τοιαῦτα τολμήματα. Ἀλλὰ *φόβος* καὶ *τρόμος* ἐπέπεσε τῷ Προφήτῃ ὁρῶντι τὸν ἀγαπητὸν (21) τοῦ Θεοῦ τοιαῦτα ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν πάσχοντα, *ἔκρυπτε* δὲ αὐτὸν *σκότος*, ὡς ἂν σκότου ἀληθῶς ἄξια τὰ κατὰ τοῦ Σωτῆρος δρώμενα. Εἶτα, ὥσπερ ἀπολειφθεὶς ἐν μέσῳ τῶν ταῦτα δρώντων, μήτε μίαν τε ἔχων ἀποφυγὴν, μηδὲ ὅπου κλίνας ἑαυτὸν ἐκτὸς τῶν κακῶν γένοιτο, εὔχεται μετέωρος ἐπαρθῆναι, καὶ πτηνὸς γενόμενος δι' ἀέρος ἐκφυγεῖν.

Προσεδεχόμην τὸν Θεὸν σώζοντά με, ἀπὸ ὀλιγοψυχίας καὶ ἀπὸ καταιγίδος. Καταιγίδα ὀνομάζει τὴν διὰ τοῦ πάθους αὐτῷ συμβᾶσαν λύπην.

Ὅτι εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει. Αἰτίαν παρατίθησι δι' ἣν καὶ τὴν προσευχὴν ἐποιήσατο.

Ὅτι, εἰ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν. Ταῦτα εἰς πρόσωπον τοῦ προδότου ἀναφέροιτ' ἂν δικαίως. *Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε, ἡγεμών μου καὶ γνωστέ μου.* Ἀντὶ τοῦ, Κατεστάθης ἡγεμὼν ὑπ' ἐμοῦ, ὁ Ἰούδας δηλονότι. *Ὃς ἅμα τὸ αὐτὸ ἐγλύκαράς μοι ἐδέσματα.* Ὁμοιον ὡσεὶ λέγοι· Τῆς αὐτῆς τραπέζης πολλάκις ἠξιωμένος. *Ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἐπορεύθημεν ἐν ὁμορολᾳ.* Τοῦτό φησι διὰ τὸ συνεληλυθέναι αὐτῷ πολλάκις εἰς τὸ ἱερόν.

Ἐλθέτω δὴ θάνατος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ καταβήτωσαν εἰς ᾅδου ζῶντες. Ἐπειδὴ οὐκ ἐθέλησάν σε τὴν ζωὴν παραδέξασθαι, ταύτῃ τοι θάνατος διαδέξεται αὐτούς. Τὸ δὲ, *Καταβήτωσαν εἰς ᾅδου ζῶντες*, ὅτι

Digitized by Google

δὴ, γινώσκοντες αὐτὸν εἶναι τὸν κληρονόμον, εἶπον· Δεῦτε, *ἀποκτείνωμεν αὐτόν*· τὴν γὰρ γνῶσιν ἀντὶ τῆς ζωῆς ἐτεθείκει.

A ipsum hæredem esse, dixerunt, *Venite, occidamus eum* [71]; nam cognitionem pro vita posuit.

Ἐγὼ πρὸς τὸν Θεὸν ἐκέκραξα, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσέ μου. Ἐγὼ πρὸς τὸν Θεὸν ἐκέκραξα. Καὶ τί ἐκέκραξεν; ἢ λυτρωθῆναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ζητούντων ἀπολέσαι αὐτήν. Διὸ δὴ καὶ εἰσήκουσται.

17. *Ego autem ad Deum clamavi, et Dominus exaudivit me.* Ego ad Dominum clamavi. Ecquid clamavit? nisi ut eriperetur anima ejus ab iis qui eam perdere quærebant. Quamobrem exauditus est.

Ἑσπέρας καὶ πρωὶ καὶ μεσημβρίας διηγήσομαι. Ἀντὶ τοῦ, Οὐ παύσομαι διηγούμενος, ὅτι δὴ εἰσακούσας λελύτρωσαι τὴν ψυχήν μου.

18. *Vespere et mane et meridie narrabo.* Quasi dicat: Non finem faciam enarrandi, quod exaudiens me redemeris animam meam.

Ὅτι ἐν πολλοῖς ἦσαν σὺν ἐμοί. Ὅτι οἱ πολλοὶ συνῆσαν (22*) κατ' ἐμοῦ βουλόμενοι τὴν ψυχήν μου ἐξαίρειν.

19. *Quoniam inter multos erant mecum.* Quoniam multi convenerunt contra me, volentes animam auferre mihi.

Οὐ γὰρ ἐστιν αὐτοῖς ἀντάλλαγμα. Ταπεινωθήσονται, φησὶν, ἐπειδὴ οὐδὲ ἔχουσι τῆς ψυχῆς αὐτῶν ἀντάλλαγμα. Ἅπαξ γὰρ ἀρνησάμενοι τὸ τίμιον αἷμα Χριστοῦ, τὸ εἰλημμένον ἀντάλλαγμα ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς, οὐκέτι εὐποροῦσι λύτρου.

B 20. *Non enim est illis commutatio.* Humiliabuntur, inquit, quando non habent commutationem animæ suæ. Nam cum semel pretiosum Christi sanguinem abnegarint, qui acceptus fuit in commutationem pro vita mundi, non ultra suppetit pretium redemptionis.

Ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐν τῷ ἀποδιδόναι. Αὐτὸς μὲν ἐξέτεινε τὴν παρεκτικὴν χεῖρα τῶν ἀγαθῶν εἰς τὸ μεταλαβεῖν αὐτοὺς τῆς εὐλογίας· οἱ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἐδέξαντο· ἀλλὰ καὶ *τὴν διαθήκην ἐβεβήλωσαν*, δηλονότι τὴν εὐαγγελικήν.

21. *Extendit manum suam in retribuendo.* Ipse quidem extendit manum suam bonorum largitricem ut ipsi perciperent benedictionem; illi vero non modo non receperunt, sed etiam *contaminaverunt testamentum*, scilicet evangelicum.

Διεμερίσθησαν ἀπὸ ὀργῆς τοῦ προσώπου αὐτοῦ. Ἐπειδὴ κακοῦργοι περὶ τὸν εὐεργέτην γεγόνασι, ταύτῃ τοι καὶ εἰς πάντα ἄνεμον αὐτοὺς διεσκόρπισε. *Καὶ ἠγγισαν αἱ καρδίαι αὐτῶν.* Πάλιν περὶ τοῦ Ἰούδα τὸν λόγον ἀποτείνεται· Τῇ καρδίᾳ, φησὶ, κατεδέξατο τὸ προδοῦναι Χριστόν. Καὶ δὴ λόγους προσέφερεν ἁπαλούς τε καὶ λείους, ἀλλ' ἦσαν κακίας πλήρεις. Τίνες δὲ οἱ λόγοι ἢ τὸ, *Χαῖρε, Ῥαββὶ*, ἐπὶ προδοσίᾳ λεγόμενον;

22. *Divisi sunt ab ira vultus ejus.* Quoniam, inquit, in benefactorem improbi et maligni fuerunt, ideo dissipavit illos in omnem ventum. *Et appropinquaverunt corda illorum.* Rursum de Juda sermonem instituit: Corde, inquit, prodendi Christi consilium admisit. Et quidem lenia et blanda proferebat, sed quæ essent malitia plena. Quæ verba? nisi illud: *Ave, Rabbi* [72], quod in prodendo protulit.

C

Ἐπίρριψον ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμνάν σου, καὶ αὐτός σε διαθρέψει. Ὅμοιον τό· *Μὴ μεριμνήσητε τί φάγητε, ἢ τί πίητε, ἢ τί ἐνδύσησθε. Οὐ δώσει εἰς τὸν αἰῶνα σάλον τῷ δικαίῳ.* Ἀντὶ τοῦ· Ἐκσπάσει τοὺς δικαίους ἐν παντὶ καιρῷ ἀπὸ πάσης ἐπαναστάσεως ἐχθρῶν.

23. *Jacta super Dominum curam tuam, et ipse te enutriet.* Simile illud: *Nolite solliciti esse, quid manducabitis, aut quid bibetis, aut quo operiemini* [73]. *Non dabit in æternum fluctuationem justo.* Quasi dicat: Omni tempore justos extrahet ab omni impetu inimicorum.

Σὺ δὲ, ὁ Θεὸς, κατάξεις αὐτοὺς εἰς φρέαρ διαφθορᾶς. Τοὺς ἐπαναστάντας δηλονότι καὶ σταυρῷ παραδόντας. Φρέαρ γὰρ διαφθορᾶς τὸν ᾅδην φησίν. *Ἄνδρες αἱμάτων καὶ δολιότητος οὐ μὴ ἡμισεύσωσι τὰς ἡμέρας αὐτῶν.* Ἄνδρας αἱμάτων τοὺς τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀποκτείναντάς φησιν, οἳ καὶ τῆς ζωῆς οὐ πεπληρώκασι τὸν χρόνον, τῇ Ῥωμαίων παραδοθέντες μαχαίρᾳ.

24. *Tu vero, Deus, deduces eos in puteum interitus.* Eos scilicet qui insurgerent, ut crucifigendum traderent. Puteum enim interitus infernum vocat. *Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos.* Viros sanguinum dicit eos qui vitæ principem interfecerunt, qui etiam tempus vitæ suæ non perfecerunt, Romanorum gladio traditi.

D

Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἀπὸ τῶν ἁγίων μεμακρυμμένου, τῷ Δαυὶδ εἰς στηλογραφίαν, ὁπότε ἐκράτησαν αὐτὸν οἱ ἀλλόφυλοι ἐν Γέθ. ΝΕ'.

1. *In finem, pro populo qui a sanctis longe factus est, ipsi David in tituli inscriptionem, cum tenuerunt eum allophyli in Geth. LV.*

Ὑπόθεσις.

Argumentum.

Δαυὶδ φεύγων τὸν Σαοὺλ ἔσχε τοὺς συνακολουθοῦντας αὐτῷ ἄνδρας ἑξακοσίους. Εἶτα παρερχόμενος εἰς Γὲθ τετίμηται παρὰ τῶν ἀλλοφύλων· ἀφώρισαν γὰρ αὐτῷ οἰκητήριον τὴν Σικελάν. Ἀναφέροιτο δ'

David Saulem fugiens, sexcentos viros habuit sequentes se. Deinde transiens in Geth, cum honore excipitur ab alienigenis: nam ipsi separatim in domicilium tradiderunt Sicelam [74]. Referri item

[71] Matth. XXI, 38. [72] Matth. XXVI, 49. [73] Matth. VI, 31. [74] I Reg. XXVII, 2-6.

(22*) Forte συνῆσαν, et mox ἐξαιρεῖν. EDIT.

Digitized by Google

potest psalmus ad personam Ecclesiæ, quæ quidem olim procul a sanctis posita erat, quo tempore erat idololatriæ dedita, et dæmonibus serviebat. Eo autem a spiritualibus inimicis erepta est per eum qui ex semine David secundum carnem prodiit, qui bellum pro nobis gessit, et quasi in cippo victoriam pro nobis partam descripsit. Tunc enim eum alieniqenæ honore affecerunt, id est, qui ex gentium numero crediderunt in eum.

2. *Miserere mei, Deus, quoniam conculcavit me homo.* Aut de Saule illud David ait, aut sanctus quilibet, ob ærumnas quæ in hac vita accidunt. Plerumque autem contingit ut demissus noster homo hoc gravissimum subeat bellum, tota die per Satanam impugnatus, atque ab ipso conculcatus. Licet enim hominem psalmus commemoret, attamen ipsum Satanam plerumque in divina Scriptura nominatum, aut aliquem ex ejus commilitonibus subindicat. Cæterum hæc ab ipso gentilium populo respondendo cantari consentaneum est, qui diuturno tempore per Satanam deceptus ac circumventus fuit, ejusque bellum per dæmonum insidias sustinuit : quos in sequentibus apertius subindicat.

3. *Conculcaverunt me inimici mei tota die.* Sciebat Saulem insidias sibi parare, instigantibus invisibilibus dæmonibus. Aut illud indicat : *Non est nobis pugna cum carne et sanguine, sed cum spiritualibus nequitiæ in cœlestibus* [75]. *Quoniam multi bellantes adversum me, ab altitudine.* Etiamsi irrumpant, inquit, sed spe tui fretus omnes superabo. Hæc enim spes tantam mihi tribuit fortitudinem, ut eos qui mihi hostes olim erant minime reformidem.

5. *In Deo laudabo sermones meos.* Ab inimicis, inquit, bello appetitus, ut nihil lædar arma sumpsi, sermones meos omnes in cantica converti et Deo obtuli, spemque in illum collocavi : quamobrem universæ carnis timorem ejeci.

6. *Tota die verba mea exsecrabantur.* Ego quidem, ait, tota die verba mea Deo offerebam ; illi vero non finem faciebant tota die curandi ut malum mihi inferent. *Inhabitabunt et abscondent, ipsi calcaneum meum observabunt.* Illud, *inhabitabunt*, pro, *congregabuntur*, positum est. Hæc est autem sententia : Ita, inquit, tota die in eo operam ponebant, ut dicta in me commoverent, omnesque eorum cogitationes contra me vertebantur, ut curarent omnes una convenire atque clam in me conspirationem conflare, sed nec hactenus sistere gradum, imo etiam calcaneum meum, id est vitæ meæ rationem curiosius observare, si quomodo possent me deturbare. Atque vestigia mea curiose considerabant, quocunque loco incederem, ut me comprehenderent.

[75] Ephes. VI, 12.

ἂν ὁ ψαλμὸς καὶ εἰς πρόσωπον τῆς Ἐκκλησίας τῆς πάλαι μὲν ἀπὸ τῶν ἁγίων μεμακρυμμένης, καθ' ὃν εἰδωλολάτρει καιρὸν, καὶ δουλευούσης δαίμοσι. Ῥυσθείσης δὲ τῶν νοητῶν ἐχθρῶν διὰ τοῦ γεγονότος ἐκ σπέρματος τοῦ κατὰ σάρκα Δαυΐδ, τοῦ καὶ πολεμήσαντος ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ὥσπερ ἐν στήλῃ τὴν ὑπὲρ ἡμῶν νίκην γράψαντος. Τότε γὰρ καὶ τιμῆς αὐτὸν οἱ ἀλλόφυλοι ἠξίωσαν, τουτέστιν οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντες εἰς αὐτόν.

Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι κατεπάτησέ με ἄνθρωπος. Ἢ περὶ τοῦ Σαοὺλ ὁ Δαυὶδ φησιν, ἢ καὶ ἅγιος πᾶς, διὰ τὰς θλίψεις ἃς ἔχουσιν ἐν τῷ κόσμῳ (22). Πολλάκις δὲ καὶ ὁ καθεὶς ἡμῶν ἄνθρωπος τὸν χαλεπὸν τοῦτον ὑφίσταται πόλεμον, ὅλην τὴν ἡμέραν παρὰ τοῦ Σατανᾶ πολεμούμενος καὶ παρ' αὐτοῦ πατούμενος. Εἰ γὰρ καὶ ἀνθρώπου ὁ ψαλμὸς ἐμνημόνευσεν, ἀλλ' ὅμως τὸν Σατανᾶν αὐτὸν, ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ πολλάκις ὀνομαζόμενον, ἤ τινα τῶν ἐκεῖ στρατευομένων αἰνίττεται. Πλὴν καὶ τὸν λαὸν τῶν ἐθνῶν ταῦτα ὑποψάλλειν (23) ἁρμόδιον, χρόνῳ πολλῷ ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ ἀπατηθέντα, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ πόλεμον διὰ τῆς τῶν δαιμόνων ἐπιβουλῆς ὑπομείναντα, οὓς ἐν τοῖς ἑξῆς σαφέστερον ἔφησεν αἰνιττόμενος.

Κατεπάτησάν με οἱ ἐχθροί μου ὅλην τὴν ἡμέραν. Ἤδει, ὅτι Σαοὺλ ἐπεβούλευσεν αὐτῷ ἐνηχούμενος παρὰ τῶν ἀοράτων δαιμόνων. Ἢ καὶ τὸ, *Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα*, δηλοῖ, *ἀλλὰ πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις*. Ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντές με ἀπὸ ὕψους. Εἰ καὶ ἐπανίστανται, φησὶν, ἀλλ' ἠτησάμην πάντας ἐλπίζων ἐπὶ σέ. Αὕτη γάρ μοι ἡ ἐλπὶς τοσαύτην ἰσχὺν παρέσχεν, ὡς τοὺς πάλαι πολεμοῦντας μὴ δεδοικέναι με.

Ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινέσω τοὺς λόγους μου. Πολεμούμενος παρὰ τῶν ἐχθρῶν, φησὶ, καθοπλίζω ἐμαυτὸν εἰς τὸ μηδὲν παθεῖν κακὸν, ὅλους τοὺς λόγους μου ὕμνους ποιῶν καὶ ἀνατιθεὶς τῷ Θεῷ, καὶ τὴν ἐλπίδα ἐπ' αὐτῷ ποιούμενος· διὸ καὶ πάσης σαρκὸς ἔξω τὸν φόβον ἐποιούμην.

12. *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa.* Ipse, inquit, sanctis apostolis suis *dabit verbum*, ut possint Evangelium prædicare. Simile autem est illud: *Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris mei qui loquitur in vobis* [26]. Illud, *virtute multa*, refertur ad hæc verba, *Dominus dabit verbum*, non autem ad illud, *evangelizantibus*, ut quidam æstimarunt. Significat enim, quod magna virtute Deus verbum daturus sit evangelizantibus, id est, iis qui voluerint bona nostra annuntiare, ipse sermonem præbet, qui evangelizandi occasionem dedit.

13. *Rex virtutum dilecti.* Ipse scilicet Dominus qui dedit verbum initiantibus: ipse namque est rex dilecti populi: ipse item est virtus ejus. *Speciei domus dividere spolia.* Domus sunt qui in Christum crediderunt: species autem domus, sancti ejus discipuli et apostoli. Ait igitur, eum evangelistis daturum esse verbum, ut dividant spolia, id est ut trahant gentes ad fidem, et exspolient Satanam.

14. *Si dormiatis inter medios cleros.* Ad sanctos apostolos sermo refertur. Si, inquit, vos accipiant cleri. Cleros autem vocat eos qui ex duobus populis credidere: si in ipsis requiem habeatis, dabuntur eis *pennæ columbæ, cujus posteriora dorsi deaurata erunt.* Ait autem Spiritum sanctum accepturos esse qui apostolos receperint. Μετάφρενα vero,

A ἐστιν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξάκουστος ἡ ἔξοδος αὐτοῦ γεγένηται. *Γῆ ἐσείσθη· καὶ γὰρ οἱ οὐρανοὶ ἔσταξαν.* Ἔσταξαν οἱ οὐρανοὶ τὴν πνευματικὴν τροφὴν δηλονότι· λέγει δὲ καὶ τὸ μάννα. *Ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ τοῦ Σινᾶ.* Ἀντὶ τοῦ, ἐν ὄρει Σινᾶ τὸν νόμον ὁρίσαντος. *Ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ Ἰσραήλ.* Ἰσραὴλ νοῦς ὁρῶν Θεόν.

Βροχὴν ἑκουσίαν ἀφορίεις, ὁ Θεὸς, τῇ κληρονομίᾳ σου. Βροχὴν μὲν τὸν εὐαγγελικὸν λόγον φησὶ, κατὰ τό· *Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον.* *Ἑκούσιον* δὲ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς νομικῆς λατρείας. Ἐκείνη γὰρ οὐκ ἦν αὐτῷ ἑκούσια κατὰ τὸ εἰρημένον· *Τίς γὰρ ἐξεζήτησεν αὐτὰ ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν:* καὶ τό· *Τὰ ὁλοκαυτώματά σου οὐκ εἰσὶ δεκτὰ, καὶ αἱ θυσίαι ὑμῶν οὐχ ἡδυνάν μοι.—Καὶ* B *ἠσθένησε, σὺ δὲ κατηρτίσω αὐτήν.* Ἠσθένησε μὲν πάλαι, ὅτε εἰδωλολάτρει· κατηρτίσω δὲ αὐτὴν, διὰ τοῦ εὐαγγελικοῦ καλέσας κηρύγματος.

Τὰ ζῶά σου κατοικοῦσιν ἐν αὐτῇ. Ζῶα ἐνταῦθά φησι τοὺς τῆς ζωοποιοῦ τροφῆς μετειληφότας. *Ἐν αὐτῇ* δὲ, τίνι ἢ τῇ κληρονομίᾳ αὐτοῦ; *Ἡτοίμασας ἐν τῇ χρηστότητί σου τῷ πτωχῷ, ὁ Θεός.* Καὶ τί ἡτοίμασεν ἢ *ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε;* Τίς δὲ ὁ πτωχὸς ἢ περὶ ὧν εἴρηκε, *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν;*

Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. Αὐτὸς, φησὶ, τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ *δώσει ῥῆμα*, εἰς τὸ δύνασθαι κηρύξαι τὸ Εὐαγγέλιον. Ὅμοιον δὲ τό· *Μὴ μεριμνήσητε τί εἴπητε,* C *ἢ τί λαλήσητε· δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τί εἴπητε. Καὶ οὐχ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρός μου τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν.* Τὸ, *δυνάμει πολλῇ*, πρὸς τὸ, *Κύριος δώσει ῥῆμα*, οὐ πρὸς τὸ, *εὐαγγελιζομένοις*, ὡς τινες ἐνόμισαν. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι μετὰ πολλῆς ὁ Θεὸς τῆς ἰσχύος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις, τουτέστι, τοῦ διαγγέλλειν τὰ ἡμέτερα ἀγαθὰ βουλομένοις, αὐτὸς παρέχει τὸν λόγον, ὁ καὶ τὴν ἀφορμὴν τοῦ εὐαγγελίσασθαι.

Ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τοῦ ἀγαπητοῦ. Αὐτὸς Κύριος ὁ διδοὺς ῥῆμα τοῖς μυσταγωγοῖς· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ βασιλεὺς τοῦ ἀγαπητοῦ λαοῦ· αὐτὸς δέ ἐστι πάλιν ἡ δύναμις αὐτοῦ. *Τῇ ὡραιότητι τοῦ οἴκου* D *διελέσθαι σκύλα.* Οἶκος μὲν οἱ πιστεύσαντες εἰς Χριστόν· ὡραιότης δὲ τοῦ οἴκου οἱ ἅγιοι αὐτοῦ μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι. Λέγει οὖν, ὅτι τῇ ὡραιότητι τοῦ οἴκου, τουτέστι τοῖς εὐαγγελισταῖς, αὐτὸς δώσει ῥῆμα, πρὸς τὸ διελέσθαι σκύλα, τουτέστιν ἑλκῦσαι τὰ ἔθνη τῇ πίστει, καὶ σκυλεῦσαι τὸν Σατανᾶν.

Ἐὰν κοιμηθῆτε ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων. Πρὸς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους ὁ λόγος. Ἐὰν, φησὶ, δέξωνται ὑμᾶς οἱ κλῆροι. Κλήρους δὲ τοὺς ἐκ τῶν δύο λαῶν πιστεύσαντας ἔφη. Ἐὰν οὖν, φησὶν, ἀναπαύσησθε ἐν αὐτοῖς, δοθήσονται αὐτοῖς *πτέρυγες περιστερᾶς, τὰ μετάφρενα ἐχούσης περικεχρυσωμένα.* Λέγει δὲ, ὡς Πνεύματος ἁγίου ἀξιωθήσονται οἱ τοὺς ἁγίους ἀπο-

[21] Psal. LXXI, 6. [22] Isa. I, 12. [23] Jerem. VI, 20. [24] I Cor. II, 9. [25] Matth. V, 3. [26] Matth. X, 19, 20.

Digitized by Google

στόλους δεξάμενοι. Μετάφρενα δὲ τῆς περιστερᾶς κεχρυσωμένα φησὶ, διότι τιμίας ἤτοι σοφὰς τὰς φρένας τῶν δεξαμένων ποιεῖ.

Ἐν τῷ διαστέλλειν τὸν ἐπουράνιον βασιλεῖς ἐπ' αὐτῆς. Βασιλεῖς μὲν τοὺς ἁρξαντας ἀποστόλους τῆς κληρονομίας αὐτοῦ φησι. *Χιονωθήσονται* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἀποκαθαρθήσονται. *Ἐν Σελμὼν* δὲ, ἐν ἀνταποδόσει, ἑρμηνεύεται. Λέγει οὖν, ὅτι οἱ δεξάμενοι τοὺς ἁγίους ἀποστόλους τὰς παρὰ τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως ἀνταποδόσεις, ἤτοι ἀμοιβὰς, δέξονται τῆς ὑποδοχῆς, τὸν καθαρμὸν τῶν ἁμαρτιῶν.

Ὄρος τοῦ Θεοῦ ὄρος πῖον. Ὄρος μὲν τὴν Ἐκκλησίαν ὀνομάζει, πῖον δὲ, ὅτι εὐτραφεῖς καὶ λιπαρὰς τῶν ἐν αὐτῇ τὰς ψυχὰς ἀπεργάζεται. *Ὄρος τετυρωμένον; ὄρος πῖον· ἵνα τί ὑπολαμβάνετε ὄρη τετυρωμένα;* Καὶ μὴν καὶ τετυρωμένον, τουτέστι γάλακτος μεστὸν, ἁπλουστέρου δηλαδὴ λόγου, κατὰ τό· *Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα.* Ἐπιτιμᾷ οὖν τοῖς τὰς τῶν αἱρετικῶν ἐκκλησίας ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τετυρωμένας. Οὐδὲν γὰρ ἐν αὐταῖς τὸ δυνάμενον τρέφειν εἰς ἕξιν πνευματικήν. Ἵνα τί τοίνυν ὑπολαμβάνετε, ὦ οὗτοι, ἕτερα ὄρη εἶναι ἔξω τῆς Ἐκκλησίας τετυρωμένα, καὶ μὴ μᾶλλον τοῦτο μόνον τὸ ὄρος, *ἐν ᾧ ὁ Θεὸς ηὐδόκησεν κατοικῆσαι ἐν αὐτῷ;* Ὅτι γὰρ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ κατοικεῖ, δῆλον ἐξ ὧν αὐτὸς ἔφη· *Ὧδε κατοικήσω, ὅτι ᾑρετισάμην αὐτήν.*

Τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον, χιλιάδες εὐθηνούντων. Ἅρμα τοῦ Θεοῦ τὰς ἐπουρανίους καὶ νοητὰς δυνάμεις φησὶν, αἷς ἐποχεῖται ὁ Θεός. Ὅμοιον δὲ τῷ εἰρημένῳ· *Χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ.* Οὗτοι δέ εἰσι καὶ εὐθηνοῦντες, ἅτε ἀπηλλαγμένοι τῆς ἁμαρτίας. Ὁ ἐν τούτῳ οὖν τῷ ἅρματι ἐποχούμενος τῶν μυριάδων αὐτός ἐστιν ὁ Κύριος, ὁ καὶ ἐν τῷ Σινᾷ τῷ ἁγίῳ ὄρει τὸν νόμον δούς. Αὐτὸς δὲ πάλιν ὁ εἰς ὕψος ἀναβὰς, λέγει δὲ τὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ αἰχμαλωτεύσας αἰχμαλωσίαν, τουτέστι τὰς αἰχμαλωτισθείσας ψυχὰς παρὰ τοῦ διαβόλου ἀνταιχμαλωτεύσας. Τοῦτο γὰρ αὐτὸς ἐπηγγέλλετο λέγων· Ὅτ' ἂν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. *Ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώποις.* Καὶ παρὰ τίνος ἔλαβε δόματα ἀνθρώπων ἢ παρὰ τοῦ Πατρὸς τοῦ εἰρηκότος· *Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου;*

Καὶ γὰρ ἀπειθοῦντας τοῦ κατασκηνῶσαι. Οὗτοι, φησὶν, οἱ ἄνθρωποι, οὓς ἔλαβες δόματα, πάλαι ἦσαν ἀπειθοῦντες. Ἀλλὰ καὶ τούτοις, φησὶ, κατεσκήνωσας. Ἔστι δὲ δι' ὑπερβατοῦ ἡ διάνοια. *Ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώποις,* ὥστε κατασκηνῶσαι ἐν αὐτοῖς, δηλονότι τοῖς διδομένοις. Αὐτοὶ δὲ οὗτοι, φησὶν, οὓς ἔλαβες, πάλαι ἦσαν ἀπειθεῖς. Δῆλον δὲ, ὅτι, ὅτε τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα ἐλάτρευον.

Κύριος ὁ Θεὸς εὐλογητὸς, εὐλογητὸς Κύριος ἡμέραν καθ' ἡμέραν. Ἐπὶ μεγάλῳ κατορθώματι ὕμνον ἀναπέμπει τῷ Θεῷ, ὁ χορὸς δὲ δηλονότι τῶν ἀποστόλων *Κατευοδώσει ἡμῖν ὁ Θεὸς τῶν σωτη-*

sive, posteriora dorsi columbæ, deaurata dicit, quia pretiosas et sapientes φρένας seu mentes eorum qui acceperint efficiunt.

15. *Dum discernit cœlestis reges super eam.* Reges vocat apostolos hæreditati suæ imperantes. *Nive dealbabuntur*, quasi dicat purgabuntur : *In Selmon* interpretatur *in retributione.* Ait igitur eos qui sanctos apostolos receperint, a cœlesti rege retributiones, sive præmia accepturos, scilicet purgationem peccatorum.

16. *Mons Dei, mons pinguis.* Montem vocat Ecclesiam : pinguem dicit, quia pingues et opimas reddit animas quæ in illa degunt. *Mons coagulatus, mons pinguis, utquid suspicamini montes coagulatos?* Coagulatum, est lacte plenum, simpliciore videlicet sermone, juxta illud : *Lacte vos potavi, non cibo* [27]. Objurgat itaque eos qui hæreticorum ecclesias coagulatas esse suspicantur. Nihil quippe inest eis quod alere possit ad spiritualem vitam. Deus vos, quid suspicamini alios extra Ecclesiam montes esse coagulatos, et non potius montem illum solum suspicitis, *in quo beneplacitum est Deo habitare in eo?* Quod enim in Ecclesia habitet, palam est ex ejus verbis : *Hic habitabo quoniam elegi eam* [28].

18, 19. *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium*, etc. Currum Dei vocat cœlestes ac spirituales virtutes, quibus vehitur Deus. Simile est illi : *Millia millium ministrabant ei, et decies millies dena millia assistebant ei* [29]. Hi sunt qui lætantur utpote a peccato liberati. Qui hoc denorum millium curru vehitur, Dominus est, qui et in monte sancto Sinai legem dedit. Is ipse item est qui in altum, sive in crucem ascendens, captivam duxit captivitatem [30], id est animas a diabolo in captivitatem ductas ipse iterum cepit. Id enim ipse pollicitus est quando dixit : *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum* [31]. *Accepisti dona in hominibus.* A quonam accepit dona hominibus præbenda, nisi a Patre qui dixit [32] : *Postula a me et dabo tibi gentes hæreditatem tuam?*

20. *Etenim non credentes inhabitare.* Hi, inquit, homines, quos accepisti in dona, olim erant non credentes. Sed in illis, ait, inhabitasti. Quod per hyperbaton, sive transgressionem verborum intelligendum. *Accepisti dona in hominibus*, ita ut inhabites in eis, videlicet in eis qui dati sunt. Ii autem ipsi, ait, quos accepisti, olim non credentes erant : palam autem est id tum evenisse, quando creaturam potius quam Creatorem colebant [33].

Dominus Deus benedictus, benedictus Dominus die quotidie. Ob rem præclare gestam hymnum offert Deo chorus, ut palam est, apostolorum. *Prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.* Tu,

[27] I Cor. III, 2. [28] Psal. CXXXI, 14. [29] Dan. VII, 10. [30] Ephes. IV, 8. [31] Joan. XII, 32. [32] Psal. II, 8. [33] Rom. I, 25.

Digitized by Google

inquit, Domine, aperies verbi januam, ut via prædicationis prospera sit nobis.

21. *Deus noster, Deus salvos faciendi, et Domini Domini exitus mortis.* Aperte confidere se indicat eos qui propter prædicationem ad usque mortem accesserint, educturum se generose. Suos enim ait esse exitus mortis.

22. *Verumtamen Deus confringet capita inimicorum ejus*, id est apostolici chori. Ipsos enim liberabit, inimicorum scilicet capita confringens. Assumptum autem est dictum illud ex similitudine serpentum, qui cum insurrexerint in aliquem, in capite percussi intereunt. Respicit item sermo principes Judaici populi. *Verticem capilli perambulantium in delictis suis.* Verticem capilli, caput vocat; ait porro se capita eorum confracturum, qui post peccata pœnitentiam non egerint.

23. *Dixit Dominus : Ex Basan convertam.* Basan explicatur *amaritudo*, sive *exacerbatio*. Ait igitur : ex domo exacerbantis, id est Israelis, convertar ad meipsum. *Convertam in profundum maris.* Etiam eos qui in profundum voluptatum demersi fuerant, convertam ad meipsum.

24. *Ut intingatur pes tuus in sanguine.* Docet qua ratione convertent. Et quomodo convertent, nisi de medio sublatis malignis potestatibus ? Deduxerunt enim sanguinem ipsorum in terram, juxta Isaiæ vocem, ita ut pes ejus intingeretur in sanguine. Hæc autem historiæ more describuntur. *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.* Canes dicit spiritualis ovilis custodes, sanctos prædicatores. Quorum lingua tantum non degustat sanguinem spiritualium inimicorum. Dicit itaque apostolorum vocem tantum non fore causam mortis malignorum dæmonum.

25. *Visi sunt ingressus tui, Deus.* Ingressus Dei ait res in œconomia Christi gestas : qualia sunt, partus per Virginem, signorum operationem, ascensionem in crucem, mortem quæ per dispensationem contigit, resurrectionem a mortuis, ascensum ad cœlos. Hos ingressus manifestos fuisse ait : *Ingressus Dei mei, regis mei qui est in sancto.* Vide quam aperte eum qui hos ingressus facit, et Deum et regem esse suum dicit. Ipsumque prædicat in sancto esse, id est in monte Sina, juxta id quod antea dictum est : *Dominus in eis, in Sina, in sancto.*

26. *Prævenerunt principes conjuncti psallentibus.* Principes vocat sanctos apostolos, de quibus dictum est [24] : *Constitues eos principes super omnem terram* ; psallentes autem, eos qui rationalia sacrificia per laudes offerunt. Ait igitur, *prævenerunt principes*, id est priores inceperunt adorationem in spiritu

[24] Psal. XLIV, 17.

A *ρίων ἡμῶν*. Σὺ, φησὶν, ὦ Δέσποτα, ἀνοίξεις θύραν τοῦ λόγου, εἰς τὸ τὴν ὁδὸν τοῦ κηρύγματος κατευοδωθῆναι ἡμῖν.

Ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ Θεὸς τοῦ σῶσαι, καὶ τοῦ Κυρίου Κυρίου αἱ διέξοδοι τοῦ θανάτου. Θαρσεῖ σαφῶς, ὡς καὶ μέχρι θανάτου ἐλθόντας διὰ τὸ κήρυγμα ἐξάξει γενναίως. Αὐτοῦ γὰρ εἶναί φησι τὰς ἐξόδους τοῦ θανάτου.

Πλὴν ὁ Θεὸς συνθλάσει κεφαλὰς ἐχθρῶν αὐτοῦ· αὐτοῦ μὲν τοῦ ἀποστολικοῦ χοροῦ. Ῥυόμενος γὰρ αὐτοὺς ῥύσεται, τῶν ἐχθρῶν δηλονότι συνθραύων τὰς κεφαλάς. Ἐλήφθη δὲ ἡ λέξις ἐξ ὁμοιώσεως τῶν ὄφεων, οἳ, ἐπειδὰν ἀρθῶσι κατὰ τινὸς, τότε ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πληττόμενοι θλίνονται. Ἔχει δὲ ὁ λόγος ἀναφορὰν καὶ εἰς τοὺς ἄρχοντας τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ. *Κορυφὴν τριχὸς διαπορευομένων ἐν πλημμελείαις αὐτῶν.* Κορυφὴν μὲν τριχὸς πάλιν τὴν κεφαλήν φησι. Λέγει δὲ, ὡς τούτων συνθλάσει τὰς κεφαλὰς, τῶν ἀμετανόητα ἁμαρτανόντων.

Εἶπεν Κύριος· Ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω. Βασὰν ἑρμηνεύεται *πικρία*, ἤτοι *παραπικρασμός*. Λέγει οὖν, ὡς ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ παραπικραίνοντος, τουτέστι τοῦ Ἰσραὴλ, ἐπιστρέψω πρὸς ἐμαυτόν. *Ἐπιστρέψω ἐν βυθοῖς θαλάσσης.* Καὶ τοὺς κατενεχθέντας, φησὶν, εἰς τὸν τῶν ἡδονῶν βυθὸν ἐπιστρέψω πρὸς ἐμαυτόν.

Ὅπως ἂν βαφῇ ὁ ποῦς σου ἐν αἵματι. Πῶς ἐπιστρέψουσι διδάσκει. Πῶς δὲ ἐπιστρέψουσιν ἢ αὐτῶν ἀναιρεθεισῶν δηλονότι τῶν πονηρῶν δυνάμεων ; Κατήγαγον γὰρ αὐτῶν τὸ αἷμα εἰς γῆν, κατὰ τὴν Ἡσαΐου φωνὴν, ὡς καὶ τὸν πόδα αὐτοῦ βαφῆναι ἐν αἵματι. Ἱστορικώτερον δὲ τὰ τοιάδε γράφει ὁ λόγος. *Ἡ γλῶσσα τῶν κυνῶν σου ἐξ ἐχθρῶν παρ' αὐτοῦ.* Κύνας μὲν τοὺς τῆς νοητῆς ποίμνης φύλακάς φησι, τοὺς ἁγίους κήρυκας· ὧν δὲ καὶ ἡ γλῶσσα μονονουχὶ τοῦ αἵματος τῶν νοητῶν ἐχθρῶν ἀπογεύεται. Λέγει οὖν, ὡς μονονουχὶ θανάτου αἰτία τῶν πονηρῶν δαιμόνων γενήσεται ἡ τῶν ἀποστόλων φωνή.

Ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαί σου, ὁ Θεός. Πορείας Θεοῦ φησι τὰς ἐν τῇ οἰκονομίᾳ πράξεις γενομένας· οἷον τὴν διὰ Παρθένου ἀπότεξιν, τήν τε τῶν σημείων ἐργασίαν, τήν τε ἀνάβασιν τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, τόν τε θάνατον τὸν γενόμενον οἰκονομικῶς, τήν τε ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον. Ταύτας τὰς πορείας φανερὰς γεγενῆσθαί φησιν· *Αἱ πορεῖαι τοῦ Θεοῦ μου, τοῦ βασιλέως μου τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ.* Ὅρα, ὡς σαφῶς τοῦτον τὸν τὰς πορείας πεποιημένον καὶ Θεὸν εἶναί φησι, καὶ βασιλέα ἑαυτοῦ. Καὶ αὐτὸν κηρύττει ὄντα τὸν ἐν τῷ ἁγίῳ, τουτέστιν ἐν τῷ ὄρει Σινᾷ, κατὰ τὸ ὀπίσω εἰρημένον· *Κύριος ἐν αὐτοῖς, ἐν Σινᾷ, ἐν ἁγίῳ.*

Προέφθασαν ἄρχοντες ἐχόμενοι ψαλλόντων. Ἄρχοντας μὲν τοὺς ἁγίους ἀποστόλους φησὶ, περὶ ὧν εἴρηται· *Καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν·* ψάλλοντας δὲ τοὺς τὰς δι' αἰνέσεως ἀναπέμποντας λογικὰς θυσίας. Λέγει οὖν ὡς *οἱ ἄρχοντες ἔφθασαν*, ἤτοι ἤρξαντο πρῶτοι τῆς ἐν πνεύ-

ματι καὶ ἀληθείᾳ λατρείας, τῆς εὐαγγελικῆς δηλονότι. *Ἐν μέσῳ νεανίδων τυμπανιστριῶν.* Νεάνιδάς φησι τὰς διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἰσχυρὰς γενομένας τῶν πιστευσάντων ψυχὰς, τὰς κατακτυπούσας τῷ εὐαγγελικῷ κηρύγματι τὴν ὑπ' οὐρανόν. Ὧν ἐν μέσῳ γεγόνασιν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, δηλονότι τῆς λατρείας ἐξάρχοντες.

A et veritate [33], id est evangelicam. *In medio juvenculatarum tympanistriarum.* Juvenculas dicit credentium animas, quæ per Spiritum sanctum fortes effectæ sunt, quæ sono evangelicæ prædicationis orbem repleverunt. In quarum medio fuere sancti apostoli, utpote adorationis principes.

Ἐν ἐκκλησίαις εὐλογεῖτε τὸν Θεὸν Κύριον ἐκ πηγῶν Ἰσραήλ. Πηγαὶ μὲν τοῦ Ἰσραὴλ εἶεν ἂν οἱ μακάριοι προφῆται, καὶ πρό γε τούτων ὁ νόμος. Λέγει οὖν, ὡς ἄλλοθεν οὐ προσῆκεν ἡμῖν τὸν Θεὸν ἢ ἐκ τούτων αὐτῶν ἀρυομένους ὑμνολογεῖν. Τοῦτο δέ φησι διὰ τὰ ἑτερόδοξα τῶν αἱρετικῶν συγγράμματα. Ἐκ γὰρ τῶν νομικῶν καὶ προφητικῶν Γραφῶν ὁ Κύριος εὐλογεῖται πρὸς τῶν δυναμένων ἀντλεῖν ἐξ αὐτῶν σωτηρίου πηγὴν οὐσῶν μετ' εὐφροσύνης ὕδωρ, περὶ οὗ ἔλεγεν ὁ Σωτήρ· *Ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δίδωμι αὐτῷ, ἔξει ἐν ἑαυτῷ πηγὴν ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον.* Ἐλεγκτέον δὲ τοὺς διαιροῦντας τὴν Παλαιὰν καὶ Νέαν Γραφὴν, ὡς οὐ δύνανται ἐν ἐκκλησίαις εὐλογεῖν τὸν Θεὸν, οὐκ ἔχοντες τὰς τοῦ Ἰσραὴλ πηγὰς, οὐδὲ τὸν Κύριον αὐτῶν· ἅτε καὶ τὴν θεότητα διαιρεῖν τολμῶντες.

B

27. *In ecclesiis benedicite Deo Domino de fontibus Israel.* Fontes Israel fuerint beati prophetæ, et ante eos lex. Dicit igitur, nequaquam par esse hymnos aliunde quam ex iis haustos offerre Deo. Hoc autem ait propter heterodoxa hæreticorum scripta. Ex legalibus quippe propheticisque Scripturis Domino benedicitur ab iis qui possunt ex illis quæ sunt fons salutis, aquam cum lætitia haurire, de qua dicit Salvator [36]: *Qui biberit ex aqua quam ego do ei, habebit in seipso fontem vitæ salientis in vitam æternam.* Coarguendi autem sunt qui dividunt veterem Scripturam a nova, quod non possint in ecclesiis benedicere Deo, cum non habeant fontes Israelis, neque Dominum eorum, utpote qui deitatem dividere non audeant.

Ἐκεῖ Βενιαμὶν νεώτερος ἐν ἐκστάσει. Ἐκεῖ, ποῦ, ἢ ἐν μέσῳ τῶν ψαλλόντων; Τίς δὲ ὁ Βενιαμὶν ἢ ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος, ὁ ἐκ φυλῆς Βενιαμίν; Τὸ δὲ *νεώτερος*, διὰ τὸ ὕστερον αὐτῷ τῶν ἀποστόλων ὀφθῆναι τὸν Κύριον. *Ἐν ἐκστάσει* δὲ διὰ τὰς ὑπερβολὰς τῶν ἀποκαλύψεών φησι, κατὰ τὸ παρ' αὐτοῦ εἰρημένον· *Εἴτε ἐξέστημεν Θεῷ, εἴτε σωφρονοῦμεν ὑμῖν.* Εἰκότως δὲ αὐτοῦ πρώτου τῶν ἄλλων ἐμνημόνευσεν, ἅτε περισσότερον τῶν ἄλλων κοπιάσαντος. *Ἄρχοντες Ἰούδα ἡγεμόνες αὐτῶν.* Ἄρχοντες Ἰούδα αὐτῶν τῶν ψαλλόντων ἡγεμόνες, φησὶ, καὶ ἄρχοντες ἐχειροτονήθησαν. Ἐκ τε τῆς Ἰούδα φυλῆς, ἔκ τε τῆς Ζαβουλὼν, ἔκ τε τῆς Νεφθαλείμ. Καὶ ἐκ μὲν Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλεὶμ Πέτρος καὶ Ἀνδρέας καὶ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, καθὸ τὸ Εὐαγγέλιον δηλοῖ· ἐκ δὲ Ἰούδα ὁ Λευΐ, ἤτοι Ματθαῖος, καὶ οἱ ἕτεροι τῶν ἀποστόλων.

C

28. *Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu. Ibi*, ubinam nisi in medio psallentium? Quis est autem Benjamin, nisi beatus Paulus qui ex tribu Benjamin erat? Illud autem, *adolescentulus*, dicitur, quia ipsi post alios apostolos visus est Dominus. *In excessu* autem dicitur, ob revelationum excellentiam, juxta illud ab eo dictum: *Sive mente excedimus Deo, sive sapientes sumus vobis* [37]. Jure autem illum prius quam alios memorat, quia abundantius quam alii laboravit. *Principes Juda duces eorum.* Principes Juda, psallentium duces, inquit, et principes constituti sunt. Ex tribu Juda, ex tribu Zabulon et ex tribu Nephthali. Et ex tribu quidem Zabulon et Nephtali erant Petrus, Andreas, Jacobus et Joannes, sicut Evangelium declarat [38]. Ex tribu Juda, Levi, sive Matthæus, et alii apostoli.

Ἐντείλαι, ὁ Θεὸς, τῇ δυνάμει σου. Δύναμιν τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν φησι, κατὰ τό· *Χριστὸς Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία.* Παρακαλεῖ τοίνυν τὸν Πατέρα ὁ ἀποστολικὸς χορὸς, ἵνα δυναμώσῃ αὐτοῖς, ὃ *κατήρτισεν αὐτοῖς.* Τί δὲ κατήρτισεν αὐτοῖς ἢ τὸ σῶμα; Αἰτοῦσιν οὖν τῆς φθορᾶς ἀπαλλάξαντα τὴν ἀφθαρσίαν ἐνδῦσαι, ὃ καὶ ποιήσει ὁ Κύριος ὅτε καταβήσεται ἐξ οὐρανοῦ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι.

D

29. *Manda, Deus, virtuti tuæ.* Virtutem Patris Filium dicit, juxta illud: *Christus Dei virtus et Dei sapientia* [39]. Rogat itaque Patrem apostolicus chorus ut confirmet in eis, *quod operatus est in eis.* Quid operatus est sive perfecit in eis, nisi corpus? Postulant itaque ut liberet ipsos a corruptione, et induat incorruptionem, quod facturus Dominus est cum descendet ex cœlo et mortui resurgent incorrupti [40].

Ἀπὸ τοῦ ναοῦ σου ἐπὶ Ἰερουσαλήμ σοι οἴσουσι βασιλεῖς δῶρα. Ναὸν μὲν αὐτοῦ τὴν Ἐκκλησίαν φησὶ, βασιλέας δὲ τοὺς πιστεύσαντας εἰς Χριστὸν λέγει, κατὰ τὸ εἰρημένον αὐτοῖς· *Ὑμεῖς δὲ βασίλειον ἱεράτευμα.* Φησὶν οὖν, ὡς οἱ κεκλημένοι διὰ τῆς πίστεως ἀπὸ τοῦ ἐπιγείου ναοῦ, τουτέστι τῆς Ἐκκλησίας, εἰς τὴν ἄνω Ἰερουσαλὴμ δῶρα αὐτῷ προσκομίσουσι· δῆλον δὲ, ὅτι νοητά.

30. *A templo tuo in Jerusalem tibi offerent reges munera.* Templum suum dicit Ecclesiam; reges vero, eos qui crediderunt in Christum; juxta id quod dictum est illis [41]: *Vos autem regale sacerdotium.* Ait igitur eos qui per fidem vocati sunt a terreno templo, id est Ecclesia, ad supernam Jerusalem dona ipsi oblaturos esse, nimirum spiritualia.

[33] Joan. IV, 24. [36] ibid. 13, 14. [37] II Cor. V, 13. [38] Matth. IV, 15. [39] I Cor. I, 24. [40] I Cor. XV, 52. [41] I Petr. II, 9.

Digitized by Google

Ἐπιτίμησον τοῖς θηρίοις τοῦ καλάμου. Ἐπειδὴ πολλοὶ οἱ τῇ κατὰ Θεὸν πολιτείᾳ τῶν ἁγίων δυσμεναίνοντες, καὶ μάλιστα οἱ ἀκάθαρτοι δαίμονες, τούτου χάριν εὔχεται ἐπιτιμηθῆναι αὐτοὺς θηρία ὄντας καλάμου. Κάλαμος δὲ τόπος ἐστὶν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, ὃν διώδευον οἱ ἀνιόντες εἰς Ἱερουσαλήμ. Οὗτος δὲ δὴ ὁ κάλαμος καὶ μεστὸς λεόντων ἐστὶν ἐμφωλευόντων παρὰ τὸ ἕλος· οἳ καὶ ἐπεβούλευον τοῖς ἀνιοῦσιν εἰς Ἱερουσαλήμ. Ὥσπερ οὖν τοῖς ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ἀνιοῦσιν ἐπεβούλευον οἱ λέοντες, οὕτως καὶ τοῖς ἐν τῇ νοητῇ Ἱερουσαλὴμ ἀνιοῦσιν ἐπιβουλεύουσιν οἱ νοητοὶ λέοντες. *Ἡ συναγωγὴ τῶν ταύρων ἐν ταῖς δαμάλεσι τῶν λαῶν.* Ἑτέρους ἐναντίους τῷ κηρύγματί φησι. Τίνες δὲ οὗτοι, ἢ οἱ ἄρχοντες τοῦ τῶν Ἰουδαίων δήμου, οἳ καὶ ταῦροι προσηγορεύθησαν; δαμάλεων ὠνομασμένων τοῦ λαοῦ. Ὅτι δὲ ταῦροι προσηγορεύθησαν, δῆλον ἐκ τοῦ· *Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοί, ταῦροι πίονες περιέσχον με*, οἵτινες καὶ τὸ πλῆθος εἰς τὸν κατὰ τῶν κηρύκων ἔγειραν πόλεμον. *Τοῦ ἐκκλεισθῆναι τοὺς δεδοκιμασμένους τῷ ἀργυρίῳ.* Ἀργύριον μὲν τὰ θεῖα λόγια. Λέγει δέ· Διὰ τοῦτο ἐπιτίμησον τοῖς νοητοῖς καὶ αἰσθητοῖς ἐχθροῖς, ὅπως ἂν μὴ οἱ τοῦ Εὐαγγελίου κήρυκες συγκλεισθῶσι τοῦ μὴ κηρύττειν ἔτι. Ἢ καὶ οὕτως· Ἐπιτίμησον, φησὶ, τούτοις τε κἀκείνοις· ὅπως ἂν μὴ ἐκκλεισθῶσι τοῦ κηρύττειν οἱ κήρυκες. *Διασκόρπισον ἔθνη τὰ τοὺς πολέμους θέλοντα.* Τὰ νοητὰ δηλονότι· *πολέμους* δὲ τοὺς κατὰ τῶν ἁγίων.

A 31. *Increpa feras arundinis.* Quoniam multi sunt ei, quod secundum Deum est, sanctorum instituto inimici, maximeque impuri dæmones; ideo rogat eos ceu feras increpari arundine. Calamus autem sive arundo, locus est in Palæstina, qua pertransibant qui ascendebant in Jerusalem. Ipsæ autem arundines plenæ leonibus erant, qui latibula in paludibus habebant, qui ascendentibus in Jerusalem insidiabantur. Quemadmodum igitur ascendentibus in Jerusalem leones insidiabantur; ita ascendentibus etiam in spiritualem Jerusalem spirituales leones insidiantur. *Congregatio taurorum in vaccis populorum.* Alios prædicationi adversantes indicat. Quinam illi nisi principes Judaici populi, qui tauri nuncupati sunt? vaccæ autem plebeji appellantur. Quod B autem illi tauri nuncupati fuerint, palam est ex dicto illo: *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me* [42], qui multitudinem populi ad bellum contra prædicatores excitarunt. *Ut excludant eos qui probati sunt argento.* Argentum divina eloquia sunt. Ait autem: Increpa tum spirituales, tum sensibiles inimicos, ut ne præcones Evangelii intercludantur a prædicatione. Aut hoc modo: Hos atque illos, ait, increpa; ne intercludantur præcones a prædicatione. *Dissipa gentes quæ bella volunt.* Spirituales scilicet, *bellum* autem contra sanctos excitatum intelligitur.

Ἥξουσι πρέσβεις ἐξ Αἰγύπτου, Αἰθιοπία προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ Θεῷ. Ὡς διασκορπισθέντων καὶ δεθέντων τῶν ἐχθρῶν τῶν νοητῶν, λοιπὸν ἐπὶ τὸ κήρυγμα δραμοῦνται Αἰγύπτιοί τε καὶ Αἰθίοπες. Σημαίνει δὲ διὰ μὲν τῶν Αἰγυπτίων τοὺς ἄγαν εἰδωλολάτρας καὶ ἐναντίους τῇ πολιτείᾳ τοῦ Ἰσραὴλ, διὰ δὲ τῶν Αἰθιόπων τὰ πέρατα τῆς γῆς. Πῶς δὲ προσέδραμεν ἡ Αἰθιοπία εἰς τὸ κήρυγμα, ἔξεστιν ἀπὸ τοῦ εὐνούχου Αἰθίοπος ἰδεῖν.

C 32. *Venient legati ex Ægypto, Æthiopia præveniet manum ejus Deo.* Utpote dissipatis atque ligatis inimicis spiritualibus, demum ad prædicationem accurrunt Ægyptii et Æthiopes. Significat autem per Ægyptios, eos qui idolorum cultui summopere dediti sunt adversariique instituto Israelitarum; per Æthiopes autem, terminos terræ. Quomodo Æthiopia ad prædicationem accurrerit, ex eunucho Æthiope conspicere licet [43].

Αἱ βασιλεῖαι τῆς γῆς, ᾄσατε τῷ Θεῷ. Δηλοῖ, ὡς καὶ τὰ ἄλλα ἅπαντα ἔθνη μετὰ τῶν ἰδίων βασιλέων πιστεύσουσιν εἰς Χριστόν.

33. *Regna terræ, cantate Deo.* Declarat alias omnes gentes cum regibus suis in Christum crediturus esse.

Ψάλατε τῷ Κυρίῳ τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ. Ἐπειδὴ τὸ πάθος ἐκήρυξεν ἐν τοῖς ὀπίσω τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν μέχρις ᾅδου κατάβασιν, τούτου χάριν καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς αὐτοῦ κηρύττει ἀναφοίτησιν. Τὸ δὲ, *κατ' ἀνατολάς*, παραβολικόν ἐστιν. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἥλιος ἀπὸ δυσμῶν ἐπ' ἀνατολὰς ἄνεισι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Κύριος οἱονεὶ ἀπὸ τῶν τοῦ ᾅδου μυχῶν ἐπέβη τοῦ οὐρανοῦ τὸν οὐρανόν. *Ἰδοὺ δώσει τῇ φωνῇ αὐτοῦ φωνὴν δυνάμεως.* Φωνὴν δυνάμεώς φησι τὴν ἐγείρουσαν πάντας τοὺς νεκρούς· καθὸ ἐν κελεύσματι αὐτοῦ ἀναστήσονται.

D 34. *Psallite Deo qui ascendit super cælum cæli.* Quoniam in superioribus Christi passionem prædicavit, et descensum ad infernum, ideo jam ejus ad cœlos ascensum prædicat. Illud autem: *Ad orientem*, parabolicum est. Quemadmodum enim sol ab occidente ad orientem ascendit, ita et Dominus ceu ab inferni recessibus ascendit super cœlum cœli. *Ecce dabit voci suæ vocem virtutis.* Vocem virtutis appellat eam quæ mortuos omnes excitabit: cum ejus jussu suscitabuntur.

Δότε δόξαν τῷ Θεῷ. Οὕτω καὶ Παῦλος· *Δοξάσατε*, φησὶ, *τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν* · ἅτινά ἐστιν αὐτοῦ. Δίκαιον γὰρ τὸν εὐεργέτην διὰ πάντων δοξάζειν. *Ἐπὶ τὸν*

35. *Date gloriam Deo.* Ita et Paulus: *Glorificate*, inquit [44], *Deum in corpore vestro et in spiritu vestro*, quæ sunt ejus. Æquum enim est benefactorem per omnia glorificare. *Super Israel magnificentia ejus.*

[42] Psal. xxi, 13. [43] Act. viii, 2, seqq. [44] I Cor. vi, 20.

Digitized by Google

Ἰσραὴλ ἡ μεγαλοπρέπεια αὐτοῦ, καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐν ταῖς νεφέλαις. Θαυμαστὸς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ αὐτὸς δώσει δύναμιν καὶ κραταίωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ, εὐλογητὸς ὁ Θεός. Ἐπειδὴ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας μνήμην ὁ λόγος πεποίηται, καθ' ἣν πάντας ἀναστήσει τοὺς νεκρούς, τούτου χάριν καὶ τὰς διαφόρως ἀποδοθησομένας τοῖς ἁγίοις τιμὰς ἡμᾶς διδάσκει, καὶ τὰ διάφορα τῶν ἁγίων τάγματα. Καὶ τὰ μὲν τάγματα διά τε τοῦ Ἰσραὴλ, διά τε τῶν νεφελῶν, διά τε τῶν ἁγίων, διά τε τοῦ λαοῦ κατασημαίνει· τὰς δὲ τιμὰς διά τε τῆς μεγαλοπρεπείας, διά τε τῆς δυνάμεως, διά τε τοῦ θαύματος, διά τε τοῦ κράτους διαδείκνυσιν. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις εὐλογητὸν τὸν Θεόν φησιν εἶναι. Δῆλον γὰρ, ὅτι ἐν ἐκείναις γενόμενοι οἱ ἅγιοι ταῖς μοναῖς, ταῖς ἐπουρανίοις δὲ δηλονότι, ἀδιαλείπτως εὐλογήσουσι τὸν Θεὸν, τὴν τῶν ἄνω πνευμάτων τάξιν μιμούμενοι.

A *et virtus ejus in nubibus. Mirabilis Deus in sanctis ejus, Deus Israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus.* Quoniam secundi ejus adventus mentio facta est, quo tempore omnes mortuos suscitabit, ideo honores sanctis vario modo concedendos nos edocet, atque diversos sanctorum ordines. Hos autem ordines, per Israelem, per nubes, per sanctos et per populum significat. Honores autem per magnificentiam, per virtutem, per miraculum et per fortitudinem indicat. Ad hæc autem omnia, benedictum dicit Deum. Manifestum enim est sanctos in cœlestibus illis mansionibus constitutos, sine fine benedicturos esse Deum, supernorum spirituum ordinem imitatos.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, τῷ Δαυὶδ. ΨΑΛΜΟΣ ΞΗ'.

B 1. *In finem pro iis qui commutabuntur, ipsi David.*

PSALMUS LXVIII.

Ὑπόθεσις.

Argumentum.

Περιέχει ὁ ψαλμὸς προσευχὴν παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἐκ προσώπου τῆς ἀνθρωπότητος προσφερομένην, τάς τε αἰτίας δι' ἃς αὐτῷ τὸν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ προσήνεγκαν θάνατον. Ἔτι τε αὐτὸ τὸ πάθος διηγεῖται σαφῶς, καὶ τὰς μετὰ τὸ πάθος τοῖς Ἰουδαίοις συμβησομένας συμφοράς· πρὸς δὲ τούτοις καὶ εἰσαγωγὴν τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας, τῆς τε ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ λατρείας τὴν διδασκαλίαν, εἰς ἣν καὶ περιγράφει τὸν ψαλμόν. Ὅτι δὲ πᾶσαν ἦν ἤξατο ὁ Σωτὴρ προσευχὴν, ἐκ προσώπου τῆς ἀνθρώπου φύσεως ἤξατο, τοῦτο ἐπισημαίνει ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ ψαλμοῦ, καί φησιν, *Ὅτι ἐξήκουσε τῶν πενήτων ὁ Κύριος, καὶ τοὺς πεπεδημένους αὐτοῦ οὐκ ἐξουδένωσεν.*

Contines psalmus precationem Salvatoris, ex persona humanitatis oblatam, et narrat quæ causæ fuerint quod ei mortem crucis obtulerint. Insuper ipsam passionem clare narrat, necnon calamitates quas post passionem Judæis contingere futurum est. Ad hæc etiam introducendum esse evangelicum institutum, atque doctrinam cultus qui in spiritu et veritate erit, in cujus rei limitibus psalmum circumscribit. Quod autem orationem totam Salvator ex humanæ naturæ persona obtulerit, id in fine psalmi significat, aitque : *Quoniam exaudivit pauperes Dominus, et vinctos suos non despexit.*

C

Σῶσόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι εἰσῆλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου. Ἐπειδὴ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνέλαβε, περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· εἰκότως καὶ προσεύχεται ῥυσθῆναι ἐκ τῶν πειρασμῶν, χειμάρρου δίκην κυκλωσάντων αὐτοῦ τὴν ψυχήν.

2. *Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.* Quoniam peccata nostra suscepit, pro nobis cruciatur [45] : ac jure rogat eripi se a tentationibus, quæ torrentis instar animam ejus circumdederunt.

Ἐνεπάγην εἰς ὕλην βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. Ταῦτα γὰρ ἡ ἀνθρωπεία φύσις ἐπεπόνθει, κατενεχθεῖσα ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας εἰς θάνατον, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν τοῦ ᾅδου χῶρον· ὃν καὶ ὕλην βυθοῦ καὶ θαλάσσης βάθος ἐν τοῖς παροῦσιν ὀνομάζει.

3. *Infixus sum in limo profundi, et non est substantia*, etc. Hæc enim patiebatur humana natura, deducta per peccatum in mortem, et in ipsum inferni locum, quem limum profundi et maris altitudinem hic vocat.

Ἐκοπίασα κράζων, ἐβραγχίασεν ὁ λάρυγξ μου. Τίνα ἦν ἃ ἔκραξε, καὶ ἐπὶ τίσιν, ἐν τοῖς ἑξῆς σαφῶς ἐδίδαξεν, εἰπών· *Ῥυσθείην ἐκ τῶν μισούντων με, καὶ ἐκ τοῦ βάθους τῶν ὑδάτων, καὶ, Μὴ με καταποντισάτω καταιγὶς ὕδατος*, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπιλεγόμενα. Ἤυχετο γὰρ, ὡς ἔφην, ὑπὲρ τῆς ἀνθρώπου φύσεως· ὅπως καταργηθῇ τοῦ θανάτου τὸ κράτος, μὴ συγκλείοντος κατ' αὐτῆς τὸ στόμα τοῦ ᾅδου· διὸ καὶ λέγει· *Μηδὲ συσχέτω ἐπ' ἐμὲ φρέαρ τὸ στόμα αὐτοῦ.*

4. *Laboravi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ.* Quænam clamando dixerit et quibus de causis, in sequentibus aperte docet dicendo : *Libera me ab iis qui oderunt me et de profundis aquarum* [46], et : *Non me demergat tempestas aquæ* [47], etc. Rogabat siquidem, uti jam dixi, pro hominis natura, ut destrueretur mortis imperium, inferno os suum post ipsum non claudente, quamobrem dicit, *neque claudat super me puteus os suum* [48].

D

Ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου οἱ μισοῦντές με δωρεάν. Πολλοὶ γὰρ οἱ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ἐπίβουλοι δαίμονες, οἱ μηδὲν ἠδικημένοι παρ' ἡμῶν, καὶ σπεύδοντες ἀνελεῖν.

5. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis.* Multi namque dæmones humanæ naturæ insidiantur, qui nihil a nobis læsi fuerant, et tamen necem moliuntur nobis. *Confortati sunt*

[45] Isa. LIII, 4 seq. [46] Vers. 15. [47] Vers. 16. [48] Ibid.

Digitized by Google

qui persecuti sunt me inimici mei injuste. Declarat quam injuste sententia contra eum lata sit.

6. *Deus, tu scis insipientiam meam.* Insipientiam dicit, eam quæ talis videtur hominibus, stultitiam dico passionis. Facta enim est, juxta sacrum Apostolum [49], crux Domini Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitia. Tu igitur, o Pater, inquit, nosti œconomiam crucis. Hoc autem ait quia fuit obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis. *Et delicta mea a te non sunt abscondita.* Simile est huic: *Qui non novit peccatum, peccatum pro nobis fecit* [50]; atque hoc est quod dicitur: *A te non sunt abscondita.*

7. *Non erubescant in me qui exspectant te, Domine, Domine virtutum.* Illud, *in me*, id est, per me, sive per meam pro iis passionem. Illud autem, *Non erubescant*, quasi dicas, ne ultra erubescant sicut olim quando ob corruptionem quam patiebantur pudore affecti erant. Hæc autem sententia: Quando, inquit, ego id in me suscepi, ut pro illis mortem gustarem, aboleatur illa per mortem ipsis olim illata infamia. Nam mors vere infamia erat, in hominem ad imaginem Dei creatum regnum obtinens. Significat itaque per ejus resurrectionem de medio tollendam esse mortem. Huic interpretationi adjungitur versus isti consimilis: *Non confundantur super me qui quærunt te.* Pulchre superius et hoc item loco dixit, *super me.* Quia enim ipse erat qui concitabat; si victus fuisset, pudorem allaturus erat iis qui sibi obtemperassent, utpote qui per fraudem et facilitatem animi pericula adiissent.

8, 9. *Quoniam propter te sustinui opprobrium.* Postulo, inquit, ut mors de medio tollatur, quoniam obediens tibi factus ipsam accepi. *Extraneus factus sum fratribus meis.* Hoc ait quia tempore passionis ab omnibus derelictus est.

10. *Quoniam zelus domus tuæ comedit me.* Me abnegarunt, inquit, quia coarguebam eos quod impii in domum tuam essent. Enarrat autem historiam diserte Joannes, quod flagello ejecerit eos de templo [51]. *Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.* Non modo, inquit, extraneus factus sum et peregrinus, sed etiam opprobria sustinebam ab iis qui per mala opera exprobrabant tibi. Nulla autem alia de causa id patiebar, nisi propter zelum domus tuæ.

11-13. *Et operui in jejunio animam meam*, etc. Dolens, inquit, de futura animarum eorum pernicie, hoc atque illud agebam. Illi vero pro quibus ejusmodi res efficiebam, omni tempore et loco me in ore versabant, exprobrantes mihi macerationes illas quas eorum causa sustinebam.

14. *Ego vero orationem meam ad te, Domine.* Etiamsi, inquit, retribuerunt mihi mala pro bonis, at ego non finem facio preces pro iis offerendi. Et

A *Ἐκραταιώθησαν οἱ ἐχθροί μου, οἱ ἐκδιώκοντές με ἀδίκως.* Δείκνυσιν, ὡς ἀδίκως ἡ κατ' αὐτοῦ ψῆφος ἐξενήνεκται.

Ὁ Θεός, σὺ ἔγνως τὴν ἀφροσύνην μου. Ἀφροσύνην φησὶ τὴν νομισθεῖσαν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις μωρίαν, τὴν τοῦ πάθους φημί. Γέγονε γὰρ, κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον, ὁ τοῦ Κυρίου σταυρὸς Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἔθνεσι δὲ μωρία. Σὺ οὖν, ὦ Πάτερ, φησὶν, ἔγνως τὴν διὰ τοῦ σταυροῦ οἰκονομίαν. Τοῦτο δὲ λέγει, ἐπειδὴ γέγονεν ὑπήκοος τῷ Πατρὶ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. *Καὶ αἱ πλημμέλειαί μου ἀπὸ σοῦ οὐκ ἀπεκρύβησαν.* Ὅμοιον τῷ· *Τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν ἁμαρτίαν ὑπὲρ ἡμῶν ἐποίησε.* Καὶ τοῦτό ἐστι τό· *Ἀπὸ σοῦ οὐκ ἐκρύβησαν.*

B *Μὴ αἰσχυνθείησαν ἐπ' ἐμὲ οἱ ὑπομένοντές σε, Κύριε, Κύριε τῶν δυνάμεων.* Τὸ μὲν, *ἐπ' ἐμὲ*, ἀντὶ τοῦ, δι' ἐμὲ, ἤτοι διὰ τοῦ ἐμοῦ ὑπὲρ αὐτῶν πάθους· τὸ δὲ, *Μὴ αἰσχυνθείησαν*, ἀντὶ τοῦ, μηκέτι αἰσχυνθείησαν, ὡς πάλαι αὐτῶν ᾐσχυνομένων δι' ἣν ὑπέμειναν φθοράν. Ὁ δὲ νοῦς οὗτος· Ἐπειδὴ ἐγὼ, φησὶ, κατεδεξάμην ὑπὲρ αὐτῶν γεύσασθαι θανάτου, ἀναιρεθείη ἡ πάλαι κατ' αὐτῶν γενομένη διὰ τὸν θάνατον αἰσχύνη. Αἰσχύνη γὰρ ἦν τοῦ κατ' εἰκόνα Θεοῦ κτισθέντος ἀνθρώπου βασιλεύων ὁ θάνατος. Σημαίνει οὖν, ὡς διὰ τῆς αὐτοῦ ἀναστάσεως ἐκ μέσου γενήσεται ὁ θάνατος. Συνῆπται οὖν ἐν ταύτῃ τῇ ἑρμηνείᾳ καὶ ὁ ἕτερος στίχος, ὁ τούτου παρόμοιος· *Μηδὲ ἐντραπείησαν ἐπ' ἐμὲ οἱ ζητοῦντές σε.* Καλῶς καὶ ἄνω εἶπε τὸ, *ἐπ' ἐμὲ*, καὶ ὧδε. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς ἦν ὁ προτρέψας, ἡττηθεὶς αἰσχύνην C ἔφερε τοῖς πεισθεῖσιν, ὡς ἀπάτῃ καὶ εὐκολίᾳ τὸν κίνδυνον ἑλομένοις.

Ὅτι ἕνεκά σου ὑπήνεγκα ὀνειδισμόν. Αἰτῶ, φησὶν, ἐκποδὼν γενέσθαι τὸν θάνατον· ἐπειδὴ καί σοι γεγονὼς ὑπήκοος, αὐτὸν ἀναδέδειγμαι. *Ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθην τοῖς ἀδελφοῖς μου.* Τοῦτό φησι διὰ τὴν γενομένην αὐτῷ ἐπὶ τοῦ πάθους παρὰ πάντων ἐγκατάλειψιν.

Ὅτι ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με. Ἠρνήσαντό με, φησὶν, ἐπειδὴ ἤλεγχον ἀσεβεῖς αὐτοὺς γενομένους περὶ τὸν οἶκον τὸν σόν. Διηγεῖται δὲ τὴν ἱστορίαν σαφῶς ὁ Ἰωάννης· ὅτε ἐξέβαλε μετὰ φραγγελίου ἐκ τοῦ ἱεροῦ. *Καὶ οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ.* Οὐ μόνον ξένος D ἐγενήθην, φησὶ, καὶ ἀπηλλοτριωμένος, ἀλλὰ καὶ ὠνειδιζόμην ἐξ ἐκείνων τῶν ἀπὸ πονηρῶν πράξεων ὀνειδιζόντων σε. Δι' οὐδὲν δὲ ἕτερον τὰ τοιαῦτα ἔπασχον ἢ διὰ τὸν ζῆλον τοῦ οἴκου σου.

Καὶ συνεκάλυψα ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου. Ἀλγῶν, φησὶ, διὰ τὴν ἐσομένην αὐτῶν ἀπώλειαν τῶν ψυχῶν, τὸ καὶ τὸ ἐποίουν. Οἱ δὲ ὑπὲρ ὧν τὰ τοιαῦτα ἔδρων, ἐν παντὶ καιρῷ καὶ τόπῳ ἐπὶ στόματος ἐμὲ ἔφερον, ἃς ὑπὲρ αὐτῶν ἐποιούμην κακοπαθείας ὀνειδίζοντές με.

Ἐγὼ δὲ τῇ προσευχῇ μου πρὸς σὲ, Κύριε. Εἰ καὶ πονηρὰ, φησὶν, ἀνταπεδίδοσάν μοι ἀντὶ ἀγαθῶν, ἀλλ' οὖν τὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ οὐ παύομαι ποιούμε-

[49] 1 Cor. I, 23. [50] 1 Cor. V, 21. [51] Joan. II, 15.

Digitized by Google

νος προσευχάς. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐξ ὧν παρέθηκεν αὐτὸν ὁ εὐαγγελιστὴς, καὶ παρὰ τῷ σταυρῷ ὑπὲρ τῶν σταυρούντων εὐχόμενον. *Καιρὸς εὐδοκίας. Ὅτε ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ.* Ὁ εἰς τοῦτο ἐλθὼν φησι· *Καιρὸς εὐδοκίας, ὁ Θεός.*

A hoc manifestum est, quod evangelista eum nobis in cruce pro crucifigentibus orantem repræsentet. *Tempus beneplaciti, Deus. Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret* [82]. Qui ad hoc venit ait : *Tempus beneplaciti, Deus.*

Σῶσόν με ἀπὸ πηλοῦ, ἵνα μὴ ἐμπαγῶ. Ταῦτα ἦν ἃ καὶ προσευχόμενος ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπότητος ἔκραζεν, ὡς καὶ λέγειν αὐτόν· *Ἐβραγχίασεν ὁ λάρυγξ μου.* Τὸ δὲ, *ἐβραγχίασε*, τὸ ἐκτενὲς τῆς προσευχῆς κατασημαίνει.

15. *Eripe me de luto ut non infigar.* Hæc clamabat cum pro humana natura precaretur, ita ut diceret : *Raucæ factæ sunt fauces meæ.* Illud autem, *Raucæ factæ sunt,* vehementiam orationis significat.

Μή με καταποντισάτω καταιγὶς ὕδατος, μηδὲ καταπιέτω με βυθός. Ὅρου καὶ κατάρας φρικτῆς προκειμένης, ἵνα κἂν ἄγγελος εὐαγγελίσηται, ἢ διδάξῃ ἡμᾶς παρ' ὃ ὁ Παῦλος ἐδίδαξεν, ἀνάθεμα ἔστω. Τίς ἐστιν ὁ ὑπερκεφαλῆσαι Παῦλον, μᾶλλον δὲ τὸν ἐν αὐτῷ λαλοῦντα Χριστὸν δυνάμενος; Οὐκοῦν καὶ εἰς ἑαυτὸν τὴν τοιαύτην εὐχὴν ἀναφέρει, καὶ μαρτυρεῖ λέγων ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ, ὅτι *ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ*, τουτέστιν ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐρχόμενος, *δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς* τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, τουτέστι πρὸς τὸν Πατέρα, *μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων* προσήνεγκε, *καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας*· καίπερ ὢν Υἱὸς, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν. Ἐνταῦθα Παῦλος, μᾶλλον δὲ ὁ ἐν αὐτῷ λαλῶν Χριστὸς, καὶ τὰ σεσιγημένα καὶ λείποντα τοῖς εὐαγγελισταῖς ἡμᾶς ἐδίδαξε, *μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων* λέγων γενέσθαι τὴν προσευχὴν, τοῦ, *Πάτερ, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο*, οὐκ ἐν ὑποκρίσει, οὐκ ἐπὶ τὸ δελεάσαι τὸν Σατανᾶν, οὗ τὸ τοῦ κόσμου οἰκειούμενος θέλημα· ἀλλ' ἐξ οἰκείου προσώπου ὁ Χριστὸς οἰκονομικῶς ἐκουσίως προσεύχεται μετὰ κραυγῆς, μετὰ δακρύων, μετὰ ἱδρώτων καὶ θρόμβου αἵματος, μετὰ ἀγγέλου ἐνισχύοντος, καὶ οἱονεὶ παρακαλοῦντος καὶ παρηγοροῦντος αὐτὸν, καίπερ Υἱὸς Θεοῦ ἀληθῶς ὑπάρχων. Ἀλλὰ καὶ *ἐν ἀγωνίᾳ γενόμενος* προσηύχετο, ὥς φησιν ὁ εὐαγγελιστὴς, ἀλλὰ καὶ *ἐκτενέστερον*, ἀλλὰ καὶ δὶς, καὶ τρὶς τὴν εὐχὴν τῷ Πατρὶ προσάγει. Τοῦ οὖν Παύλου, μᾶλλον δὲ πάλιν λέγω τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἐν αὐτῷ τῷ Παύλῳ λαλοῦντος, εἰς ἑαυτὸν ἀναφέροντος τὴν τοιαύτην προσευχήν· τίς ἐστιν ὁ παραχαράξαι δυνάμενος, ἃ αὐτὸς ὁ Χριστὸς περὶ ἑαυτοῦ ἐμαρτύρησεν;

16, 17. *Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum.* Cum decretum et maledictio proposita sint, ut si vel angelus evangelizet aut doceat nos præter ea quæ Paulus docuit, anathema sit, quis est qui Paulo sive potius Christo in eo loquenti superior esse possit? Ad sese igitur (Christus) hanc precationem refert, ut testificatur Apostolus in Epistola ad Hebræos, quod *in diebus carnis suæ*, hoc est cum ad crucem venisset, *obsecrationes et supplicationes cum valido clamore atque lacrymis offerebat* ei qui poterat ipsum liberare a morte, id est Patri, et *exauditus est pro sua reverentia* [83] : licet Filius esset, edidicit ex passione sua obedientiam. Hic Paulus, imo potius qui in ipso loquebatur Christus, quæ in Evangeliis silentio prætermissa sunt, nos edocuit, quando dixit, *cum clamore valido et lacrymis* emissam fuisse orationem illam : *Pater, transeat a me calix iste* [84], non in hypocrisi, non ut Satanam inescaret et deciperet, non quod mundi voluntatem ut propriam efferret, sed ex propria persona Christus, per dispensationem, sponte precatur, cum clamore, cum lacrymis, cum sudore et gutta sanguinis, confortante angelo, et quasi consolante illum, etiamsi vere Filius Dei esset. Sed etiam *factus in agonia* precabatur, ut ait evangelista [85], imo vero *prolixius*, et usque bis terque orationem Patri offert. Paulo itaque, imo potius ipso Christo qui in Paulo loquebatur, eam orationem ad se referente : quis est qui ea adulterare possit quæ ipse Christus de se testificatus est?

Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τοῦ παιδός σου. Ἐπειδὴ ἀποστραφεὶς ἦν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν τὴν ἀνθρώπου φύσιν, τούτου χάριν πάλιν αὐτὸν ἐπιστρέψαι πρὸς αὐτὴν τὸ πρόσωπον παρακαλεῖ.

18. *Ne avertas faciem tuam a puero tuo.* Quia Deus et Pater, propter Adæ transgressionem, humanam naturam aversabatur, ideo rogat ut convertat faciem suam ad eam.

Πρόσχες τῇ ψυχῇ μου, καὶ λύτρωσαι αὐτήν· ἐκ τοῦ κατασχόντος, δηλονότι τοῦ θανάτου. *Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου ῥῦσαί με.* Ἐξ ἧς πεπόνθαμεν ἀδικίας παρὰ τῶν νοητῶν ἐχθρῶν, ἀπὸ ταύτης ἐπὶ τὸν ἔλεον τὸν ἡμέτερον διεγείρει τὸν Πατέρα.

19. *Intende animæ meæ et libera eam,* a morte videlicet occupante. *Propter inimicos meos eripe me.* Ex injuria nobis per inimicos spirituales illata, ad misericordiam nostri Patrem excitat.

Σὺ γὰρ γινώσκεις τὸν ὀνειδισμόν μου. Ὅμοιον τῷ εἰρημένῳ· *Ὅτι ἕνεκέν σου ὑπήνεγκα ὀνει-*

20-22. *Tu scis improperium meum.* Simile est dicto illi : *Quoniam propter te sustinui opprobrium* [86].

[82] Galat. IV, 5. [83] Hebr. V, 7. [84] Matth. XXVI, 35. [85] Luc. XXII, 43. [86] Vers. 8.

Digitized by Google

Improperium exspectavit cor meum et miseriam. Hinc nobis passionem suam recenset : quam aperte evangelistæ narraverunt.

23, 24. *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum.* His significat ea quæ Judæis post passionem obventura erant. Perinde autem est ac si diceret : Similia sustineant iis quæ me experiri curarunt. Væ enim improbo, quia mala ipsi secundum opera manuum ejus evenient. *Obscurentur oculi eorum ne videant.* Quomodo enim non tenebris offusi fuerint, cum justitiæ solem non acceperint ? *Et dorsum eorum semper incurva.* Non enim temporaria eorum, quemadmodum Babylonica, captivitas fuit.

26. *Fiat habitatio eorum deserta.* Hoc ait propter vastationem quæ Hierosolymæ contigit. *Et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.* Ex ipsis videlicet Judæis ; nemo enim eorum jam Hierosolymæ tabernacula inhabitat.

27. *Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt.* Causam affert cur talia passuri sint. Simile autem est huic : *Percutiam pastorem, et dispergentur oves*[87]. Hunc igitur, ait, qui juxta placitum tuum in passione percussus est, ipsi non recipientes extra propriam salutem sese expulerunt. *Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Hoc ait, quia ipse quidem humiliavit semetipsum, illi vero morti tradiderunt.

28. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum.* Hoc ait, quoniam post crucem et resurrectionem ipsum calumniis impetierunt (32). *Et non intrent in justitiam tuam.* Procul erunt remoti a voluptate qua justi donabuntur.

29. *Deleantur de libro viventium.* Etsi enim inscripti fuerint, ait, quia ad ipsos promissiones pertinebant ; sed quoniam hæc atque illa perpetrarunt, merito delebuntur.

30-32. *Ego sum pauper et dolens, salus tua, Deus, suscepit me*, etc. Hisce evangelicum institutum prædicatur, cui imperavit ille qui secundum Deum pauper est, cui dictum est[88] : *Beati pauperes spiritu.* Ingreditur autem ille pauper chorus gratias agens de salute sibi parta ab Unigenito. Ipse namque est facies Patris. Promittit porro se non ulterius cruenta sacrificia oblaturum, sed potius sacrificium laudis et spiritualis cantici.

33. *Videant pauperes et lætentur*, etc. Hæc cum norint ii qui sunt pauperes spiritu, exsultabunt. Hæc autem dicunt apostoli propter eos qui ipsorum opera in Christum crediderunt.

34. *Quoniam exaudivit pauperes Dominus.* Ecquam orationem exaudivit nisi eam quam pro iis offerebat Unigenitus ? Quid postulabat autem nisi ut ipsi liberarentur ex vinculis mortis ? Quamobrem

A *δισμόν. Ὠνείδισμὸν προσεδόκησεν ἡ ψυχή μου.* Ἐντεῦθεν ἡμῖν τὸ πάθος διηγεῖται· ὃ σαφῶς καὶ οἱ εὐαγγελισταὶ διηγήσαντο.

Γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτῶν εἰς παγίδα. Ἐντεῦθεν τὰ συμβησόμενα τοῖς Ἰουδαίοις μετὰ τὸ πάθος κατασημαίνει. Ὅμοιον δὲ ὡσεὶ λέγοι· Τὰ παραπλήσια ὑπομείνοιεν ὧν πεῖραν παρεσκεύασάν με λαβεῖν. Οὐαὶ γὰρ πονηρῷ, ὅτι πονηρὰ κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ συμβήσεται αὐτῷ. *Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν.* Πῶς γὰρ οὐκ ἐσκοτίσθησαν, μὴ δεξάμενοι τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον ; *Καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον.* Οὐ γὰρ πρόσκαιρος αὐτοῖς, ὥσπερ ἐπὶ Βαβυλωνίων, γέγονεν ἡ αἰχμαλωσία.

Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἠρημωμένη. Τοῦτό B φησι διὰ τὴν πόρθησιν τὴν συμβᾶσαν τῇ Ἱερουσαλήμ. *Καὶ ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν.* Ἐξ αὐτῶν δηλονότι· οὐ γάρ τις τῶν Ἰουδαίων ἔτι τὰς ἐν Ἱερουσαλὴμ κατοικεῖ σκηνάς.

Ὅτι ὃν σὺ ἐπάταξας αὐτοὶ κατεδίωξαν. Αἰτίας παράθεσις δι' ἣν τὰ τοιαῦτα πείσονται. Ὅμοιον δὲ τῷ· *Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα.* Τοῦτον οὖν, φησὶ, τὸν κατὰ σὴν εὐδοκίαν ἐν παταγμῷ διὰ τὸ πάθος γενόμενον αὐτοὶ οὐ παραδεξάμενοι, ἔξω που τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἀπήλασαν. *Καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου παρέθηκαν.* Τοῦτό φησιν, ἐπειδὴ αὐτὸς μὲν ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, οἱ δὲ καὶ θανάτῳ περιέβαλον.

Πρόσθες ἀνομίαν ἐπὶ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν. Καὶ τοῦτο λέγει, ἐπειδὴ μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὴν C ἀνάστασιν αὐτὸν ἐσυκοφάντησαν. *Καὶ μὴ εἰσελθέτωσαν ἐν δικαιοσύνῃ σου.* Πόῤῥω γενήσονται, φησὶ, τῆς τοῖς δικαίοις ἀποδοθησομένης τρυφῆς.

Ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ βίβλου ζώντων. Εἰ καὶ ἐνεγράφησαν, φησὶ, κατὰ τὸ αὐτῶν εἶναι τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ καὶ τὰ ἐποίησαν, εἰκότως ἐξαλειφθήσονται.

Πτωχὸς καὶ ἀλγῶν εἰμι ἐγώ, ἡ σωτηρία σου, ὁ Θεὸς, ἀντελάβετό μου, κ.τ.λ. Ἐντεῦθεν ἡ εὐαγγελικὴ πολιτεία κηρύττεται, ἧς ἦρξεν ὁ κατὰ Θεὸν πτωχός· ᾧ καὶ εἴρηται· *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι.* Εἰσέρχεται δὲ οὗτος ὁ πτωχὸς χορὸς εὐχαριστῶν ἐπὶ τῇ γενομένῃ αὐτῷ σωτηρίᾳ παρὰ τοῦ Μονογενοῦς. Αὐτὸς γὰρ ἐστὶ τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός. Ἐπαγ- D γέλλεται δὲ μηκέτι τὰς δι' αἱμάτων προσφέρειν θυσίας· τὰς δι' αἰνέσεως δὲ μᾶλλον καὶ πνευματικῆς ᾠδῆς.

Ἰδέτωσαν πτωχοὶ, καὶ εὐφραν θήτωσαν κ. τ. λ. Ταῦτα γνόντες, φησὶν, οἱ τῷ πνεύματι πτωχοὶ, ἀγαλλιασθήσονται. Λέγουσι δὲ ταῦτα οἱ ἀπόστολοι διὰ τοὺς δι' αὐτῶν πιστεύσαντας εἰς Χριστόν.

Ὅτι εἰσήκουσε τῶν πενήτων ὁ Κύριος. Καὶ ποίας εὐχῆς, ἢ ἧς ὑπὲρ αὐτῶν ηὔχετο ὁ Μονογενής ; Περὶ τίνος δὲ ηὔχετο, ἢ ῥυσθῆναι αὐτοὺς ἐκ τῶν τοῦ θανάτου δεσμῶν ; Διό φησι· *Καὶ τοὺς πεπεδημένους*

[87] Zach. XIII, 7 ; Matth. XXVI, 31. [88] Matth. V, 3.

(32) Hic quædam habet Corderius quæ sunt Theodori.

Digitized by Google

αὐτοῦ οὐκ ἐξουδένωσε. Διέρρηξε γὰρ πάντων τὰ δεσμὰ, εἰρηκὼς τοῖς ἐν δεσμοῖς, Ἐξέλθετε· καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, Ἀνακαλύφθητε. Καὶ τοὺς πεπεδημένους αὐτοῦ οὐκ ἐξουδένωσε. Καὶ οὐ διέπτυσεν ἡμᾶς ἐν συμφοραῖς ὄντας, καλῶς δὲ αὐτοὺς πεπεδημένους εἶπε δι' ὧν ἔπασχον ταῦτα.

Αἰνεσάτωσαν αὐτὸν οἱ οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ. Εἰ χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, πολλῷ πλέον χαρήσονται συμπάσης ἐλευθερωθείσης τῆς γῆς. Εἰ δὲ οὐρανὸς ἐπὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων χαίρει σωτηρίᾳ, καὶ αἰνεῖ ἐπὶ τούτῳ τὸν Θεόν· πολλῷ μᾶλλον καὶ αὐτοὶ οἱ σωθέντες ἐπὶ τῆς γῆς αἰνέσουσι τὸν σώσαντα· διὸ προσέθηκε· *Θάλασσα καὶ πάντα τὰ ἕρποντα ἐν αὐτοῖς.* Τοῦτό φησιν, ἐπειδὴ καὶ ἐν ταῖς νήσοις ἔμελλον τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ παραδέχεσθαι. Τὸ δὲ, *ἐν αὐτοῖς*, καὶ ἐν τῇ γῇ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ.

Ὅτι ὁ Θεὸς σώσει τὴν Σιὼν, καὶ οἰκοδομηθήσονται αἱ πόλεις τῆς Ἰουδαίας. Τίνα φησὶν εἶναι τὴν Σιὼν ἢ τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν, ἧς καὶ αἱ πόλεις ᾠκοδομήθησαν, αἱ διεγηγερμέναι δηλονότι τῶν ἀνθρώπων ψυχαί; Πεσοῦσαι γὰρ ἦσαν ὅτε ἠγνόουν τὸν Θεόν. Αὗται δέ εἰσιν αἱ διὰ τῆς ἐξομολογήσεως ἀνεγερθεῖσαι. Ἰουδαία γὰρ ἐξομολόγησις ἑρμηνεύεται.

Καὶ κατοικήσουσιν ἐκεῖ, καὶ κληρονομήσουσιν αὐτήν. Οἱ νῦν, φησὶν, αἰχμάλωτοι, τῆς ἐπανόδου τυχόντες, καὶ τὰς οἰκείας οἰκοδομήσουσι πόλεις, καὶ κατοικήσουσιν αὐτάς. Οὐκ αὐτοὶ δὲ μόνοι, ἀλλὰ καὶ οἱ τούτων παῖδες καὶ οἱ ἔκγονοι· τοῦτο γὰρ ἐπήγαγεν.

Καὶ τὸ σπέρμα τῶν δούλων αὐτοῦ καθέξουσιν αὐτήν, καὶ οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομά σου κατασκηνώσουσιν ἐν αὐτῇ. Δοῦλοι μὲν αὐτοῦ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, ὡς Παῦλος, δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ· σπέρμα δὲ αὐτῶν οἱ δι' αὐτῶν εἰς Χριστὸν πιστεύσαντες.

Εἰς τέλος, ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυὶδ, ΞΘ'.
Εἰς ἀνάμνησιν εἰς τὸ σῶσαί με Κύριον.

Ὑπόθεσις.

Τοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμὸν ἐκ προσώπου τῆς ἀνθρωπότητος, ἀξιούσης εἰς τὸ βοηθεῖν αὐτῇ διαναστῆναι τὸν Θεόν. Οὕτω γὰρ συνέβαινεν ἐντραπῆναι μὲν τοὺς ἀντικειμένους αὐτῇ πολεμίους δαίμονας, εὐφραν- D θῆναι δὲ τοὺς ὅσοι χαίρουσιν ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ αὐτῆς.

Ὁ Θεὸς, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες, κ. τ. λ.

Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἐντραπήτωσαν. Διαμάρτοιεν, φησὶν, οἱ τῆς ἐμῆς σφαγῆς ἐφιέμενοι, καὶ τὴν ἐντεῦθεν αἰσχύνην καρπώσαιντο.

Ἀποστραφήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω, κ. τ. λ. Καὶ πάλιν κἀνταῦθα ἐν τοῖς παροῦσι στίχοις ἐπαρᾶται μὲν τοῖς αὐτὸν ἐπιβουλεύουσι, καὶ θέλουσιν αὐτὸν κακῶς παθεῖν· καὶ λέγει πρὸς αὐτούς· Οἱ τοῖς ἐμοῖς κακοῖς ἐφηδόμενοι τράποιντο εἰς φυγὴν μετὰ αἰσχύνης, τὴν ἐμὴν ὁρῶντες μεταβολήν. Ἀποστραφήτωσαν παραυτίκα αἰσχυνόμενοι. Οἱ ἐπὶ τῷ γενομένῳ μοι πάλαι πτώματι διὰ τὴν τοῦ θανάτου κατάραν ἐπιχαρέντες.

[49] Isa. XLIX, 9.

A ait: *Et vinctos suos non despexit.* Diripuit enim omnium vincula cum dixit iis *qui vincti sunt. Exite et iis qui in tenebris, Revelamini* [49]. *Et vinctos suos non despexit.* Et non respuit nos in calamitatibus constitutos; jure autem eos vinctos appellat quod talia paterentur.

35. *Laudent illum cœli et terra.* Si gaudium est in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, multo magis gaudebunt illi cum totus orbis terrarum liberatus fuerit. Quod si cœlum gaudet de hominum salute, et de hac re laudat Deum; multo magis ii ipsi qui salutem consequuntur in terra, laudabunt eum qui salutem dedit: quapropter addit: *Mare et omnia reptilia in eis.* Hoc ait quia futurum erat ut etiam in insulis reciperetur salutare Dei. Illud autem, *in eis*, id est in terra et in mari. B

36. *Quoniam Deus salvam faciet Sion, et ædificabuntur civitates Juda.* Quam esse ait Sion, nisi sanctam Ecclesiam, cujus civitates ædificatæ sunt, excitatæ scilicet hominum animæ? Ceciderant enim quando ignorabant Dominum. Ipsæ porro per confessionem excitatæ sunt. Judæa namque *confessio* interpretatur.

37. *Et inhabitabunt ibi, et hæreditate acquirent eam.* Captivi, inquit, qui nunc reditum obtinuerunt, proprias urbes ædificabunt et inhabitabunt eas. Nec ipsi soli, sed et eorum filii et nepotes; id C enim subjungit.

Et semen servorum ejus possidebit eam, et qui diligunt nomen ejus habitabunt in ea. Servi ejus sunt sancti apostoli, ut Paulus, servus Jesu Christi: semen autem eorum sunt ii qui per ipsos in Christum crediderunt.

In finem, PSALMUS David, LXIX.
1. In rememorationem quod salvum fecerit me Dominus.

Argumentum.

Δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ. Καὶ ἑαυτοὺς τῶν προσκυνούντων καὶ κλαιόντων εἶναί φασιν, ὅπως ἂν προθυμοτέρους εἰς τὴν ἐξομολόγησιν παρασκευάσωσι τοὺς ἀκούοντας.

6. *Venite, adoremus et procidamus ante illum.* Se ex adorantium et plorantium numero esse dicunt, ut auditores ad confessionem promptiores efficiant.

Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε. Ἐντεῦθεν παραινοῦνται παρ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου εὐπειθεῖς εἶναι, καὶ μὴ τοιοῦτοι οἷοι ἐν τῇ ἐρήμῳ οἱ πατέρες αὐτῶν ἐπεδείχθησαν.

8. *Hodie si vocem ejus audieritis.* His ab ipso Domino monentur ut obtemperantes sint, neque tales quales patres eorum in deserto fuerant.

D

Κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν. Ἐξεπείρασαν γὰρ τὸν Θεὸν ἄλλοτε ἄλλην πορευόμενοι ὁδὸν, καὶ οὐκ εὐθεῖαν τὴν τοῦ Κυρίου.

9. *Secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri.* Tentaverunt enim Deum alias in aliam incedentes viam, sed non illam rectam viam Domini.

Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. Τρεῖς ἡμῖν ὁ λόγος καταπαύσεις σημαίνει· μίαν τὴν σαρκικὴν τὴν τοῦ Σαββάτου, καὶ ἑτέραν τὴν εἴσοδον τὴν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἣν Ἰησοῦς κατέπαυσεν αὐτούς· καὶ τρίτην τὴν ἐπουράνιον, ἣν νῦν ἡμῖν ὁ λόγος σημαίνει· οὐκ ἂν δὲ ἑτέρας ἐμέμνητο ἐνταῦθα, εἰ ἀληθῶς ἐκείνη ἐνῇ κατά-

11. *Sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.* Tres nobis requiei species significantur: carnalis una quæ est Sabbati; altera est ingressus in terram promissionis, qua illos quiescere fecit Jesus Nave; tertia cœlestis, quæ hic jam denotatur, non alterius enim hic mentio est, si tamen illa vera requies sit. Ostenditur itaque vere requiem

[72] Exod. VII, 1.

Digitized by Google

esse recessum ex hoc mundo et habitationem in supernis mansionibus.

1. *PSALMUS XCV. Canticum ipsi David. Quando domus ædificabatur post captivitatem.*

Argumentum.

In præcedenti psalmo Judæorum abjectionem vaticinatus si in infidelitate perseverarent, in hoc gentium vocationem inducit, quæ post solutionem spiritualis illorum captivitatis facta est, quando per totum orbem Ecclesia fundata fuit.

2, 3. *Cantate Domino canticum novum.* Apostolis jubet Spiritus sanctus, ut canticum novum, id est Novum Testamentum, gentibus per totum orbem enarrent. *Cantate Domino omnis terra... Annuntiate de die in diem salutare ejus.* Nunquam enim finem facient ad usque consummationem mundi Novi Testamenti mysteria nobis enuntiandi.

4. *Quoniam magnus Dominus et laudabilis nimis.* Docete, inquit, gentes, nam si audiant, agnoscent ejus qui prædicatur deitatem et magnitudinem; si agnoscant, laudabunt eum. *Terribilis est super omnes deos.* Illud est maximum gentibus ad Domini timorem incitamentum, quod viderint eorum deos, ut vocabant, incendio traditos. Noverunt enim illos omnes non esse deos, sed dæmonia. Solus autem Dominus cœlestium opifex est.

5. *Quoniam omnes dii gentium dæmonia.* Qui enim dii vocabantur, maligni dæmones fuisse comperti sunt: at *Dominus noster cœlos fecit.*

6. *Sanctimonia et magnificentia in sanctificatione ejus.* Sanctificatio ejus est Ecclesia, quæ et sancta et magnifica est. Excelsus namque est Ecclesiæ ornatus.

7-9. *Afferte Domino, patriæ gentium,* etc. Patrias vocat Ecclesiarum præfectos, id est, sacerdotes et præsides. Et sane convenit operibus bonis Deum glorificare, et justis laboribus honorare illum, atque insuper spiritualia illi sacrificia offerre. Offerre nimirum in atriis sanctis ejus, scilicet in ecclesiis. *Commoveatur a facie ejus universa terra.* Futurum enim erat ut per omnem terram audiretur prædicatio, et ut terra quasi a priore suo statu commoveretur.

10. *Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur.* Fundavit enim Ecclesiam supra petram, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. *Judicabit populos in æquitate.* Venit enim et judicavit causam nostram, et improbos tyrannos exegit, impuros scilicet dæmones.

11. *Lætentur cœli et exsultet terra.* Cum totius orbis bonum ageretur cœlestes virtutes cum gaudio dicebant: *Gloria in excelsis Deo et in terra vax*[13]. *Commoveatur mare et plenitudo ejus.* Mare hic significat gentium plenitudinem, quæ commota est,

παυσις. Δηλοῦται οὖν, ὡς ἀληθῶς κατάπαυσίς ἐστιν ἡ μετὰ τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου ἀπαλλαγὴ, ἡ ἐν ταῖς ἄνω μοναῖς κατοίκησις.

ΨΑΛΜΟΣ ΛΕ'. *Ὠδὴ τῷ Δαυΐδ, ὅτε ὁ οἶκος ᾠκοδομήθη μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν.*

Ὑπόθεσις.

Ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ, τὴν ἀποβολὴν τῶν Ἰουδαίων θεσπίσας, εἴ γε ἐπιμένοιεν τῇ ἀπιστίᾳ, ἐν τούτῳ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν εἰσάγει, τὴν γενομένην μετὰ τὴν λύσιν τῆς νοητῆς αὐτῶν αἰχμαλωσίας, ὅτε καὶ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἡ Ἐκκλησία τεθεμελίωται.

Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινόν. Τοῖς ἀποστόλοις τὸ Πνεῦμα παρακελεύεται τὸ καινὸν ᾆσμα, τουτέστι τὴν Νέαν Διαθήκην, ἐξηγεῖσθαι τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔθνεσιν. *Ἄσατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ . . . . Εὐαγγελίζεσθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ.* Οὐ γὰρ παύσονται μέχρι συντελείας κόσμου τὰ τῆς Νέας Διαθήκης ἡμῖν λαλοῦντες μυστήρια.

Ὅτι μέγας Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα Διδάξατε, φησὶ, τὰ ἔθνη· καὶ γὰρ ὑπακούσαντα γνοῖεν τοῦ κηρυττομένου τὴν θεότητα καὶ τὴν μεγαλοσύνην, καὶ γνόντα ἐπαινέσουσι. *Φοβερός ἐστιν ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς.* Τοῦτο μάλιστα τὰ ἔθνη ἐπὶ τὸν τοῦ Κυρίου φόβον προτρέπεται, τὸν ἐμπρησμὸν ἑωρακότα κατὰ τῶν πάλαι ὀνομαζομένων αὐτῶν θεῶν. Ἔγνωσαν γὰρ, ὡς πάντες ἐκεῖνοι οὐκ ἦσαν θεοὶ, ἀλλὰ δαιμόνια. Μόνος δὲ ὁ Κύριος τῶν οὐρανίων ποιητής.

Ὅτι πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια. Οἱ μὲν γὰρ καλούμενοι θεοὶ δαίμονες ὤφθησαν πονηροὶ, ὁ δὲ ἡμέτερος Κύριος τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησεν.

Ἀγιωσύνη καὶ μεγαλοπρέπεια ἐν τῷ ἁγιάσματι αὐτοῦ. Ἁγίασμα αὐτοῦ ἡ Ἐκκλησία, ἥτις καὶ ἁγία ἐστὶ καὶ μεγαλοπρεπής. Ὑψηλὸς γὰρ ὁ κόσμος τῆς Ἐκκλησίας.

Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ, αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. Πατριὰς καλεῖ τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν ἡγουμένους, ἱερέας φημὶ καὶ προέδρους. Καὶ πρέπει διὰ τῶν ἔργων τῶν ἀγαθῶν δοξάζειν τὸν Θεὸν, καὶ μὴν καὶ τιμᾷν ἀπὸ δικαίων πόνων αὐτῶν, ἔτι γε μὴν καὶ θυσίας αὐτῷ ἀναφέρειν νοητάς· ἀναφέρειν δὲ ἐν ταῖς θείαις αὐτοῦ αὐλαῖς, δηλαδὴ ταῖς ἐκκλησίαις. *Σαλευθήτω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ.* Ἔμελλε γὰρ εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐξάκουστον γενέσθαι κήρυγμα, καὶ οἱονεὶ τῆς προτέρας στάσεως σαλεύειν τὴν γῆν.

Καὶ γὰρ κατώρθωσε τὴν οἰκουμένην ἥτις οὐ σαλευθήσεται. Ἐθεμελίωσε γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. *Κρινεῖ λαοὺς ἐν εὐθύτητι.* Ἦλθε γὰρ καὶ ἐδίκασε τὴν κρίσιν ἡμῶν, καὶ τοὺς πονηροὺς τυράννους ἐξέβαλε, τοὺς ἀκαθάρτους φησὶ δαίμονας.

Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. Ἐπὶ γὰρ τῇ κατορθώσει τῆς οἰκουμένης αἱ οὐράνιαι δυνάμεις ἔφασκον χαίρουσαι· *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη. Σαλευθήτω ἡ θάλασσα καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.* Θάλασσαν ἐν τούτοις

[13] Luc. II, 14.

Digitized by Google

τῶν ἐθνῶν σημαίνει τὴν πληθὺν, ἥτις καὶ σεσάλευται· τουτέστιν εἰς τὸ ὑποδέξασθαι τὸ κήρυγμα κεκίνηται. *Χαρήσεται τὰ πεδία καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· τότε ἀγαλλιάσονται πάντα τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ.* Διὰ τῶν πεδίων καὶ μὴν καὶ τῶν ξύλων ἁγίας ψυχὰς εἶναι σημαίνει, αἳ ἐπὶ τῇ τοῦ κόσμου σωτηρίᾳ ἠγαλλιάσαντο.

ΨΑΛΜΟΣ *Δαυὶδ, ὅτε ἡ γῆ αὐτοῦ καθίσταται.* ϟϛ'.

Ὑπόθεσις.

Πάλιν καὶ ἐνταῦθα τὴν σωτηρίαν τοῦ κόσμου σημαίνει, καὶ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν.

Κύριος ἐβασίλευσεν, ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, εὐφρανθήτωσαν νῆσοι πολλαί. Νήσους τὰς Ἐκκλησίας φησὶν, ἅτε δὴ ῥιπιζομένας ὑπὸ παντὸς πνεύματος, καὶ μὴν καὶ περιῤῥεομένας ταῖς περιστάσεσι ταῖς ἁλμυραῖς.

Νεφέλη καὶ γνόφος κύκλῳ αὐτοῦ. Τὴν λεληθυῖαν αὐτοῦ ἐν ἀνθρώποις κάθοδον σημαίνει, ὅτε ἐν τῇ τοῦ δούλου πέφηνε μορφῇ. *Δικαιοσύνη καὶ κρῖμα κατόρθωσις τοῦ θρόνου αὐτοῦ.* Αὕτη γέγονε, φησὶ, τῆς ἀφέσεως αἰτία· τὸ κρῖναι δικαίως τὴν κρίσιν ἡμῶν, ἣν ἔχομεν δηλαδὴ πρὸς τὰς πονηρὰς καὶ ἀντικειμένας δυνάμεις.

Πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ προπορεύσεται. Ἔκαυσε γὰρ τῇ θείᾳ αὐτοῦ δυνάμει πᾶσαν πονηρὰν καὶ ἀντικειμένην ἐνέργειαν.

Ἔφαναν αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ. Ἀστραπὰς αὐτοῦ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους εἶναι λέγει καὶ εὐαγγελιστὰς, οἳ φωτὸς δίκην ὑπέλαμψαν τὴν ὑπ' οὐρανόν.

Τὰ ὄρη ἐτάκησαν ὡσεὶ κηρὸς ἀπὸ προσώπου Κυρίου. Ὄρη τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις φησὶν, αἳ καὶ κηροῦ δίκην συνετάκησαν ἀπὸ τοῦ προειρημένου δηλονότι πυρός. Ὅπερ πήγνυσιν ὁ βοῤῥᾶς, τοῦτο τήκει ὁ νότος· διὸ καλῶς λέγει ἡ νύμφη ἐν τοῖς ἌΙσμασι τῶν ᾀσμάτων· *Ἐξεγείρου, βοῤῥᾶ, καὶ ἔρχου, νότε, διάπνευσον κῆπόν μου, καὶ ῥευσάτωσαν ἀρώματά μου.*

Αἰσχυνθήτωσαν πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς· ὁρῶντες δηλονότι οὓς πάλαι ἐνόμιζον θεοὺς κηροῦ δίκην λυομένους ὑπὸ τοῦ Κυρίου. *Προσκυνήσατε αὐτῷ, πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ.* Ἐφ' οἷς κατώρθωσε τῇ ὑπ' οὐρανὸν, φησὶν, εὐχαριστήσατε.

Ἤκουσε καὶ εὐφράνθη Σιών. Σιὼν μὲν ἡ Ἐκκλησία. Τί δὲ ἤκουσεν, ἢ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, καὶ εὐφροσύνης αὐτῇ γέγονε πρόξενον; *Καὶ ἠγαλλιάσαντο αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας.* Θυγατέρας τῆς Ἰουδαίας τὰς ὁσίας ψυχάς φησι, τὰς δι' ἐξομολογήσεως συνημμένας Θεῷ, αἳ ἠγαλλιῶντο διὰ τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα, ὁρῶσαι δηλονότι τοὺς τυραννήσαντας ἐκβεβλημένους, τοὺς δὲ δουλείᾳ κατεχομένους εἰς ἐλευθερίαν ἐνηνεγμένους.

Οἱ ἀγαπῶντες τὸν Κύριον, μισεῖτε πονηρά. Παραίνεσις εἰσάγεται τοῖς τῇ ἐλευθερίᾳ λελυτρωμένοις, διδάσκουσα πᾶν εἶδος πονηρὸν ἀποστρέφεσθαι. *Φυλάσσει Κύριος τὰς ψυχὰς τῶν ὁσίων αὐτοῦ.*

[74] Cant. IV, 16.

A id est ad recipiendam prædicationem deducta. *Gaudebunt campi et omnia quæ in eis sunt. Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum.* Per campos et ligna, sanctas animas significat, quæ de salute mundi exsultaverunt.

1. *PSALMUS David quando terra ejus constituta est. XCVI.*

Argumentum.

Hic rursum salutem mundi significat, et fidem omnium gentium in ipsum.

Dominus regnavit, exsultet terra, lætentur insulæ multæ. Insulas vocat Ecclesias, utpote omni vento B agitatas, et salsis asperisque ærumnarum fluctibus circumfusas.

2. *Nubes et caligo in circuitu ejus.* Latentem ejus ad homines descensum significat, quando in servi forma apparuit. *Justitia et judicium correctio throni ejus.* Hæc, inquit, remissionis causa fuit quod juste judicaverit causam nostram quam habemus videlicet adversus malignas et adversarias potestates.

3. *Ignis ante ipsum præcedet.* Divina enim sua virtute malam omnem atque adversariam operationem combussit.

4. *Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ.* Fulgura sua dicit esse sanctos apostolos et evangelistas, qui lu- C minis instar illuminaverunt orbem.

5. *Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini.* Montes vocat adversarias potestates, quæ sicut cera fluxerunt prædicti ignis opera. Quod aquilo coagulat, id auster liquefacit, quamobrem pulchre sponsa in Canticis canticorum ait: *Exsurge, aquilo, et veni, auster, perfla hortum meum et fluant aromata mea* [74].

7. *Confundantur omnes qui adorant sculptilia.* Videntes scilicet quos olim deos putabant instar ceræ liquefactos Domini opera. *Adorate eum, omnes angeli ejus.* Gratias agite, ait, de iis quæ in terra præclare gessit.

D 8. *Audivit et lætata est Sion.* Sion est Ecclesia. Ecquid audivit, nisi evangelicam prædicationem, quæ lætitiæ ipsi causa fuit? *Et exsultaverunt filiæ Judææ.* Filias Judææ sanctas animas dicit, quæ Deo per confessionem conjunctæ sunt, quæque exsultabant propter judicia Domini, videntes scilicet ejectos tyrannos, eos autem qui in servitute detinebantur in libertatem vindicatos.

10. *Qui diligitis Dominum, odite mala.* Adhortatio inducitur iis qui in libertatem vindicati sunt, docens ut ab omni specie mala avertantur. *Custodit Dominus animas sanctorum suorum.* Qui a ma-

Digitized by Google

ligno aversi estis, sancti effecti estis. Tunc enim continget vobis ut Dominus vos custodiat a maligno, qui proprie peccator est.

11. *Lux orta est justo.* Evangelica videlicet. *Justo* autem, huic populo scilicet qui per fidem justus est. *Et rectis corde lætitia;* in hæc verba *rectis* interpungendum, ita ut iis qui recti fuerint in corde oriatur lætitia. In communi autem illud, *orta est,* accipiendum.

PSALMUS ipsi David. XCVII.

Argumentum.

Hic quoque psalmus priorem Domini adventum significat, et fidem omnium gentium erga illum, quam dedit eis ut patribus suis pollicitus fuerat. Ea de causa hic concitantur gentes, ut cum jubilatione victoriæ carmen canant, quod eorum causa editum fuit.

1. *Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit.* Mirabile prorsus est quod mors destructa sit, et quod humanum genus revixerit. *Salvavit sibi dextera ejus.* Mundum enim Patri obtulit Christus, qui est dextera Patris. Non enim humano egebat auxilio.

2. *Notum fecit Dominus salutare suum.* Carnalem ejus adventum salutarem scilicet significat. Juxta illud dictum a Simeone: *Quia viderunt oculi mei salutare tuum* [75]. *In conspectu gentium revelavit justitiam suam.* Ejecto scilicet hujus sæculi principe, nobis autem qui olim sub tyrannide eramus justificatis.

3. *Recordatus est misericordiæ suæ.* Erga Jacob. Promisit enim ei futurum esse ut omnes gentes in semine ejus benedicerentur. *Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.* Nullum enim regnum non particeps est regni Christi.

5, 6. *Psallite Deo nostro in cithara.* Citharam dicit harmoniam et consensum animæ cum corpore. *In tubis ductilibus et voce tubæ corneæ.* Ardens atque vehemens studium evangelicæ prædicationis per tubas ductiles significat; per corneam autem regiam dignitatem, quia ex cornu ungebant reges. Neque id tantum, sed quia cornea regni proclamationem faciebant.

7. *Moveatur mare et plenitudo ejus.* Mare vocat præsentem vitam, ob salsedinem et molestiam sollicitudinum ejus. Mota itaque est a priori statu, id est ab idololatria.

8. *Flumina plaudent manu simul.* Flumina dicit sanctos mysteriorum initiatores, quorum prædicandi studium indicat eo quod plaudant simul. *Montes exsultabunt a conspectu Domini, quoniam venit judicare terram.* Angelicæ nimirum virtutes. Nam gaudium est super uno peccatore pœnitentiam agente [76].

[75] Luc. II, 30. [76] Luc. XV, 7.

Οἱ ἀποστραφέντες τὸν πονηρὸν, ὅσιοι γεγένησθε· Τότε δὴ συμβήσεται ὑμῖν καὶ τῆς φυλακῆς τῆς παρὰ τοῦ Κυρίου τυχεῖν ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· οὗτος γὰρ κυρίως ἁμαρτωλός.

Φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ. Τὸ εὐαγγελικὸν δηλονότι. *Δικαίῳ* δὲ, τῷδε δικαίῳ λαῷ διὰ τῆς πίστεως. *Καὶ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ εὐφροσύνη·* εἰς τὸ, *τοῖς εὐθέσιν,* ὑποστίξαι δεῖ, ἵνα τοῖς γινομένοις εὐθέσιν ἐν τῇ καρδίᾳ ἀνατείλῃ εὐφροσύνη. Ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ, *ἀνατελεῖ,* ληπτέον.

ΨΑΛΜΟΣ *τῷ Δαυΐδ.* ΡΖ'.

Ὑπόθεσις.

Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τὴν προτέραν παρουσίαν τοῦ Κυρίου σημαίνει, καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν πάντων εἰς αὐτὸν πίστιν, ἣν ἐποιήσατο κατὰ τὰς ἐπηγγελμένας τοῖς πατράσιν ἐπαγγελίας. Διὰ τοῦτο τὰ ἔθνη πάντα ἀλαλάζειν ὁ λόγος προτρέπεται τὸν ἐπινίκιον, ὃν ὑπὲρ αὐτῶν πεποίηται.

Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, ὅτι θαυμαστὰ ἐποίησε. Θαυμαστὸν γὰρ ἀληθῶς τὸ καταργηθῆναι θάνατον, καὶ ἀναβιῶναι πάλιν τὸ ἀνθρώπινον γένος. *Ἔσωσεν αὐτῷ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ.* Προσήγαγε γὰρ τῷ ἰδίῳ Πατρὶ τὴν ὑπ' οὐρανὸν ὁ Χριστὸς, ὃς ἐστι δεξιὰ τοῦ Πατρός. Οὐ γὰρ ἐδεήθη ἀνθρωπίνης βοηθείας.

Ἐγνώρισε Κύριος τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Σωτήριον οὖσαν τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ παρουσίαν σημαίνει· κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Συμεών· *Ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου. Ἐναντίον τῶν ἐθνῶν ἀπεκάλυψε τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ.* Ἐκβαλὼν μὲν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, δικαιώσας δὲ τοὺς πάλαι τυραννηθέντας ἡμᾶς.

Ἐμνήσθη τοῦ ἐλέους αὐτοῦ. Τοῦ Ἰακώβ· καὶ γὰρ ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ εὐλογηθῆναι πάντα τὰ ἔθνη ἐπηγγείλατο. *Εἶδοσαν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.* Οὐδεὶς γὰρ τόπος ἀμέτοχος τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ.

Ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν ἐν κιθάρᾳ. Κιθάραν τὴν τοῦ σώματος πρὸς τὴν ψυχὴν ἁρμονίαν φησί. *Σάλπιγξιν ἐλαταῖς, καὶ φωνῇ σάλπιγγος κερατίνης.* Τὸ πεπυρωμένον καὶ ἐκτεταμένον τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος διὰ τῶν ἐλατῶν σαλπίγγων σημαίνει· διὰ δὲ τῶν κερατίνων τὸ βασιλικὸν, καθὸ τῷ κέρατι ἐχρίοντο οἱ βασιλεῖς. Οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ ἐν κερατίνῃ τῆς βασιλείας τὴν ἐκφώνησιν ἐποιοῦντο.

Σαλευθήτω ἡ θάλασσα καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Θάλασσαν τὸν βίον τὸν παρόντα σημαίνει, διὰ τὸ ἁλμυρὸν τῶν ἐν αὐτῷ φροντίδων. Κεκίνηται οὖν ἐκ τῆς προτέρας στάσεως, τουτέστι τῆς εἰδωλολατρείας.

Ποταμοὶ κροτήσουσι χειρὶ ἐπὶ τὸ αὐτό. Ποταμοὺς τοὺς ἁγίους εἶναί φησι μυσταγωγοὺς, ὧν καὶ τὸ σπουδαῖον τοῦ κηρύγματος διὰ τοῦ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κροτεῖν σημαίνει. *Τὰ ὄρη ἀγαλλιάσονται, ὅτι ἥκει κρῖναι τὴν γῆν.* Αἱ ἀγγελικαὶ δηλονότι δυνάμεις. Χαρὰ γὰρ γίνεται ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

Digitized by Google

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυὶδ. ΡΗ'.

Ὑπόθεσις.

Καὶ οὗτος τὴν Χριστοῦ βασιλείαν σημαίνει καὶ τὴν τῶν ἀρχιερέων αὐθάδειαν.

Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, ὀργιζέσθωσαν λαοί. Ὁ Χριστός ἐστιν οὗ τὴν βασιλείαν οὐ παραδέχονται Ἰουδαῖοι ὀργιζόμενοι. *Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ, σαλευθήτω ἡ γῆ.* Αὐτὸς γὰρ οὗτος ὁ βασιλεύσων ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἐστιν, ὁ καὶ τοῖς χερουβὶμ ἐποχούμενος, ὑφ' οὗ καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ. Φησὶν οὖν· Σὺ εἶ ἐπὶ τῶν χερουβὶμ, ὁ καὶ τὴν ἐπὶ κακῷ στάσιν μετακινήσας τῆς γῆς, γεγονὼς καθ' ἡμᾶς. Στάσιν οὖν λέγει τὴν τῆς εἰδωλολατρείας.

Κύριος ἐν Σιὼν μέγας. Σιὼν ἐστιν ἡ Ἐκκλησία, ἐν ᾗ δοξάζεται καὶ ὑψοῦται Χριστὸς, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ὑψώσω σε, ὁ Θεός μου, ὁ βασιλεύς μου.*

Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ ὀνόματί σου τῷ μεγάλῳ. Μέγα αὐτοῦ τὸ ὄνομα τὸ, Ἰησοῦς, καθὸ καὶ σωτηρία λαοῦ ἑρμηνεύεται. Μέγα πάλιν τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ᾧ μέλλει κάμψαι πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα ἐξομολογήσεται γλῶσσα, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστός. *Ὅτι φοβερὸν καὶ ἅγιόν ἐστι.* Φοβερὸν μὲν κατὰ τῶν ὀργιζομένων λαῶν καὶ μὴ προσδεχομένων αὐτοῦ τὴν βασιλείαν· ἅγιον δὲ τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν. *Καὶ τιμὴ βασιλέως κρίσιν ἀγαπᾷ.* Ἐπειδὴ ἡ τιμὴ ἤτοι ἡ δόξα τοῦ βασιλέως ἀγαπᾷ τὴν δικαιοσύνην, ἥτις διὰ τῆς κρίσεως ἑρμηνεύεται· τούτου χάριν τοῖς μὲν ἀπειθήσασι τὸ πρόσταγμα αὐτοῦ φοβερὸν, τοῖς δὲ ὑπακούουσιν ἅγιον. *Σὺ ἡτοίμασας εὐθύτητας.* Ἐν δικαιοσύνῃ γὰρ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην.

Ὑψοῦτε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν. Ὁ ὑψηλὸς ὡς Θεὸς καὶ ὑπὸ πόδας ἔχων πᾶσαν τὴν κτίσιν γέγονεν ἀτρέπτως ἄνθρωπος. Τοῦτον οὖν, φησὶ, τὸν γενόμενον ἀτρέπτως ἄνθρωπον ὑψοῦτε, προσκυνοῦντες αὐτὸν μιᾷ προσκυνήσει μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός.

Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν ἐν τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ. Οὗτος, φησὶν, ὁ νῦν, καθὸ πέφυκεν ἄνθρωπος, βασιλεύσας τῶν ἐπὶ γῆς ἦν· ὃν καὶ πάλαι Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν καὶ Σαμουὴλ ἐπεκαλοῦντο. Εἰπὼν οὖν, ὅτι *Προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ,* καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν καὶ τὴν οἰκονομίαν κηρύξας, πάλιν ἀσφαλιζόμενος ἡμᾶς, τὴν θεότητα σημαίνει διὰ τοῦ δηλωθέντος ὄρους. Μεμένηκε γὰρ Θεὸς, εἰ καὶ ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, σὺ ἐπήκουσας αὐτούς. Εἰ καὶ ἔδοξάν τι ἁμαρτάνειν ὡς ἄνθρωποι, οὐ παρεώρακας, φησίν. Ἠλέγχετο οὖν ἐπὶ τοῦ μόσχου ἁμαρτάνων Ἀαρὼν καὶ Μωϋσῆς ἐπὶ τοῦ ὕδατος τῆς ἀντιλογίας.

Καὶ προσκυνεῖτε εἰς ὄρος ἅγιον αὐτοῦ. Ἢ τὴν ἐπὶ γῆς ἢ τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ φησιν· ἢ ὄρος πάλιν αὐτὸν νοητέον τὸν Μονογενῆ, κατὰ τό· *Ἐτμήθη λίθος ἐξ ὄρους ἄνευ χειρῶν.*

A

PSALMUS ipsi David. XCVIII.

Argumentum.

Et hic quoque psalmus Christi regnum significat, atque principum sacerdotum arrogantiam.

1. *Dominus regnavit, irascantur populi.* Christus est cujus regnum Judæi irati non accipiunt. *Qui sedet super cherubim, moveatur terra.* Is enim ipse est qui in novissimis temporibus regnabit in terra, qui super cherubim vehitur, et sub quo mota est terra. Ait igitur : Tu es super cherubim, qui et malum terræ statum commutasti, cum ad nostram similitudinem factus es. De statu idololatriæ loquitur.

2. *Dominus in Sion magnus.* Sion est Ecclesia, B in qua glorificatur et exaltatur Christus, juxta dictum illud : *Exaltabo te, Deus meus, rex meus* [77].

3, 4. *Confiteantur nomini tuo magno,* etc. Magnum est nomen ejus illud, Jesus, quia salus populi significat. Magnum rursus nomen illud quod est super omne nomen, cui curvabitur omne genu, et omnis lingua confitebitur, quia Dominus Jesus Christus [78], etc. *Quoniam terribile et sanctum est.* Terribile adversus gentes iratas quæ non receperunt ejus regnum ; sanctum autem credentibus in eum. *Et honor regis judicium diligit.* Quoniam honor seu gloria regis justitiam diligit, quæ per judicium intelligitur ; ideo inobsequentibus mandatum ejus terribile est, sanctum autem credentibus in eum. *Tu* C *parasti directiones.* In justitia enim judicaturus est orbem.

5. *Exaltate Dominum Deum nostrum.* Qui excelsus est utpote Deus, et sub pedes habet omnem creaturam, sine mutatione factus est homo. Hunc itaque, ait, qui sine mutatione factus est homo, exaltate, adorantes eum una adoratione cum sua carne.

6. *Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus.* Hic, inquit, qui nunc quatenus homo factus est regnavit in terrena, is ipse erat quem olim Moyses et Aaron et Samuel invocabant. Postquam dixit itaque : *Adorate scabellum pedum ejus* (41), atque incarnationem œconomiamque prædicavit, rursum nos confirmans, D divinitatem per montem illum significat : remansit quippe Deus, etiamsi propter nostram salutem carnem assumpserit.

8. *Domine Deus noster, tu exaudiebas eos.* Etiamsi in aliquo peccare visi sunt utpote homines, tu tamen non contempsisti eos. Peccati itaque arguebatur Aaron ob vitulum, et Moyses propter aquam contradictionis.

9. *Et adorate in monte sancto ejus.* Aut terrenam aut cœlestem Jerusalem dicit : aut rursum montem intelligere possumus Unigenitum, juxta illud : *Excisus est lapis de monte sine manibus* [79].

[77] Psal. CXLIV, 1. [78] Philipp. II, 10, 11. [79] Dan. II, 34.

(41.) Hæc pertinent ad versum 9.

Digitized by Google

1. *PSALMUS in confessionem. XCIX.*

Argumentum.

In hoc psalmo eos qui jam accesserant ad fidem adhortatio alloquitur, ut gratiarum actiones de iis quæ gesta sunt offerant. Confessio enim hoc in loco, gratiarum actionem cum laude conjunctam significat.

2. *Jubilate Deo, omnis terra.* Redemptos jubet victoriæ carmen canere. Redempti quippe erant omnes homines. Terram autem vocat habitantes in ea. *Servite Domino in lætitia.* Hominum servitus noxium timorem efficit, Domini autem servitus timorem castum, ex quo animæ oboritur lætitia. *Introite in conspectu ejus in exsultatione.* Qui jam jubilationis lætitiam mente percepit, hic quasi stans in conspectu Christi gaudio gaudet, et hoc est exsultatio.

3. *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus noster.* Hic Dominus, inquit, qui proprio sanguine totam redemit terram, ipse est nostræ facturæ opifex. Non enim ex nobis ipsis exstitimus, sed opus manuum ejus sumus. Quapropter et populus ejus et oves ejus sumus, ita ut ille quidem populus sit, qui rationabilior est; oves autem, qui in ordine irrationabiliorum consistunt, neque experimentum quodpiam divini eloquii habent, juxta dictum illud : *Erravi sicut ovis quæ periit*[80].

4. *Nos autem populus ejus et oves pascuæ ejus.* Alii sunt ut populus ejus, qui scilicet præstantiores sunt; alii ut oves pascuæ ejus, qui in inferiore gradu incedunt. Cæterum, cum omnium Deus et factor sit, omnes vocat et proprios sibi efficit. Nam homines et jumenta salvat Dominus[81]; illos quidem ut populum suum, hos vero ut oves pascuæ suæ. *Introite portas ejus in confessione.* Portas Domini Ecclesiam quæ in terra est vocat, in qua confiteri oportet, ac denuntiatis antea peccatis, beneficia nobis collata enarrare.

Ipsi David. PSALMUS C.

Argumentum.

In hoc psalmo perfectum nobis hominem describit, qui secundum Deum vitam instituit, docetque nos quod vitæ genus amplecti debeant ii, qui regnum cœlorum adipisci exoptant.

1. *Misericordiam et judicium cantabo tibi, Domine.* Cum ea quæ scio te nobis contulisse beneficia semper in ore feram, dabitur judicium, et sane judicium justum. Justificavit enim causam nostram adversus inimicos nostros.

2, 3. *Psallam et intelligam in via immaculata. Psallam*, inquit, *hymnum*, ac si diceret apertius : Non finem faciam hymnos canendi, et viam meam semper immaculatam conservabo, tuum, o Domine, adventum exspectans. Oportet enim paratos nos esse ad Domini accessum. Tantam autem hic vir mirabilis puritatem obtinebat ut cum fiducia cla-

ΨΑΛΜΟΣ εἰς ἐξομολόγησιν. ϙϑ'.

Ὑπόθεσις.

Ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ τοῖς ἤδη προσελθοῦσι τῇ πίστει παραίνεσιν εἰσφέρει, ὑπὲρ τοῦ ἀναφέρειν ὑπὲρ τῶν ἤδη γεγενημένων εὐχαριστίας. Ἡ γὰρ ἐξομολόγησις ἐν τούτῳ τὴν μετ' αἰνέσεως εὐχαριστίαν σημαίνει.

Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ, πᾶσα ἡ γῆ. Τὸν ἐπινίκιον τοὺς λελυτρωμένους ᾄδειν παρακελεύεται. Ἦσαν δὲ οἱ λελυτρωμένοι ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. Γῆν γὰρ τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν καλεῖ. Δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν εὐφροσύνῃ. Ἡ δὲ τῶν ἀνθρώπων δουλεία φόβον φθοροποιὸν ἐμποιεῖ, ἡ δὲ τοῦ Κυρίου δουλεία φόβον ἁγνὸν, ἐξ οὗ γίνεται τῇ ψυχῇ εὐφροσύνη. Εἰσέλθετε ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει. Ὁ ἤδη τοῦ ἀλαλαγμοῦ τὴν εἰς νοῦν δεξάμενος εὐφροσύνην, οὗτος ὥσπερ ἐνώπιον ἱστάμενος τοῦ Χριστοῦ χαρᾷ χαίρει, καὶ τοῦτό ἐστιν ἀγαλλίασις.

Γνῶτε ὅτι Κύριος αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν. Οὗτος, φησὶν, ὁ Κύριος ὁ τῷ ἰδίῳ αἵματι πᾶσαν λυτρωσάμενος τὴν γῆν, αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τοῦ ἡμετέρου ποιήματος δημιουργός. Οὐ γὰρ αὐτομάτως συνέστημεν, ἀλλὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἔργον ἐσμέν. Διὸ καὶ λαὸς αὐτοῦ καὶ πρόβατα αὐτοῦ τυγχάνομεν· ὡς εἶναι μὲν ὁ λαὸς λογικώτερος, πρόβατα δὲ οἱ τὴν ἀλογωτέραν τάξιν ἐπέχοντες, καὶ μὴ ἐν πείρᾳ τῶν θείων ὄντες λογίων, κατὰ τὸ εἰρημένον· Ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλός.

Ἡμεῖς δὲ λαὸς αὐτοῦ, καὶ πρόβατα νομῆς αὐτοῦ. Ἄλλοι μὲν ὡς λαὸς αὐτοῦ, οἱ κρείττονες· οἱ δὲ ὡς πρόβατα νομῆς αὐτοῦ, οἱ ὑποδεδηκότες. Πλὴν ἀλλὰ, πάντων Θεὸς ὢν καὶ ποιητὴς, πάντας καλεῖ καὶ ἐξοικειοῦται. Ἀνθρώπους γὰρ καὶ κτήνη σώζει Θεός· τοὺς μὲν ὡς λαὸν αὐτοῦ, τὰ δὲ ὡς πρόβατα νομῆς αὐτοῦ. Εἰσέλθετε εἰς τὰς πύλας αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει. Πύλας τοῦ Κυρίου τὴν ἐπὶ γῆς Ἐκκλησίαν φησὶν, ἐν ᾗ ἐξομολογεῖσθαι δεῖ, ἅτε πρότερον ἐξαγγέλλοντες τὰ ἁμαρτήματα, τάς τε εἰς ἡμᾶς γενομένας ἀφηγεῖσθαι εὐεργεσίας.

Τῷ Δαυΐδ. ΨΑΛΜΟΣ Ρ'.

Ὑπόθεσις.

Ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ τὸν τέλειον ἡμῖν διαγράφει, τὸν κατὰ Θεὸν πολιτευόμενον, διδάσκων ἡμᾶς ποίαν δεῖ πολιτείαν ἐπιτηδεύειν τοὺς ἐπιθυμοῦντας τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἐπιτυχεῖν.

Ἔλεον καὶ κρίσιν ᾄσομαί σοι, Κύριε. Ταῦτα, φησὶν, ἐπὶ στόματος φέρων διαπαντὸς ἃ οἶδα εἰς ἡμᾶς κατορθωθέντα, δοθήσεται κρίσις, τουτέστιν ἡ δικαιοκρισία. Ἐδικαίωσε γὰρ ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν τὴν δίκην ἡμῶν.

Ψαλῶ καὶ συνήσω ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ. Τὸ, ψαλῶ τὸν ὕμνον, φησὶν, ὡσεὶ λέγοι σαφέστερον· Ὑμνῶν οὐ παύσομαι καὶ τὴν ἐμὴν ὁδὸν παρασκευάζων ἄμωμον, τὴν σὴν, ὦ Δέσποτα, παρουσίαν προσδοκῶν. Δεῖ γὰρ ἡτοιμασμένους ἡμᾶς εἶναι πρὸς τὴν τοῦ Κυρίου ἄφιξιν. Τοσαύτην γὰρ ὁ θαυμαζόμενος οὗτος ἀνὴρ ἐκτήσατο καθαρότητα, ὡς μετὰ παῤῥησίας

[80] Psal. cxviii, 176. [81] Psal. xxxv, 8.

Digitized by Google

βῆναι πρὸς τὸν Θεόν· *Πότε ἥξεις πρός μέ;* Ἀντὶ τοῦ, Εὐπρεπῆ σοι τὰ βασίλεια κατέστησα, ποθῶ σου τὴν παρουσίαν, ὦ Δέσποτα, ἱμείρομαί σου τῆς ἐπιφανείας· ἀλλὰ δὸς τὸ ποθούμενον. *Διεπορευόμην ἐν ἀκακίᾳ καρδίας μου ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου μου.* Οὐδένα, φησὶν, ἔσχον ἄδικον συνοικοῦντα λογισμόν· ἀλλ' ὅλως ἐμαυτῷ μετὰ καθαρότητος διεπορευόμην. *Ποιοῦντας παραβάσεις ἐμίσησα.* Δεῖ γὰρ μὴ μόνον ἀπέχεσθαι τῶν πονηρῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα ποιοῦντας ἀποστρέφεσθαι.

Οὐκ ἐκολλήθη μοι καρδία σκαμβή. Τὰ τοῦ διαβόλου βουλεύματα, ἅτε μηδὲν εὐθὲς ἔχοντα, σκαμβά τέ εἰσι καὶ διεστραμμένα, ἅπερ οὐδέποτε ἐν τῇ καρδίᾳ εἰσδέδεγμαι. *Ἐκκλίνοντος ἀπ' ἐμοῦ τοῦ πονηροῦ οὐκ ἐγίνωσκον.* Οὕτω, φησὶν, ἐν οὐδενὶ μέρει ἐποιούμην τοὺς πονηροὺς, ὡς καὶ τὴν παρουσίαν καὶ τὴν ἀπουσίαν αὐτῶν ἀγνοεῖν· διὸ καὶ ἀπαιρόντων οὐκ ἐγίνωσκον, οὐκοῦν οὐδὲ παρόντων εἰ παρῆσαν ἐγίνωσκον. Γνώμης δὲ ἀπόδειξις ἀνακειμένης Θεῷ τὸ τῶν κάτω μηδένα ποιεῖσθαι λόγον διὰ τὴν ἄνωθεν προσοχήν

Τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τοῦ πλησίον αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον. Τὰς δὲ λάθρα γινομένας κατηγορίας οὐ προσιέμην, ἀλλὰ τοὺς τοῦτο δρᾷν πειρωμένους ἐξήλαυνον. *Ὑπερηφάνῳ ὀφθαλμῷ καὶ ἀπλήστῳ καρδίᾳ, τούτῳ οὐ συνήσθιον.* Οὔτε μὴν τοὺς ἀλαζονείᾳ καὶ πλεονεξίᾳ χρωμένους ἐποιούμην συσσίτους.

Οἱ ὀφθαλμοί μου ἐπὶ τοὺς πιστοὺς τῆς γῆς τοῦ συγκαθῆσθαι αὐτοὺς μετ' ἐμοῦ. Συνεδρίων δέ μοι καὶ βουλῆς ἐκοινώνουν οἱ πίστει κοσμούμενοι, καὶ περὶ πολλοῦ τὰ θεῖα ποιούμενοι. Οἱ δὲ μὴ οὕτως διακείμενοι, ἀλλὰ τἀναντία φρονοῦντες ὑπερηφανείᾳ λέγω καὶ ἀδικίᾳ καὶ ἐξουδενώσει, πόρρω ἀπέβαλον ἀπ' ἐμοῦ, ὥστε μὴ ὁρᾷν αὐτούς.

Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς. Ἁμαρτωλούς φησι τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς, οὓς ταῖς ἐωθιναῖς προσευχαῖς καὶ τῇ πρὸς Θεὸν προσεδρίᾳ ἐκόλαζε. *Τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ πόλεως Κυρίου πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν.* Πόλιν Κυρίου τὴν ἁγίαν φησὶ ψυχὴν, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ.*

Προσευχὴ τῷ πτωχῷ, ὅταν ἀκηδιάσῃ, καὶ ἐνώπιον Κυρίου ἐκχέῃ τὴν δέησιν αὐτοῦ. ΡΑ'.

Ὑπόθεσις.

Ὁ κατὰ Θεὸν πτωχὸς, τουτέστιν ὁ τῶν προφητῶν χορὸς, ὁ λύπης πεπληρωμένος ἐπὶ τῇ τοῦ πρώτου λαοῦ καταστροφῇ, προσέρχεται τῷ Κυρίῳ ὑπὲρ αὐτοῦ, τοῦ λαοῦ δηλονότι, ἀναπέμπων δεήσεις μετὰ νηστείας καὶ δακρύων, ὅπως ἂν καὶ αὐτὸς οἰκτειρηθῇ ὁ λαός. Κηρύττει δὲ καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν, τὴν γενομένην ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Κύριε, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου. Τὰ συμβάντα τῷ λαῷ οἰκειοποιεῖται ὁ προφητικὸς χορός.

A marcet ad Deum : *Quando venies ad me?* ac si diceret : Regiam tibi exornatam ac decentem paravi, tuam exopto præsentiam, o Domine, tuum adventum expeto, optatum concede. *Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ*, etc. Nullam, inquit, injustam cogitationem mecum habitare concedebam, sed cum puritate ambulabam. *Facientes prævaricationes odivi.* Oportet enim non solum abstinere a malis, sed etiam aversari eos qui illa agunt.

4. *Non adhæsit mihi cor pravum.* Diaboli consilia, utpote quæ recti nihil habeant, prava sunt et perversa, quæ nunquam in corde admisi. *Declinàntem a me malignum non cognoscebam.* Ita, inquit, nihili faciebam malignos, ut eorum sive præsentiam B sive absentiam ignorarem. Quare abscedentibus illis non cognoscebam, ac similiter etiamsi præsentes essent, id ignorabam. Mentis autem in Deo consistentis argumentum est, terrenas res nihil curare, ob studium cœlestium.

5. *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.* Accusationes occulte factas non admittebam, imo vero eos qui huic rei dabant operam expellebam. *Superbo oculo et insatiabili corde, cum hoc non edebam.* Nequaquam eos qui arrogantia et superbia tumebant, convivas admittebam.

6. *Oculi mei ad fideles terræ ut sedeant mecum.* Consessus atque consilii mecum participes erant C qui fide erant ornati, et divina magni faciebant. Eos autem qui non ita affecti erant, sed contraria sentientes superbiæ, injustitiæ et humiliationi dabant operam, longe a me exigebam, ita ut ne respicerem quidem illos.

8. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.* Peccatores vocat malas cogitationes, quas cum matutinis orationibus, tum in Dei præsentia consistendo castigabat. *Ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.* Civitatem Domini sanctam dicit animam, juxta dictum illud [83] : *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.*

1. *Oratio pauperis cum anxius fuerit, et in conspectu Domini effuderit precem suam. CI.*

D *Argumentum.*

Qui pauper secundum Deum est, id est prophetarum chorus, repletus dolore ob prioris populi excidium, ad Dominum accedit, pro ipso populo preces effundens cum jejunio et lacrymis, ut ipse populus misericorditer excipiatur. Prædicat item hic psalmus vocationem gentium, in adventu Salvatoris nostri Jesu Christi futuram

2. *Domine, exaudi orationem meam.* Quæ populo contigerunt sibi quasi propria ascribit propheticus chorus.

[83] Psal. LXXXVI, 3.

Digitized by Google

4. *Quia defecerunt sicut fumus dies mei, et ossa mea sicut cremium aruerunt.* Horum jam multo ante interpretatio data est, at rursum dicetur. Tota virtus eorum per quam consistebat cultus legalis, fracta est et periit. Erant autem illa sacerdotium, templum, sacrificia armentorum, libertas populi suis legibus vivendi.

A Ὅτι ἐξέλιπον ὡσεὶ καπνὸς αἱ ἡμέραι μου, καὶ τὰ ὀστᾶ μου ὡσεὶ φρύγιον συνεφρύγησαν. Ταῦτα μὲν ὑπεράνωθεν τὴν ἑρμηνείαν ἔλαβον, ῥηθήσεται δὲ καὶ αὖθις. Πᾶσα γὰρ δύναμις αὐτῶν, δι' ἧς συνειστήκει τὰ τῆς κατὰ νόμον λατρείας, διεφθάρη καὶ ἀπόλωλεν. Ἦν δὲ ταῦτα ἡ ἀρχιερωσύνη, ὁ ναὸς, αἱ διὰ τῶν θρεμμάτων θυσίαι, ἡ αὐτονομία τοῦ ἔθνους.

7. *Factus sum sicut nycticorax in domicilio.* Hoc dicit ob tenebras quæ populum interceperunt; ignorabat enim Deum. Quid autem proprium nycticoraci, nisi ut clamet nocte, quamobrem hujusmodi vocabulum sortitus est? Quoniam igitur totam noctem precando transigebat, sese jure nycticoraci confert.

Ἐγενήθην ὡσεὶ νυκτικόραξ ἐν οἰκοπέδῳ. Τοῦτό φησι διὰ τὸν κατειληφότα σκότον τὸν λαόν· ἀγνωσίαν γὰρ ἔσχε Θεοῦ. Τί δὲ τοῦ νυκτικόρακος ἀλλ' ἢ τοῦ βοᾷν κατὰ τὰς νύκτας ἴδιον, ὅθεν ταύτην τὴν προσηγορίαν ἔλαχεν; Ἐπειδὴ τοίνυν παννύχιον ἐποίει προσευχόμενος, ἀναγκαίως ἑαυτὸν παραβάλλει τῷ νυκτικόρακι.

8. *Vigilavi et factus sum sicut passer solitarius in tecto.* Ego, inquit, qui tempore peccati captus non fui, usque adeo derelictus sum, ut passeri uni similis sim. Tantæ sunt enim myriades peccatorum, ut etiamsi plurimi salutem consequantur, unus tamen, tot myriadibus comparati, videantur.

B Ἠγρύπνησα καὶ ἐγερόμην ὡς στρουθίον μονάζον ἐπὶ δώματι. Ἐγὼ, φησὶν, ὁ μὴ τῷ καιρῷ τῆς ἁμαρτίας κατειλημμένος, τοσοῦτον κατελείφθην, ὡς καὶ ἑνὶ ἐοικέναι στρουθίῳ· ἀπὸ γὰρ μυριάδων τοσούτων, εἰ καὶ πλείους ἦσαν οἱ σωζόμενοι, ἑνὶ ἂν παρεβάλοντο ὡς πρὸς τὰς μυριάδας.

9. *Tota die exprobrabant mihi inimici mei.* Ridiculus fui inimicis meis : et qui olim mihi invidebant, adversus meas calamitates jurant, rogantes ne sibi paria contingant. Illud autem, *cum cinere*, consimile est septuagesimo nono psalmo : *Cibabis nos pane lacrymarum* [83]. Quod si cibi sumendi tempus dolore plenum fuit, vix aliud quodpiam tempus malis vacuum erit. *Et qui laudabant me adversum me jurabant.* Et amici, inquit, qui olim laudabant me, meas calamitates in jusjurandum adhibebant dicentes : Absit ut talia patiar qualia Israel !

Ὅλην τὴν ἡμέραν ὠνείδιζόν με οἱ ἐχθροί μου. Καταγέλαστος ἐγενόμην τοῖς δυσμενέσιν· οἱ δὲ πάλαι με ζηλοῦντες κατὰ τῶν ἐμῶν ὀμνύουσι συμφορῶν, εὐχόμενοι μὴ ἴσα παθεῖν. Τὸ δὲ, *μετὰ σποδοῦ*, αὐτὸ παραπλήσιον τῷ ἑβδομηκοστῷ ἐννάτῳ ψαλμῷ· *Ψωμιεῖς ἡμᾶς ἄρτῳ δακρύων.* Εἰ δὲ ὁ τῆς τροφῆς καιρὸς ὀδύνης ὑπῆρχε μεστὸς, σχολῇ γ' ἂν ἄλλος ἀπήλλακτο πάθους. *Καὶ οἱ ἐπαινοῦντές με κατ' ἐμοῦ ὤμνυον.* Καὶ οἱ φίλοι, φησὶν, οἱ πάλαι θαυμάζοντές με, ὅρκον ἐποιοῦντο τὰς ἐμὰς συμφορὰς, λέγοντες· Μὴ τὰ αὐτὰ τῷ Ἰσραὴλ πάθοιμι !

10. *Quia cinerem tanquam panem manducabam.* Aut calamitates captivitatis significat, aut afflictionem qua se macerabant, ut populus misericordiam consequeretur.

Ὅτι σποδὸν ὡσεὶ ἄρτον ἔφαγον. Ἢ τὰς συμφορὰς τὰς ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ σημαίνει, ἢ τὴν κακοπάθειαν ἣν ἐποιοῦντο ὑπὲρ τοῦ οἰκτειρηθῆναι τὸν λαόν.

11. *Quia elevans allisisti me.* Solus Israel enim ex omnibus gentibus excelsus erat, quippe qui solus notitiam veri Dei haberet.

Ὅτι ἐπάρας κατέῤῥαξάς με. Μόνος γὰρ ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ὑψηλὸς ἦν ὁ λαὸς Ἰσραὴλ, ἅτε καὶ μόνος γνῶσιν ἔχων τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ.

12. *Dies mei sicut umbra declinaverunt.* Dies suos ait transactos in legali cultu, qui vocatur umbra futurorum bonorum. *Et ego sicut fenum arui.* Illud, *ego*, positum est pro, *populus*, nam, ut dixi, omnia quæ ad populum pertinent quasi propria sibi attribuit.

Αἱ ἡμέραι μου ὡσεὶ σκιὰ ἐκλίθησαν. Ἡμέρας αὐτοῦ τῆς νομικῆς λατρείας εἶναί φησιν, ἥτις καὶ σκιὰ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ὀνομάζεται. *Κἀγὼ ὡσεὶ χόρτος ἐξηράνθην.* Τὸ, ἐγὼ, ἀντὶ τοῦ, *ὁ λαός*. C Οἰκειοποιεῖται γὰρ, ὡς ἔφην, πάντα τὰ τοῦ λαοῦ.

15. *Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus, et terræ ejus miserebuntur.* Lapides vocat eos qui post resurrectionem crediderunt in Christum, et facti sunt lapides sancti, secundum Zachariæ vocem : servos autem vocat sanctos apostolos, quorum opera qui crediderunt in Christum salvi facti sunt. Terram autem, populos, qui adhuc terreno more vivunt, et adhuc non credunt, quos commiseratione dignos ait. Servantur autem reliquiæ ad novissimum usque diem; ipsi enim per Eliam prophetam salutem consequentur.

Ὅτι ἠὐδόκησαν οἱ δοῦλοί σου τοὺς λίθους αὐτῆς, καὶ τὸν χοῦν αὐτῆς οἰκτειρήσουσι. Λίθους μὲν τοὺς πιστεύσαντας εἰς Χριστὸν μετὰ τὴν ἀνάστασίν φησι, καὶ γενομένους λίθους ἁγίους, κατὰ τὴν Ζαχαρίου φωνήν· δούλους δὲ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους φησὶ, δι' ὧν ἐσώθησαν οἱ πιστεύσαντες εἰς Χριστόν. Χοῦν δὲ τοὺς λαοὺς, τοὺς ἔτι χοϊκώτερον ζῶντας, καὶ ἔτι νῦν ἀπιστοῦντας, καὶ αὐτοὺς δὲ οἰκτιρμῶν φησιν ἀξίους εἶναι. Τηρεῖται γὰρ εἰς τὴν ἐσχάτην ἡμέραν τὸ λείψανον· σωθήσονται γὰρ καὶ αὐτοὶ διὰ Ἠλίου τοῦ προφήτου.

[83] Psal. LXXIX, 6.

Digitized by Google

Καὶ φοβηθήσονται τὰ ἔθνη τὸ ὄνομα Κυρίου. Εἰκότως μεταξὺ τοῦ εὐδοκῆσαι τοὺς λίθους τοῦ προτέρου λαοῦ τῶν ἐθνῶν ἐπισυνάπτει τὴν κλῆσιν. *Καὶ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς τὴν δόξαν σου.* Οἱ βασιλεῖς ἀντὶ τοῦ, αἱ βασιλεῖαι. Οὐ γάρ ἐστι βασιλεία οὐδὲ ἔθνος ὃ μὴ προσκυνεῖ τὴν δόξαν Κυρίου.

Ὅτι οἰκοδομήσει Κύριος τὴν Σιών. Τουτέστι τὴν Ἐκκλησίαν.

Ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν προσευχὴν τῶν ταπεινῶν. Ἔλεγον γὰρ οἱ ἑαυτοὺς ταπεινοῦντες προσευχόμενοι προφῆται. Καὶ σὺ, Κύριε ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, πρόσχες τοῦ ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη.

Γραφήτω αὕτη εἰς γενεὰν ἑτέραν. Ἡ διὰ τοῦ ψαλμοῦ προσευχὴ, καὶ ἡ περὶ τῶν ἐθνῶν ἐπαγγελία προφητευομένη, καθάπερ ἐν στήλῃ τυπωθεῖσα δέδοται τοῖς Ἰουδαίοις, εἰς τὸ φυλάττεσθαι τῷ νέῳ Ἰσραὴλ καὶ τῇ κατὰ Χριστὸν γενεᾷ. *Καὶ λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν Κύριον.*

Ὅτι ἐξέκυψεν ἐξ ὕψους ἁγίου αὐτοῦ. Τὴν αἰτίαν ἡμῖν τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν παρατίθεται. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐπιφάνεια τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, ἣν ἐποίησε κλίνας οὐρανούς.

Τοῦ ἀκοῦσαι τὸν στεναγμὸν τῶν πεπεδημένων. Καὶ τίνες οἱ πεπεδημένοι, ἢ οὓς σειραῖς ἁμαρτίας ἔσφιγξεν ὁ μισόκαλος δαίμων; *Τοῦ λῦσαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων.* Οἱ υἱοὶ τῶν τεθανατωμένων εἶεν ἂν οἱ ἐξ ἐθνῶν, καθὴν ἀπέθανον οἱ πατέρες αὐτῶν ταῖς ἰδίαις ἁμαρτίαις εἰδωλολατροῦντες ἔτι.

Τοῦ ἀναγγεῖλαι ἐν Σιὼν τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ τοῦτό φησι τῆς καθόδου αἴτιον, ὅπως ἡ Ἐκκλησία ἀνυμνεῖν μάθοιεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ Σιών.

Ἐν τῷ ἐπισυναχθῆναι λαοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό. Τῶν ἐθνῶν ἐωρακότες διὰ τοῦ πνεύματος τὴν ἐπὶ τὸν Κύριον συναγωγὴν οἱ προφῆται, παρεκάλεσαν καὶ αὐτοὶ καταξιωθῆναι ταύτης τῆς μακαρίας θέας καὶ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως.

Ἀπεκρίθη αὐτῷ ἐν ὁδῷ ἰσχύος αὐτοῦ. Ὁ προφητικὸς χορὸς μέν ἐστιν ὁ ἀποκρινόμενος, ἤτοι ἐρωτῶν τὸν Θεόν. Ὁδὸν ἰσχύος αὐτοῦ τὴν ἐπὶ γῆς παρουσίαν φησίν. Ἦλθε γὰρ ἵνα δήσῃ τὸν ἰσχυρόν. *Τὴν ὀλιγότητα τῶν ἡμερῶν μου ἀνάγγειλόν μοι.* Οἷός ἐστι, φησὶν, ὁ ἡμέτερος βίος ἀνάγγειλόν μοι. Ηὔχετο γὰρ ἰδεῖν εἰ φθάσει εἰς ἐκείνας τὰς ἡμέρας ἡ ζωὴ αὐτοῦ, καθ' ἃς ἔμελλεν ἐνανθρωπήσας ἐπὶ γῆς φαίνεσθαι ὁ Μονογενής.

Μὴ ἀναγάγῃς με ἐν ἡμίσει ἡμερῶν μου. Ἥμισυ τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ ἤτοι τῆς ζωῆς τὸ τέως ἐν θεωρίᾳ γενέσθαι τῆς ἐπιφανείας φησίν. Ηὔχετο οὖν πληρωθῆναι αὐτοῦ τὸν ὅλον χρόνον· καὶ εἰ οἷόν τε παρεκταθῆναι τὴν ζωὴν αὐτοῦ, ὅπως ἂν καὶ αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως καταξιωθῇ. Οὕτω γὰρ ἂν ἔμελλεν ἡ πᾶσα αὐτοῦ ζωὴ πληροῦσθαι. *Ἐν γενεᾷ γενεῶν τὰ ἔτη σου.* Γνοὺς ὁ προφητικὸς χορὸς διὰ τοῦ πνεύματος, ὡς οὐκ ἂν φθάσοι εἰς τὸ τῶν πραγμάτων πέρας, φησίν· Ἐγὼ δὲ κοιμηθήσομαι ἅτε θνητὸς ὤν· σὺ δὲ μόνος, ὦ Δέσποτα, καὶ εἰς ἐκείνας

16. *Et timebunt gentes nomen Domini.* Merito dum placent lapides prioris populi subjungit gentium vocationem. *Et omnes reges terræ gloriam tuam.* Reges positum pro regna. Non est quippe regnum neque gens quæ non adoret gloriam Domini.

17. *Quia ædificabit Dominus Sion.* Id est, Ecclesiam.

18. *Respexit in orationem humilium.* Dicebant quippe prophetæ dum orando sese humiliarent. *Et tu, Domine Deus Israel, intende, ad visitandas omnes gentes* [84].

19. *Scribatur hæc in generatione altera.* Oratio scilicet quæ in psalmo effunditur, et promissio gentibus prophetice facta, quasi in cippo insculpta tradita est Judæis, ut servaretur novo Israeli et Christianæ generationi. *Et populus qui creabitur laudabit Dominum.*

20. *Quia prospexit de excelso sancto suo.* Causam nobis apponit vocationis gentium. Hæc est autem adventus Salvatoris nostri Christi, quando inclinavit cœlos.

21. *Ut audiret gemitum compeditorum.* Ecquinam compediti, nisi quos catenis peccati constringit bonorum osor dæmon? *Ut solveret filios interemptorum.* Filii interemptorum fuerint gentiles, quorum patres in propriis peccatis idololatræ obierunt.

22. *Ut annuntient in Sion nomen ejus.* Et illud quoque ait est descensus causa, ut Ecclesia ediceret hymnis celebrare nomen ejus. Ipsa quippe est Sion.

23. *In conveniendo populos in unum.* Cum prophetæ per spiritum viderent congregationem gentium ad Christum, rogarunt ut et ipsi hoc felici spectaculo fruerentur, et rerum exitu.

24. *Respondit ei in via virtutis suæ.* Propheticus chorus est qui respondet, idem ipse qui interrogat Deum. Viam virtutis suæ, suum in terra adventum vocat. Venit quippe ut ligaret fortem. *Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.* Qualis sit, inquit, vita nostra annuntia mihi. Precabatur autem ut indicaretur sibi, num ad eas dies perventura vita ejus esset, quibus futurum erat ut Unigenitus homo factus appareret in terra.

25. *Ne revoces me in dimidio dierum meorum.* Dimidium dierum ejus sive vitæ ejus, vocat illud quod intercedebat tempus donec adventum viderent. Rogat igitur ut impleatur totum tempus suum : et si fieri possit, producatur vita sua, ut ipsum rerum exitum videre dignus habeatur. Ita enim futurum erat ut impleretur tota vita ejus. *In generationem et generationem anni tui.* Gnarus propheticus chorus per spiritum, non perventurum se ad harumce rerum finem, ait : Ego vero obdormiam utpote mortalis; tu autem solus, o Do-

[84] Psal. LVI. 8.

Digitized by Google

mine, usque ad illas generationes permanes, utpote Deus qui cœlos ab initio fecisti.

26, 27. *Ipsi peribunt, tu autem permanes.* Tu solus, inquit, o Domine, æternitatem utpote Deus habes : cœli vero etsi magnum et eximium sint opificium, attamen et ipsi corruptioni subjicientur. Corruptio autem hæc erit illis in renovationem : volventur enim in meliorem formam commutati.

28, 29. *Filii servorum tuorum habitabunt.* Nam cum cœli mutati fuerint, et renovata fuerit creatura, tunc in æternis tabernaculis constituti erunt filii servorum tuorum; ii autem sunt qui per sanctos apostolos crediderunt, *et semen eorum in sæculum dirigetur.* Semen sanctorum apostolorum est evangelica et salutaris prædicatio, quæ manet in sæculum.

μένεις τὰς γενεὰς, ἄτε δὴ καὶ σὺ αὐτὸς ὡς Θεὸς, ὁ καὶ τοὺς οὐρανοὺς πεποιηκὼς ἐξ ἀρχῆς.

Αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις. Σὺ μόνος, φησὶν, ὦ Δέσποτα, τὸ ἀΐδιον ἄτε Θεὸς ἔχεις· οἱ δὲ οὐρανοὶ, εἰ καὶ μέγα τι καὶ ἐξαίρετον ὑπάρχουσι κτίσμα, ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτοὶ ὑποβληθήσονται φθορᾷ. Ἡ δὲ φθορὰ αὕτη γενήσεται αὐτοῖς εἰς ἀνακαινισμόν· ἐλιχθήσονται γὰρ εἰς βέλτιον σχῆμα μεταβαλλόμενοι.

Οἱ υἱοὶ τῶν δούλων σου κατασκηνώσουσιν. Ὅταν γὰρ ἑλιχθήσονται οἱ οὐρανοὶ, καὶ καινὴ γένηται κτίσις, τότε δὴ τότε ἐν ταῖς αἰωνίοις σκηναῖς γενόμενοι οἱ τῶν σῶν δούλων υἱοί· οὗτοι δ' ἂν εἶεν οἱ διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἀποστόλων πεπιστευκότες. *Καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα κατευθυνθήσεται.* Σπέρμα τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, ὅπερ εἰς τὸν αἰῶνα διαμένει.

PSALMUS ipsi David. CII.

Argumentum.

Novus populus ex gentibus coactus, docetur in hoc psalmo Deum hymnis celebrare, qui magna ipsi beneficia contulit. Sunt autem ea, peccati destructio et resurrectionis gloria.

1. *Benedic, anima mea, Domino.* Ipse sese ad hymnum excitat, optimum sibi ad salutem remedium esse proponens, benedicere Deum. Ex eo autem quod Deus miseraturus populum esset, de justitia sua in judicando laudatur; utpote qui a corruptione liberet et regnum cœlorum det; ita ut præsens hymnus omnibus conveniat. *Et omnia quæ intra me sunt nomini sancto ejus.* Per ea quæ intra sunt, significat Deum ex toto corde, ex tota virtute, et ex tota mente invocandum esse.

2. *Benedic, anima mea, Domino.* Perseverat sese exhortando ad canendum hymnos, probe sciens id esse officii sui pro magnis acceptis beneficiis. Nam qui divinorum beneficiorum recordatur, nunquam finem faciet hujus hymni concinendi. *Et noli oblivisci omnes retributiones ejus.* Pro magnis enim peccatis nostris retribuit nobis mansuetudinem, misericordiam, miserationes. Quæ oblivisci non oportet.

3, 4. *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis,* etc. Hæ sunt retributiones Dei nobis collatæ; primo quod propitiatus sit peccatis nostris; secundo, quod infirmitates nostras sanaverit; tertio, quod de interitu redemerit vitam nostram, cum peccatum de medio sustulit; quarto, quod propria usus clementia, misericordia et miserationibus, nos coronaverit adoptionis gratia; quinto, quod spiritualibus nos bonis repleverit, sese nobis donans panem vitæ.

5. *Renovabitur ut aquilæ juventus tua.* Deo per regenerationem juventutem nostram quasi aquilæ renovante. Resurrectionis gratiam nobis significat. Aquilæ autem eos qui renovati sunt comparat, avi omnium maxime altivolanti, regiæ, et quæ sola potest radios solis firmiter conspicere.

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυΐδ. ΡΒ'.

Ὑπόθεσις.

Ὁ νέος ἐξ ἐθνῶν λαὸς ἐν τούτῳ διδάσκεται ἀνυμνεῖν τὸν Θεὸν τὸν τὰ μεγάλα εὐηργετηκότα. Ταῦτα δέ ἐστι τὰ εὐεργετήματα ἥ τε τῆς ἁμαρτίας ἀναίρεσις καὶ τῆς ἀναστάσεως τὸ καύχημα.

Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον. Αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπὶ τὸν ὕμνον διεγείρει, καλὸν ἑαυτοῦ τῆς σωτηρίας φάρμακον τὴν εἰς Θεὸν εὐλογίαν προβαλλόμενος. Ἐφ' οἷς δὲ Θεὸς τὸν λαὸν ἤμελλεν ἐλεεῖν δικαιοσύνῃ δοξάζεται κριτικῇ, φθορᾶς τε ἀπαλλάττων καὶ βασιλείαν διδοὺς οὐρανῶν· ὡς καὶ πᾶσιν ἁρμόττειν τὸν προκείμενον ὕμνον. *Καὶ πάντα τὰ ἐντός μου τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ.* Διὰ τῶν ἐντὸς τὸ ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος, καὶ ἐξ ὅλης διανοίας τὸν Θεὸν ἐπικαλεῖσθαι δηλοῖ.

Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον. Ἐνδιατρίβει τῇ περὶ τὸν ὕμνον ἑαυτοῦ προτροπῇ, εἰδὼς τοῦτο ἀντὶ τῶν μεγάλων αὐτοῦ εὐεργεσιῶν ἑαυτὸν ἐπωφείλοντα. Ὁ γὰρ τῶν θείων εὐεργεσιῶν μεμνημένος οὐ παύσεται τοῦτο ὑμνῶν. *Καὶ μὴ ἐπιλανθάνου πάσας τὰς ἀνταποδόσεις αὐτοῦ.* Ἀνταπέδωκε γὰρ ἡμῖν ἀντὶ τῶν μεγάλων ἁμαρτημάτων ὧν ἡμάρτομεν, χρηστότητα, ἔλεον, οἰκτιρμούς. Ὧν δεῖ μὴ ἐπιλανθάνεσθαι.

Τὸν εὐλατεύοντα πάσαις ταῖς ἀνομίαις σου. Αὗταί εἰσιν αἱ περὶ ἡμῶν ἀνταποδόσεις τοῦ Θεοῦ· ὅτι πρῶτον μὲν ἱλασμὸν ἔθηκε τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν· δεύτερον δὲ τὰς ἡμετέρας ἀσθενείας ἰάσατο· τρίτον ἐκ φθορᾶς ἡμῶν τὴν ζωὴν ἐλυτρώσατο, ἀνελὼν τὴν ἁμαρτίαν, τέταρτον οἰκείᾳ φιλανθρωπίᾳ καὶ ἐλέῳ καὶ οἰκτιρμοῖς χρώμενος ἐστεφάνωσεν ἡμᾶς τῷ τῆς υἱοθεσίας χαρίσματι· πέμπτον τῶν πνευματικῶν ἡμᾶς ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, ἑαυτὸν ἡμῖν ἄρτον ὄντα ζωῆς ἐπιδιδούς.

Ἀνακαινισθήσεται ὡς ἀετοῦ ἡ νεότης σου. Τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς παλιγγενεσίας ἀνακαινίζοντος ἡμῶν ὡς ἀετοῦ τὴν νεότητα. Τὸ τῆς ἀναστάσεως ἡμῖν κατασημαίνει χάρισμα. Ἀετῷ δὲ τοὺς ἀνακαινουμένους παρείκασεν, ὀρνίθων ἁπάντων ὄντι ὑψηλοπετεστάτῳ καὶ βασιλικωτάτῳ, καὶ ταῖς τοῦ ἡλίου μαρμαρυγαῖς μόνῳ λαμπρῶς ἐνατενίζειν δυναμένῳ.

Digitized by Google

Ποιῶν ἐλεημοσύνας ὁ Κύριος καὶ κρῖμα πᾶσι τοῖς ἀδικουμένοις. Οὗτος, φησὶν, ὁ Κύριος ὁ τῷ αὐτοῦ ἐλέει τὰ προειρημένα ἡμῖν χαρισάμενος, αὐτός ἐστιν ὁ καὶ πάλαι δίκαιον κρῖμα κρίνας, καὶ λυτρωσάμενος ἐξ Αἰγύπτου τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, καὶ δοὺς τῷ τε Μωϋσῇ καὶ παντὶ τῷ λαῷ γνῶσιν τῶν αὐτοῦ ἐντολῶν.

Οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ὁ Κύριος. Ταῦτα γὰρ καὶ τῆς τοιαύτης εὐεργεσίας καὶ πάλαι καὶ νῦν γέγονεν αἰτία, φήσαντος καὶ Μωϋσέως· *Κύριος μακρόθυμος, καὶ πολυέλεος, καὶ ἀληθινός· ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας.* Ταύτας οὖν αὐτοῦ τὰς δυνάμεις ἐγνώρισε τῷ Μωϋσῇ, λεγομένας ὁδοὺς, καὶ τὰς ἀρετὰς καθ' ἃς τὰ πάντα διέπει. *Οὐκ εἰς τέλος ὀργισθήσεται.* Εἰ καὶ ὠργίσθη, φησὶ, διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν, καὶ κατεδίκασε θανάτῳ τὸ γένος· ἀλλ' οὐκ ἐκτείνει εἰς τέλος τὴν ὀργήν· ἐπέλαμψε γὰρ ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων εἰς ἀθέτησιν τῆς φθορᾶς.

Ὅτι αὐτὸς ἔγνω τὸ πλάσμα ἡμῶν. Ὡς γὰρ ἴδιον πλάσμα καὶ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ κατῳκτείρησεν.

Τὸ δὲ ἔλεος Κυρίου ἀπὸ τοῦ αἰῶνος. Ὅμοιον τό· *Καὶ ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας τοῖς φοβουμένοις με.*

Καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ ἐπὶ υἱοὺς υἱῶν τοῖς φυλάσσουσι τὴν διαθήκην αὐτοῦ. Ἅγιος γὰρ ὢν, ἐν ἁγίοις ἀναπαύεται, ταῖς ἀγγελικαῖς δηλονότι δυνάμεσιν.

Κύριος ἐν τῷ οὐρανῷ ἡτοίμασε τὸν θρόνον αὐτοῦ. Ἐπαναπαύεται μὲν, φησὶ, τοῖς ἄνω πνεύμασιν· οὐ μὴν οὐδὲ τὰ ἐπὶ γῆς τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀφέστηκεν. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ κατεξουσιάζων τῶν ὅλων ὡς Θεός. *Καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ πάντων δεσπόζει.* Δεσπόζειν δὲ πάντων, ἀλλ' οὐ βασιλεύειν εἴρηται, ἐπεὶ μὴ πάντες ἄξιοι τῆς αὐτοῦ βασιλείας. Διὸ τοῖς τὸν εὐαγγελικὸν κατορθοῦσι βίον τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ὁ Σωτὴρ ἐπηγγείλατο. Κρατεῖ δὲ καὶ τῶν ἀξίων ὁ Κύριος.

Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ. Διδάσκει τὸν προσιόντα τῇ πίστει λαὸν, ὡς ὁ τὸν ὕμνον ἐπιτηδεύων τὸ αὐτὸ τοῖς ἀγγέλοις ἕξει ἀξίωμα. Εἰ γὰρ αὕτη ἐκείνων ἡ λειτουργία, τὸ αἰνεῖν καὶ δοξάζειν τὸν Θεόν· αὐτὸ δὲ τοῦτο προστάττεται ποιεῖν ἡ ψυχὴ, ἀεὶ δὴ λέγων καὶ δοξολογεῖν, δηλονότι τῆς αὐτῆς ἀξίας τυχεῖν. Ὧν γὰρ ἐπιτήδευμα τὸ αὐτὸ, τούτων καὶ τὸ ἀξίωμα τὸ αὐτό.

Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. Οὐ μόνον ἄγγελοι εἰς τὸν αἶνον καλοῦνται, ἀλλὰ καὶ εἴ τι ἕτερόν ἐστιν οὐράνιον τάγμα, εἴτε θρόνοι, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, εἴτε κυριότητες. Ταῦτα δὲ πάντα τὰ τάγματα διὰ τῶν δυνάμεων ἡμῖν κατεσήμανεν.

6. *Faciens misericordias Dominus, et judicium omnibus injuriam patientibus.* Hic Dominus, inquit, qui sua misericordia quæ dicta sunt dedit nobis, ipse est qui olim justum judicium tulit, et redemit ex Ægypto filios Israel, ac Moysi omnique populo dedit notitiam mandatorum suorum.

7, 8. *Miserator et misericors Dominus*, etc. Hæc hujusmodi beneficii et olim et nunc causa fuere, dicente Moyse : *Dominus longanimis, multæ misericordiæ et verax; faciens misericordiam in millia* [88]. Has igitur misericordias suas notas fecit Moysi, quæ vocantur viæ et virtutes quibus omnia administrat. *Non in perpetuum irascetur.* Etiamsi, inquit, iratus est ob Adami prævaricationem, et genus nostrum morte damnavit; sed non usque in finem extendet iram suam : illuxit enim in novissimis temporibus ad destructionem corruptionis.

14. *Quoniam ipse cognovit figmentum nostrum.* Ut figmentum suum et opera manuum suarum nos miseratus est.

17. *Misericordia autem Domini ab æterno.* Simile est illud : *Et faciens misericordiam in millia timentibus me.*

18. *Et justitia illius in filios filiorum, his qui servant testamentum ejus.* Sanctus enim cum sit, in sanctis requiescit, in angelicis videlicet virtutibus.

19. *Dominus in cœlo paravit sedem suam.* Requiescit, inquit, in cœlestibus spiritibus : neque tamen terrena ab ejus regno sunt avulsa. Ipse enim est qui utpote Deus omnium dominatur. *Et regnum ipsius omnibus dominabitur.* Dominari omnibus, at non regnare, dictum est, quandoquidem non omnes regno ejus digni sunt. Quapropter iis qui evangelicam agunt vitam, regnum cœlorum Salvator pollicitus est. Imperat autem Dominus iis qui digni sunt.

Cyrilli et Athanasii. Hoc etiam de Judæis verum est : *Unusquisque* enim *vana locutus est ad proximum suum*, Salvatori nostro insidias struens.

[16] II Reg. XIX, 40. [17] Psal. XLIV, 4. [18] Isa. I, 2. [19] Psal. LIV, 14. [20] Act. I, 8. [21] Deut. XXXII, 5, 6.

(55) Hæc apprime conveniunt cum interpretatione psalmi XI, ubi ad Judæos hæc referuntur.

Digitized by Google

Tum etiam Græcorum poetæ et oratores, qui cum omnino nullam ejus rei curam haberent, verane essent quæ dicerent, conscripserunt singuli, sine prævio examine, quæ ipsis videbantur, hunc solum finem habentes, ut nimirum linguæ suæ elegantiam ostentarent. A Καὶ οἱ παρ' Ἕλλησι δὲ ποιηταὶ καὶ λογογράφοι, κατ' οὐδένα τρόπον τοῦ ἀληθεῖς εἶναι φροντίσαντες, συντεθείκασιν ἀδασανίστως τὸ αὐτοῖς δοκοῦν, σκοπὸν ἔχοντες ἕνα, τὸ ἐπίδειξιν ποιήσασθαι γλώττης.

Item in psalm. XIII *ἐπιγραφήν.*

Athanasii. Secundum anagogen vero, aperit in hoc psalmo et explicat clarissime hominum impietatem et legis prævaricationem in omnibus suis conatibus : ut hinc necessitatem adventus Christi prædicet. Atque sic quidem divus Athanasius : secundum autem magnum Basilium, etc. (56) Ἀθανασίου. Κατὰ μέντοι ἀναγωγὴν, διαῤῥήδην ἐν τῷ παρόντι ψαλμῷ σαφηνίζει τῶν ἀνθρώπων τὴν εἰς τὸ παντελὲς τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀσέβειαν καὶ παρανομίαν, ἵνα τὸ ἀναγκαῖον τῆς ἐπιφανείας ἀνακηρύξῃ Χριστοῦ. Καὶ οὕτως μὲν ὁ θεῖος Ἀθανάσιος· κατὰ δὲ τὸν μέγαν Βασίλειον, etc.

Similiter in titulum psalm. XIV, *præmissa Theodoreti sententia, subjicit :*

Athanasius autem et Basilius, magni illi Patres, B aiunt, Davidem psalmum hunc cecinisse, ut doceret, quidnam illud sit, quod hominem præparet ad beatam illam quietem consequendam. Quare, cum propositum esset in hoc psalmo hominem perfectum describere, eum, inquam, qui beatitudinis particeps futurus est, ordine ac via quadam utitur in iis quæ in ipso spectari solent, a proximis ac primis facto exordio. Sic igitur incipit, *Domine*, etc. (57) Ἀθανάσιος δὲ καὶ Βασίλειος, οἱ μεγάλοι Πατέρες, φασίν· ὅτι τοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμὸν ὁ Δαυὶδ διδάσκων, τί ἂν ἄνθρωπον παρασκευάσοι τῆς μακαρίας ἐκείνης τυχεῖν λήξεως. Διὸ τὸν τέλειον ἡμῖν ὁ λόγος ὑπογράψαι βουλόμενος, τὸν τῶν μακαρισμῶν, ἐπιτυγχάνειν μέλλοντα, τάξει τινὶ καὶ ὁδῷ τῶν περὶ αὐτὸν θεωρουμένων χρησάμενος, ἀπὸ τῶν προσεχεστέρων καὶ πρώτων τὴν ἀρχὴν πεποίηται. Ἀρχόμενος οὖν φησι· *Κύριε*, etc.

Rursum in psalm. XV *illa verba,* « *Sanctis qui sunt in terra,* » *etc., v.* 3.

Athanasius. Sanctos esse ait hic, qui in Spiritu sunt sanctificati : Christi vero terram, Ecclesiam. Illud vero, *Mirificasti*, pro, Declarasti, ponitur. Voluntates porro ipsius Patris intelligit. Ut universorum hic sit sensus : Iis qui in fide sanctificati sunt, cognitam reddidit voluntatem Patris. Potes tamen hunc versum sic intelligere : Admirabiles reddidit Deus sanctos suos. Quare ? Quia voluntates ejus omnes in ipsis erant, et ab ipsis implebantur. (58) Ἀθανάσιος. Ἁγίους εἶναί φησιν ἐνταῦθα τοὺς ἡγιασμένους ἐν Πνεύματι· Χριστοῦ δὲ γῆν τὴν Ἐκκλησίαν· τὸ δὲ, Ἐθαυμάστωσας, ἀντὶ τοῦ, Ἐφανέρωσας. Θελήματα δὲ αὐτοῦ τοῦ Πατρός· ἵν' ᾖ τὸ ὅλον οὕτω· Τοῖς ἡγιασμένοις ἐν πίστει γνωστὸν ἐποίησε τὸ θέλημα τοῦ Πατρός. Νοήσεις δὲ τὸν στίχον καὶ οὕτως· Ἐθαυμάστωσε τοὺς ἁγίους ὁ Θεός. Διὰ τί; Διότι τὰ θελήματα αὐτοῦ πάντα ἐν αὐτοῖς ἦσαν, καὶ παρ' αὐτοῖς ἐγίνοντο. C

Adhuc ad inscriptionem psal. XVIII.

Athanasius. Quandoquidem David hoc loco canit, ut et in XXIII psalmo, rerum omnium opificium, reprehendit eos, qui mundum a seipso et casu extitisse dicunt, et nulla regi providentia : illos etiam, qui serviunt creaturæ præ Creatore. Quid igitur loquitur ad eos qui ex gentibus vocati sunt? (59) Ἀθανάσιος. Ἐνταῦθα μέντοι ὁ Δαυὶδ, ὡς ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ ψαλμῷ, ψάλλων τὰ τῆς γενέσεως, αἰτιᾶται τοὺς αὐτόματα λέγοντας ὑφεστάναι τὰ ὄντα καὶ ἀπρονόητα εἶναι, καὶ τοὺς λατρεύοντας τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. Τί οὖν ἄρα φησὶ τοῖς ἐξ ἐθνῶν κεκλημένοις ; *Sic ibi sensu incompleto.*

Item in ejusdem psalmi verba ista, Οὐκ εἰσὶ λαλιαί, etc., v. 4.

Porro S. Cyrillus et maximus ille Athanasius D per modum interrogationis legunt, quod hic dicitur : *Nonne sunt loquelæ, aut sermones, quorum voces non audientur ?* quasi dicat David : Nonne audiuntur etiam mutarum sive rerum, sive operum voces absque sermone et lingua ? Sane, dicat aliquis. Nam quemadmodum textoris artificium clamat varia ac versicolor vestis ; ac navis, in qua nihil reprehendi potest, opificem suum prædicat ; fabrum denique ipsius opus : sic et creatura, cujus mentionem fecimus, etsi sermone ac ratione de- (60) Ὁ δὲ ἅγιος Κύριλλος καὶ ὁ παμμέγας Ἀθανάσιος ἐν ἐρωτήσει ἀναγινώσκουσι τὸ, *Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ, οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούσονται αἱ φωναὶ αὐτῶν ;* τουτέστιν· Ἆρα οὐκ εἰσὶ καὶ τῶν ἀφώνων, ἢ πραγμάτων, ἢ ἔργων, φωναὶ χωρὶς λόγου καὶ γλώττης ; Ναὶ, φαίη ἄν τις. Ὥσπερ γὰρ τοῦ ὑφάντου τὴν τέχνην ἡ πολυποίκιλος ἐσθὴς ἀναβοᾷ, καὶ τὸν ναυπηγὸν ἡ ἀδιαβλήτως ἔχουσα ναῦς ἀνακηρύττει, καὶ τὸν σιδηρέα τὸ ἔργον αὐτοῦ· οὕτω καὶ ἡ κτίσις, ἧς ἀρτίως διεμνημονεύσαμεν, ἄφωνος μὲν, ἤγουν ἄλογος· λαλιὰ δὲ ὥσπερ αὐτῆς τὸ θαῦμά ἐστι, καὶ

(56) Hoc argumentum superius præmittitur psalmo XIII, sed priora verba, κατὰ μέντοι ἀναγωγήν, ibi desunt.

(57) Vide psal. XIV.

(58) Hæc leguntur ad versum 3 psal. XV, et paulum mutata et auctiora hic sunt.

(59) Hæc non leguntur in *Expositionibus*, sed sunt Athanasio digna.

(60) Vide ibid. superius ad versum 4.

Digitized by Google

οἷον φωνὴ τὸ κάλλος καὶ εὐταξία. Τὸ γὰρ διήγημα τὸ οὐράνιον καὶ τὸ ῥῆμα τὸ παρὰ τῆς ἡμέρας βοώμενον φωνὴ μὲν ἔναρθρος οὐκ ἔστιν, οὔτε λαλιὰ διὰ στόματος· διδασκαλία δὲ θείας δυνάμεως γίνεται τοῖς ἐπαΐειν ἐπισταμένοις σιωπώσης φωνῆς. Πλὴν ἄφωνον τὴν κτίσιν εἰπὼν ὁ Δαυὶδ, ἀπέφηνεν, ὅτι μήτε ἔμπνους, μήτε λογικὴ, κατὰ τὸ δοκοῦν τοῖς Ἕλλήνων σοφοῖς. Ζῶον γὰρ εἶναί φασιν ἓν τὸν σύμπαντα τοῦτον κόσμον· ζῶα δὲ ὁμοίως καὶ τὰ μέρη, ἐξ ὧν συμπληροῦται.

A stituitur, loquelæ tamen instar ipsa est, admiranda ipsius magnitudo, voxque est eximia ipsius pulchritudo et ordinatissima dispositio. Cœlorum namque narratio, verbaque, quæ dies loquitur, quantumvis non constent voce articulata, neque fiant ministerio oris; docent tamen divinam potentiam eos, qui vocem mutam audire ac intelligere norunt. Quanquam etiam hoc asseruit David, cum mutam diceret creaturam, quod nimirum neque animata, neque rationalis sit, ut Græcorum sapientibus placet. Hi namque animal quoddam unum esse dicunt universum hunc mundum: imo et partes ejus, ex quibus constat, animalia existimant.

Item in titulum psal. XIX.

(61) *Εἰς τὸ τέλος* καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς ἐπιγέγραπται, μελλόντων τινῶν ἔχων προαγόρευσιν. Κατὰ γὰρ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, λέγεται μὲν ὁ ψαλμὸς ὡς ἐκ προσώπου τῶν περὶ τὸν Δαυὶδ ἑταίρων, αὐτῷ τῷ Δαυὶδ ἐπευχομένων ποιοῦντι θυσίαν· ἀναφέρεται δὲ καὶ εἰς πρόσωπον τῶν ἀποστόλων, ὡς ἐν ἡμέρᾳ τοῦ σταυροῦ τῷ Χριστῷ συνευχομένων.

B Inscriptio etiam hujus psalmi est, *In finem*, quia futurorum quorumdam prædictionem continet. Nam secundum magnum illum Athanasium, dicitur hic psalmus in persona amicorum Davidis, ipsi sacrificanti astantium beneque precantium. Referri tamen potest etiam ad apostolos, qui Christo, cum crucifigeretur, preces suas conjungebant.

Et in psal. XXVIII *hæc verba,* « *Et conteret cedros Libani,* » *etc., v.* 5.

(62) Κατὰ δὲ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, κέδροι Λιβάνου οἱ ὑψηλοὶ τοῦ τῶν Ἰουδαίων λαοῦ, διὰ τὸ ὠνομάσθαι πολλάκις ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ Λίβανον τὴν Ἱερουσαλήμ. Ὁ δὲ μόσχος τὸ θυσιαστήριον δηλοῖ. Συντρίβονται οὖν αὐτοί τε καὶ τὸ παρ' αὐτοῖς εἰς τέλος θυσιαστήριον.

At secundum magnum Athanasium, cedri Libani dicuntur eminentiores in populo Judaico, eo quod Jerusalem persæpe Libanus vocetur in sacra Scriptura. Vitulus vero significat altare. Conteruntur igitur in finem et ipsi Judæi et eorum altare.

At in psal. XXXIV, *verba ista,* « *Et oratio mea in sinum meum,* » *etc., adnotat, v.* 13.

(63) Κατὰ δὲ τὸν θεῖον Ἀθανάσιον, τὸ ἀποστραφῆναι εἰς κόλπον τὴν ὑπὲρ Ἰουδαίων τοῦ Χριστοῦ προσευχὴν σημαντικὸν ἂν εἴη τοῦ ἐναπομεῖναι ἐκείνους τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ μηδὲν ὠφεληθῆναι, τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἀπονοίας τὴν προσευχὴν ὥσπερ ἀνακάμψαι ποιήσαντας. Ὁ μὲν γὰρ Κύριος, θεωρῶν τὸν καταληψόμενον αὐτοὺς ὄλεθρον, καὶ τὴν ἐσχάτην ἀπώλειαν, ἐπένθει ὑπὲρ αὐτῶν· οἱ δὲ τοιαῦτα ἔπραττον, ὡς τὴν εὐχὴν αὐτοῦ τὴν ὑπὲρ αὐτῶν μὴ παραπέμπεσθαι εἰς τὰ ὦτα τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ὥσπερ ἀντικρουομένην ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῆς αὐτῶν δυσσεβείας, καθέλκεσθαι καὶ ἐπαναστρέφειν πρὸς αὐτόν. Διὸ ἔλεγε· *Καὶ ἡ προσευχή μου εἰς κόλπον μου ἀποστραφήσεται.* Εἰ γὰρ σώζεσθαι ἔμελλον καὶ μεταβαλεῖν τῶν ἀσεβημάτων, εὐθυδρομοῦσα ἡ προσευχὴ τοῦ Σωτῆρος ἀκωλύτως ἂν καὶ ἀπαραποδίστως ἐπὶ τὰ ὦτα τὰ πατρικὰ παρῆει.

C Secundum vero divum Athanasium, quod Christi precatio pro Judæis in sinum ejus revertitur, denotat eos peccato suo immanere, nec quidquam juvari eo quod insaniæ suæ exsuperantia efficiunt, ut preces Christi quasi retrorsum flectantur. Dominus enim, cum intueretur extremam perniciem quæ ipsos comprehensura erat, mœrore ingenti eorum causa afficiebatur: ipsi vero talia agebant, ut preces Christi pro ipsis neutiquam transmitterentur ad aures usque Patris, sed repercussæ quodammodo a magnitudine impietatis ipsorum retraherentur ac reverterentur ad Dominum. Ideoque aiebat: *Et oratio mea in sinum meum revertetur.* Nam si salvandi fuissent et ab impietate convertendi, transiisset utique precatio Salvatoris recto cursu, D atque a nemine impedita ad aures usque paternas accessisset.

In psal. XXXVIII *verba,* « *Utique in imagine ambulat homo,* » *v.* 7.

(64) Κατὰ δὲ τοὺς πάνυ Ἀθανάσιον καὶ Κύριλλον· Ἐπειδὴ ἐν εἰκόνι καὶ οὐκ ἐν ἀληθείᾳ νῦν διαπορεύεται ὁ ἄνθρωπος· ἡ γὰρ ἀληθὴς ζωὴ κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνά ἐστιν· εἰκότως ὁ ψάλλων τὴν εἰκόνα ματαιότητα προσεῖπεν. Ἐπειδὴ οὐ τὴν ἀληθινὴν νῦν ζῶμεν ζωὴν, ἀλλὰ τὴν ὡς ἐν εἰκόνι, οὐδὲ περὶ τὰ ὄντως ἀγαθὰ ποιούμεθα τὴν σπουδὴν, διὸ μάτην τα-

Sententia vero magnorum Athanasii et Cyrilli hæc est: Quandoquidem homo nunc non in veritate, sed in imagine incedit, vita enim vera demum in futuro erit sæculo, idcirco fortassis Psaltes vanitatem appellavit imaginem. Quia ergo non veram hic vivimus vitam, sed talem, quæ est quasi in imagine, neque circa vera bona versamur, idcirco

(61) Est argumentum psalm. XIX.
(62) Habetur ibid.
(63) Hæc habentur ibidem, sed multo pauciora.
(64) Expressum ex interpretatione hujus versiculi, supra.

Digitized by Google

frustra conturbamur circa mundana desideria nos volventes, ac congerentes thesauros, quorum hæredes futuros non novimus.

A ρασσόμεθα περὶ κοσμικὰς ἐπιθυμίας στρεφόμενοι, καὶ συνάγοντες θησαυροὺς ὧν οὐκ ἴσμεν τοὺς διαδόχους.

In illa verba psal. XLI, « *Quemadmodum desiderat cervus.* »

At secundum magnos Athanasium et Cyrillum : Quia in proxime præcedente psalmo ex persona Christi ad Patrem hæc dicta sunt : *Excita me, et retribuam ipsis* [22], idcirco hic Christum cruci affigentium persona inducitur, qui intolerabiliter laborabant; cum manifestum sit, eos tandem assumendos esse, insertos, ut ait Paulus [23], propriæ oleæ. Ista igitur Israel resipiscens loquitur.

(65) Κατὰ δὲ τοὺς μεγάλους Ἀθανάσιον καὶ Κύριλλον· Ἐπείπερ ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ ἐκ τοῦ Σωτῆρος πρὸς τὸν Πατέρα εἴρηται· *Ἀνάστησόν με, καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς*, νῦν τὸ τῶν ἐσταυρωκότων ὑπόκειται πρόσωπον, οἱ πεπόνθασιν ἀνήκεστα, προδήλου ὄντος, ὡς ὕστερον προσληφθήσονται, ἐγκεντρισθέντες, ὥς φησι Παῦλος, τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ. Μεταγινώσκων οὖν ὁ Ἰσραὴλ ταῦτά φησιν.

Sic in versus sequentis verba, « *Sitivit anima mea ad Dominum.* »

Athanasii et Cyrilli. Quandoquidem qui Christum in crucem tulerant, dolent de suo casu ac resipiscunt, idcirco dicunt, se sitire Deum, ac fontem, qui apud ipsum est, desiderare : de quo dictum est : *Quia apud te est fons vitæ* [24]. Desiderant etiam Deo appropinquare, affectu scilicet et sanctificatione quæ est per fidem in Christo. Et quem ad mortem tradiderant atque interfecerant, principem, inquam, vitæ nostræ, eum appellant Deum viventem. Illud vero : *Quando veniam?* desiderantium est vocationem futuram, et cognoscere cupientium tempus illud, in quo etiam ipsi coram facie Dei et Patris versabuntur (quæ eadem etiam Filii est), quantumvis nunc sint a Deo aversi. Avertam enim, inquit, oculos meos a vobis. Quamobrem? Manus enim vestræ plenæ sunt sanguine.

B Ἀθανασίου καὶ Κυρίλλου. Ἀλγοῦντες ἐπὶ τῇ ἐκπτώσει οἱ σταυρωταὶ τοῦ Κυρίου καὶ μεταγινώσκοντες, διψῆν λέγουσι τὸν Θεὸν, καὶ τῆς παρ' αὐτῷ πηγῆς ἐπιθυμεῖν· περὶ ἧς εἴρηται· *Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς.* Καὶ ποθοῦσιν ἐγγὺς γενέσθαι Θεοῦ, κατὰ διάθεσιν καὶ ἁγιασμὸν τὸν διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ. Καὶ ὃν ἀπεκτόνασι, τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν, καὶ τῷ θανάτῳ παρέδωκαν, τοῦτον Θεὸν ὀνομάζουσι ζῶντα (66). Τὸ δὲ, *Πότε ἥξω;* γλιχομένων ἐπὶ τῆς εἰς ὕστερον κλήσεως, καὶ ζητούντων μαθεῖν τὸν καιρὸν, καθ' ὃν καὶ αὐτοὶ ἐμφανεῖς ἔσονται τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς (ταυτὸν δέ ἐστι καὶ τῷ τοῦ Υἱοῦ)· εἰ καὶ νῦν εἰσιν ἐν ἀποστροφῇ. Ἀποστρέψω γάρ, φησὶ, τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν. Διὰ τί; Αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις.

C

Iursum in versum sequentem.

Athanasius et Cyrillus. Quia Christus prædixerat, inquiens : Quando videritis Jerosolymam circumsessam castris [25]; ubi verbum istud in opus erupit, Romanis eam diripientibus, ejulabant : primum quidem, quod contra Deum quodammodo impegissent; deinde quod excidissent a salute, quæ ab ipso est; tertio denique, quod vicini ipsos invadentes atque conviciis insectantes dicerent : *Ubi est Deus tuus?*

(67) Ἀθανάσιος καὶ Κύριλλος. Τοῦ Σωτῆρος προειπόντος· Ὅταν ἴδητε τὴν Ἱερουσαλὴμ κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων· ὅτε πρὸς ἔργον ἐξέβη ὁ λόγος, Ῥωμαίων αὐτοὺς πορθησάντων, ἐθρήνουν· πρῶτον μὲν ὡς προσκεκρουκότες Θεῷ· εἶτα ὡς τῆς ἐξ αὐτοῦ σωτηρίας ἐκπεπτωκότες· καὶ τρίτον, ὅτιπερ αὐτοῖς οἱ ἀστυγείτονες ἐπεμβαίνοντες τὸ, *Ποῦ ἔστιν ὁ Θεός σου;* διασύροντες ἔλεγον.

In proœmio psal. XLII (68).

Athanasio vero illi magno idem videtur esse hujus psalmi argumentum atque præcedentis. Israelitæ enim rursum accedunt, salutem, quæ per Christum est, postulantes. Ideo alloquuntur Patrem : *Emitte lucem tuam et veritatem tuam.* Ipse enim eos in sanctum montem ducturus erat : hoc est, in cœlum et supernas illas mansiones (quas etiam tabernacula appellat) et ad altare intellectuale : ipse etiam eorum exhilaraturus juventutem. Juventutem vero appellat lætitiam, et renovatam ipsorum animam. Unde et promittunt se ipsi in cithara

D Ἀθανασίῳ δὲ τῷ πάνυ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἔχειν τῷ προτεταγμένῳ καὶ ὁ παρὼν δοκεῖ ψαλμός. Προσέρχονται γὰρ πάλιν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ τὴν διὰ Χριστοῦ σωτηρίαν αἰτούμενοι. Διό φασι πρὸς τὸν Πατέρα· *Ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου.* Αὐτὸς γὰρ αὐτοὺς εἰς τὸ ἅγιον ὄρος εἰσάξειν ἔμελλε· τουτέστιν, εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ εἰς τὰς ἄνω μονὰς (ἃς καὶ σκηνώματα ὀνομάζει), καὶ εἰς τὸ νοητὸν θυσιαστήριον· καὶ αὐτὸς αὐτῶν ἔμελλεν εὐφραίνειν τὴν νεότητα. Νεότητα δὲ καλεῖ τὴν εὐφροσύνην, τὴν καὶ ἀνανεουμένην αὐτῶν τὴν ψυχήν. Διὸ ἐν κι-

[22] Psal. XL, 11. [23] Rom. XI, 24. [24] Psal. XXXV, 10. [25] Luc. XIX, 43.

(65) Expressum ex interpretatione hujus psalmi.
(66) Hæc habentur supra ad hunc versum.
(67) Hæc non habentur superius ad hunc versum.
(68) Vide ibid.

Digitized by Google

θάρρ ὑπισχνοῦνται προσφέρειν αὐτῷ τὴν ἐξομολόγη- A oblaturos confessionem. Per citharam vero sæpe
σιν. Κιθάραν δὲ πολλάκις τὸ σῶμα νοεῖν ἐδίδαξεν. corpus intelligi docuit.

Et in ejusdem psalmi verba, « Quia tu es Deus fortitudo mea, » v. 2.

(69) Ἀθανάσιος, *Κύριλλος*, *Θεοδώρητος*. Καὶ οἱ ἐκ περιτομῆς μεταγινώσκοντες κραταίωμα ἑαυτῶν τὸν Θεὸν ἐπιγράφονται· καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντες τοῦτον ἰσχὺν ἑαυτῶν τίθενται· καὶ οἱ αἰχμάλωτοι παρ' ἄλλου λυτρωθῆναι οὐκ ἐλπίζουσιν.

Athanasius, *Cyrillus*, *Theodoretus*. Et qui ex circumcisione resipiscunt, Deum firmamentum suum appellant: et qui ex gentibus, ipsum fortitudinem suam dicunt: et qui captivi sunt, ab alio se liberandos non sperant.

Item in ista verba, « Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus, » v. 4.

Ἀθανάσιος, *Κύριλλος*. Κιθάραν τὸ σῶμα λέγει, δι' οὗ πέφυκεν ὁ νοῦς ἀνακρούεσθαι, καθάπερ διὰ χορδῶν τῶν αἰσθητηρίων μελῳδίαν ἀνατέμπων Θεῷ. B Δηλοῖ δὲ ἡ κιθάρα καὶ τὴν νέκρωσιν τοῦ σώματος, καὶ τὴν συμφωνίαν τῶν ἀρετῶν. Τὴν μὲν γὰρ νέκρωσιν αἱ νευραὶ, τὴν δὲ συμφωνίαν αἱ ἁρμονίαι αἰνίττονται. Ἔδειξε δὲ τὴν μὲν φαιδρότητα τῇ τῆς κιθάρας προσθήκῃ, τὴν δὲ ἀγάπην ἐν τῇ προσφωνήσει τῇ δὶς ἐπαναλαμβανομένῃ· Ὁ Θεός γάρ, φησὶν, ὁ Θεός μου. Ἵνα μάθῃς, ὅτι τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν, τοῦτον ἐξαίρετον Θεὸν διὰ ζῆλον καὶ πίστιν οἱ ἐκ περιτομῆς μεταγινώσκοντες, καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντες ἐπιγράφονται· οἷς καὶ ἡ πνευματικὴ νεότης εὐφραίνεται, ἀντικειμένως ἔχουσα πρὸς τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον. Μόνος γὰρ ὁ πνεύματι καὶ φρονήματι νεάζων συγγενῶς τῷ καινῷ ἀνθρώπῳ καὶ τῇ καινότητι τοῦ πνεύματος εἴσεισι πρὸς τὸν Θεὸν, τὸν εὐφραίνοντα τὴν τοιαύτην νεότητα.

Athanasius, *Cyrillus*. Citharam appellat corpus, quo mens per sensus quasi per chordas quasdam canticum Deo sursum mittit. Significat vero cithara, tum mortificationem corporis, tum consonantiam virtutum. Nam mortificationem, nervi: consonantiam vero harmoniæ innuunt. Demonstravit autem hilaritatem quidem adjectione citharæ: dilectionem autem, in allocutione illa bis repetita. Nam inquit: *Deus Deus meus*: ut discas quod Deum illum, qui supra omnia est, hunc Deum eximium propter zelum et fidem, qui ex circumcisione resipuerunt, et qui ex gentibus crediderunt, appellant. Quibus etiam spiritualis juventus lætatur, repugnans veteri homini. Ille enim solus accedit ad Deum exhilarantem ejusmodi juventam, qui spiritu et mente renovatur consimiliter novo homini et novitati spiritus.

Et in proœmio psal. XLIII.

70) Κατὰ μὲν τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, ἔτι καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ἔχεται, τάς τε παλαιὰς εὐεργεσίας διηγουμένων τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, μεταγινωσκόντων καὶ προσληφθῆναι ἀξιούντων παρὰ Χριστοῦ, διὰ τὸ αὐτῷ ἐπιγράφεσθαι τὴν ἐλπίδα, καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐξομολογεῖσθαι· κατὰ δὲ τὸν χρυσολόγον Πατέρα, κ. τ. λ. C

Secundum quidem magnum Athanasium, etiam hic psalmus ejusdem argumenti est cum præcedentibus, eo quod narrent Israelitæ vetera Dei in se beneficia, ac resipiscentes orent recipi a Christo, propterea quod spem suam in ipso ponant, et nomini ipsius confiteantur: at secundum aureos sermones fundentem Patrem, etc.

Item in illa verba ejusdem, « Convertisti nos retrorsum. »

(71) Ἀθανάσιος. Πάλαι, φησὶ, συνεστρατήγεις ἡμῖν· νῦν δὲ οὐ μόνον οὐ συνέρχῃ ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ ἀπέστρεψας ἡμᾶς, καὶ ἐσχάτους ἔταξας παντὸς ἐναντίου· ὡς καὶ τοῖς μισοῦσιν ἡμᾶς γενέσθαι εἰς διαρπαγήν. Καὶ περιέστηκεν ἡμᾶς ἡ τότε κατασχοῦσα τοὺς πολεμίους αἰσχύνη, καὶ γεγόναμεν ἡλαττωμένοι παρ' ἐκείνοις ὧν ἐκρατοῦμεν τὸ πρότερον, καὶ διηρπάσθημεν ὑπ' αὐτῶν οὓς διηρπάσαμεν. Ταῦτα δέ φησιν ὁ χορὸς ὁ προφητικὸς κατὰ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον (72), οἰκοιούμενος τοῦ λαοῦ τὰς συμφοράς· κατὰ δὲ τοὺς ἄλλους, ὁ τῶν Μακκαβαίων στρατός. D

Athanasius. Olim, inquit, simul nobiscum ad prælia exibas: nunc vero non modo non adjungis te nobis, sed et avertisti nos, et subjecisti nos omnibus nostris inimicis, adeo ut etiam præda facti simus odio habentibus nos. Comprehendit etiam nos ignominia, quæ olim inimicos nostros tenebat, et subacti sumus ab iis quibus ante dominabamur, direpti denique sumus ab iis quos diripuimus. Hæc porro verba ex sententia magni Athanasii sunt chori prophetici, calamitates populi quasi sibi factas reputantis: ut vero aliis placet, exercitus Machabæorum.

Bursum in verba: « Oblivisceris paupertatis nostræ, » etc., v. 23.

(73) Ἀθανάσιος. Ὕπνῳ μὲν οὖν παραβάλλουσι

Athanasius. Somno igitur comparant diuturnam

(69) Nihil horum habetur superius ad hunc psalmum.

(70) Hujusmodi argumentum, quod videtur sane thanasii, non habetur in *Expositionibus*.

(71) Hæc superius ad hunc versum, sed pauciora.

(72) Vide ibidem.

(73) Hæc desunt in *Expositionibus* supra.

Digitized by Google

Dei dilationem, qua usus est erga ipsorum peccata. Precantur vero, ut sibi contingat ille Christi adventus, qui sub extrema tempora futurus erat, ne expertes sint vitæ, quæ ab ipso est : atque inquiunt : *Cur abscondis faciem tuam, et obliviscaris calamitatum et afflictionum nostrarum ?* Tu quidem, o Deus, abscondis et avertis faciem tuam, ne videas turpia, et indigna facta, atque tuo contuitu aliena. Verum quia nobis in enumeratis istis factis præclaris fiducia aliqua superest, cur abscondis faciem tuam ? Cumque tot passi mala simus cultus tui ac pietatis causa, cur obliviscaris afflictionis aut paupertatis nostræ ? Nam licet ea non perinde magna sint apud te, ut apud nos, sed egena et parva et paucissima : magna tamen, quatenus ex nobis sunt. Itaque supplicamus, ne obliviscaris paupertatis nostræ, o Domine : quin potius reminiscaris afflictionis, quam sustinuimus tui causa.

A τὴν πολλὴν ἀνοχὴν τοῦ Θεοῦ ἣν ἐποιεῖτο διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Εὔχονται δὲ δοθῆναι αὐτοῖς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ τὴν ἐπ' ἐσχάτων τῶν καιρῶν, ἵνα μὴ τῆς παρ' αὐτοῦ ἀμοιρήσωσι ζωῆς· καί φασιν· *Ἵνα τί τὸ πρόσωπόν σου ἀποκρύπτεις, καὶ ἐπιλανθάνῃ τῆς κακώσεως ἡμῶν καὶ θλίψεως ;* Κρύπτεις μὲν τὸ σεαυτοῦ πρόσωπον, ὁ Θεός, καὶ ἀποστρέφεις, πρὸς τὸ μὴ βλέπειν τὰ αἰσχρὰ καὶ ἀπρεπῆ, καὶ τῆς σῆς θέας ἀλλότρια· ἀλλ' ἐπεὶ ἡμεῖς ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσι κατορθώμασι παῤῥησίαν ἄγομεν, ἵνα τί τὸ πρόσωπόν σου κρύπτεις ; Τοσαῦτα δὲ πασχόντων καὶ κακοπαθούντων τῆς σῆς ἕνεκεν εὐσεβείας, ἵνα τί ἐπιλανθάνῃ τῆς κακώσεως ἡμῶν, ἤτοι τῆς πτωχείας ; Εἰ γὰρ καὶ μεγάλα ταῦτα ὡς πρὸς ἡμᾶς τὰ κατορθώματα, ἀλλ' ὡς πρὸς σὲ πάντα πτωχὰ B καὶ σμικρὰ καὶ ὀλίγιστα· πλὴν ὡς ἐξ ἡμῶν μεγάλα. Διὸ ἱκετεύομεν μὴ λήθην ποιήσασθαι τῆς ἡμετέρας πτωχείας· μνησθῆναι δὲ καὶ τῆς θλίψεως ἡμῶν, ἧς ὑπεμείναμεν χάριν σοῦ, ὦ Δέσποτα.

Et in versum sequentem 25.

Athanasius. Porro depressam sibi mentem esse dicunt etiam Judæi : quia postquam ea quæ Christi sunt sentire recusarunt, deciderunt in sensum carnalem.

(74) Ἀθανάσιος. Τεταπεινῶσθαι δὲ αὐτῶν τὴν ψυχὴν φασι καὶ Ἰουδαῖοι· ἐπειδὴ, ἀπωσάμενοι τὸ φρονεῖν τὰ Χριστοῦ, εἰς φρόνημα κατέπεσον σαρκικόν.

Item in versum ultimum.

Athanasius. Deinde indicant hi versus vocationem illam et conversionem Israelitarum, quæ ultimis temporibus accidet. Qui etiam dicunt : Recipe nos, et sis nobis propitius. Tempus quoque conversionis suæ, fidem scilicet in te, o Deus, veram confitentur ; subjicientes illud : *Propter nomen tuum*, diserte fatentur, quod non sint digni qui misericordiam consequantur, quod contrarii Christo fuerint. Et tamen dignum est ipso, misereri et ignoscere lapsibus humanis propter seipsum. Ait enim : *Non facio propter vos, inquit Dominus, sed propter nomen meum* [26].

C (75) Ἀθανάσιος. Καὶ τὴν ἐν ὑστέροις δὲ καιροῖς ἐσομένην τοῦ Ἰσραὴλ ἐπιστροφὴν καὶ κλῆσιν οἱ στίχοι σημαίνουσιν. Οἱ καί φασιν· Ἀντιλάβου δὴ ἡμῶν, καὶ δίδου τὸ εὐμενές. Καὶ καιρὸν ἐπιστροφῆς τὴν εἰς σὲ ἀληθινὴν πίστιν ὁμολογοῦσιν· ἐπάγοντες τό· *Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου*, διαῤῥήδην ὁμολογοῦσιν, ὡς οὐκ ἄξιοι τοῦ ἐλεεῖσθαί εἰσιν οἱ κατὰ Χριστοῦ γενόμενοι. Πρέπει γε μὴν τὸ ἐλεεῖν αὐτῷ, καὶ κατοικτείρειν τοῖς ἀνθρωπίνοις πταίσμασι δι' ἑαυτόν. Φησὶ γάρ· *Οὐ δι' ὑμᾶς ἐγὼ ποιῶ, λέγει Κύριος, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ ὄνομά μου.*

Deinde sequitur argumentum in psalmum XLIV *eisdem prorsus verbis quibus habetur supra ; quare omissum est.*

Et in versum primum, præmissa Basilii, Chrysostomi et Eusebii sententia, subjicit.

Magnus vero Athanasius, et divus Cyrillus, quasi hæc ex persona Dei et Patris dicerentur, intelligunt ea de Verbo, quod apud Patrem erat in principio ; quod, inquiunt, quodammodo ex corde aut ipsis visceribus progenuit. De quo etiam dicit per Davidem : *Eructavit cor meum verbum bonum.* Prognatus namque est Filius, ut sermo ex mente, bonus ex bono, Deus ex Deo. Observandum porro, loqui Patrem de Filio tanquam incarnato, cum ait : *Dico ego opera mea regi.* Nam tantum non promit-

D (76) Ἀθανάσιος δὲ ὁ πάνυ καὶ ὁ θεῖος Κύριλλος ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς λέγεσθαι ταῦτα νοοῦσι περὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος πρὸς αὐτὸν Λόγου, ὃν ἐκ τῆς οἱονεὶ καρδίας ἢ αὐτῶν τῶν σπλάγχνων, φασὶ, προήγαγε. Περὶ οὗ καὶ λέγει διὰ Δαυΐδ· *Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν.* Γεγέννηται γὰρ, ὡς λόγος ἐκ νοῦ, ἀγαθὸς ἐξ ἀγαθοῦ, Θεὸς ἐκ Θεοῦ. Ἄθρει δὲ ὡς περὶ ἐνανθρωπήσαντος τοῦ Υἱοῦ λέγοντα τὸν Πατέρα· *Λέγω ἐγὼ τὰ ἔργα μου τῷ βασιλεῖ.* Μονονουχὶ γὰρ καθυπισχνεῖται διδάσκειν αὐτὸν,

[26] Ezech. xx, 44.

74) Hæc lon vide.

(75) Hæc auctiora sunt quam in *Exvositionibus.*

(76) Expressum ex interpretatione psalmi XLIV.

Digitized by Google

ὁποίοις τισὶ λόγοις χρήσεται, ἐμβιβάζων ἡμᾶς εἰς τὸ δρᾶν τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ἔργα δὲ Θεοῦ φαμεν τὴν εὐσεβῆ πολιτείαν, ἥτις διὰ τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων γέγονεν ἡμῖν ἐμφανής. Προσλαλῶν δὲ Χριστὸς Ἰουδαίοις τὰ χρήσιμα πρὸς σωτηρίαν, τῷ Πατρὶ τοὺς ἑαυτοῦ λόγους ἀνετίθει λέγων· Ἀπ' *ἐμαυτοῦ ποιῶ οὐδέν*· καὶ πάλιν· *Ὁ Πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱόν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ ἃ αὐτὸς ποιεῖ*. Καλεῖ δὲ αὐτὸν βασιλέα κατὰ καιρὸν ὁ Πατήρ, ὡς ἂν μὴ τῷ τῆς ἐνανθρωπήσεως μέτρῳ δόξῃ τῆς ἐνούσης αὐτῷ κατὰ φύσιν ἀξίας ἀποφέρεσθαι. Ἔμεινε γὰρ καὶ μετὰ τὴν οἰκονομίαν οὐδὲν ἧττον, ἐκ βασιλέως ὢν τοῦ Πατρὸς, βασιλεὺς, καὶ ὥσπερ βασιλεὺς ὑπάρχων καὶ Θεὸς, εἰς βασιλέως ἀρχὴν λέγεται ἔρχεσθαι, διὰ τὸ σεσαρκῶσθαι. Οὕτω καὶ ἅπερ οἶδε φυσικῶς, ὡς Θεὸς, ταῦτα πάλιν ἀκούειν λέγεται διὰ τὸ ἀνθρώπινον οἰκονομικῶς. Χριστὸς γάρ ἐστιν ὁ βασιλεὺς, ᾧ τὰ ἔργα λέγει ὁ Πατήρ. Ὃν δὲ εἴρηκε Λόγον, τοῦτον καὶ γλῶσσαν αὐτοῦ ἀποκαλεῖ· ὡς οὐχ ἕτερόν τι λαλοῦντα πλὴν ὅ τι ἐν αὐτῷ πατρικόν ἐστι βούλημα. Καὶ παρ' ἡμῖν γὰρ γλῶττα διαπορθμεύει τοῖς ἔξω τὸν νοῦν. *Κάλαμος δὲ γραμματέως ὀξυγράφου* ὠνόμασται, διὰ τὸ λέγειν τι καὶ εὐθέως γενέσθαι, ὡς τό· *Λέγω· Καθαρίσθητι, καὶ εὐθέως ἐκαθαρίσθη· Νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι, καὶ εὐθέως ἠγέρθη*. Ἀλλὰ καὶ ὡς κάλαμος ὀξέως ἐγγράφει ταῖς καρδίαις ἡμῶν τὸ βούλημα τοῦ Πατρός. Βούλημα δὲ, φησὶν αὐτὸς, τοῦ Πατρὸς, *Ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ*. Ὀξὺς δὲ ὁ κάλαμος τοῦ Πατρός. Ὁ μὲν γὰρ Μωσέως νόμος διὰ τῶν κατὰ τὸ γράμμα κύκλων ἀμυδρῶς ἐδήλου τὰ χρήσιμα· ὁ δὲ κοινὸς Σωτὴρ συντόμως ἐδήλωσε τὸ θέλημα τοῦ Πατρός. Ἔστι γὰρ Μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. *Καὶ λόγον*, φησὶ, *συντετμημένον ποιήσει Κύριος ἐν τῇ οἰκουμένῃ ὅλῃ*.

tit se ipsum edocturum, cujusmodi verbis uti debeat, inducens nos, ut faciamus opera ejus. Opera vero Dei dicimus, piam conversationem, quæ per prædicationem evangelicam nobis manifestata est. Christus vero, cum exponeret Judæis quæ ad salutem facerent, ascribit ea Patri suo, inquiens : *A me ipso nihil facio;* et rursum : *Pater diligit Filium, et ostendit ipsi omnia quæ facit*[27]. Appellat vero etiam Pater Filium regem pro tempore, ne videatur mediocritate incarnationis aliquid detrahere majestati, quam per naturam habet. Mansit enim etiam post incarnationem nihilominus rex, natus ex Patre rege : et licet rex atque Deus, dicitur ad regiam dignitatem evehi, propter incarnationem. Similiter, quæcunque naturaliter novit ut Deus, eadem rursum audire dicitur secundum humanitatem, propter dispensationem. Christus enim est rex ille, cui opera sua Pater exponit. Porro quem Verbum dixit, hunc linguam suam quoque appellat : eo quod nihil aliud quam Patris voluntatem loquatur. Nam etiam in nobis lingua, mentis sensa aliis quasi transfretare facit. Dicitur quoque, *calamus scribæ velociter scribentis*, quod quæ loquitur, illico etiam in effectum deducat : quemadmodum illud : *Mundare, et statim mundatus est*[28]. *Adolescens, dico tibi, Surge, et statim surrexit*[29]. Quanquam etiam in cordibus nostris ut calamus velociter inscribat voluntatem Patris. Voluntas autem Patris est, ut ipsemet ait : *Ut omne quod dedit mihi, nihil perdam ex eo*[30]. Velox vero est calamus Patris. Lex namque Mosis per ductus litterarum perobscure significavit ea quæ ad utilitatem hominum sunt : Salvator vero communis in compendio demonstravit nobis voluntatem Patris. Est enim magni consilii angelus. *Et verbum*, inquit, *abbreviatum faciet Dominus in universo orbe*[31].

Et in ejusdem psalmi hæc verba : « Audi, filia, et vide, » etc., postquam Basilii et Chrysostomi evolicationem, qui totum hunc locum de Ecclesia intelligunt, præmisit, subjicit :

77) Ἀθανάσιος δὲ ὁ πάνυ καὶ τῇ ἁγίᾳ Θεοτόκῳ ἐνατίθησι τό· *Ἄκουσον, θύγατερ*, καὶ τό· *Αὐτός ἐστι Κύριός σου*. Ὥσπερ ὅμοιόν ἐστι τό. *Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ*. Εἰρηκὼς γὰρ, φησὶν, ὁ Δαυὶδ Χριστὸν τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ, εὐθὺς καὶ τὴν ἀνθρωπίνην γέννησιν δεδήλωκε, τὴν ἐκ παρθένου. Καὶ ὁ μὲν Γαβριὴλ κεχαριτωμένην ἁπλῶς καλεῖ, ξένος ὢν αὐτῆς κατὰ τὴν γέννησιν· ὁ δὲ Δαυὶδ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ τυγχάνουσαν θυγατέρα προσφωνεῖ.

Athanasius vero ille magnus, ad sanctam quoque Deiparam refert, quod dicitur, *Audi, filia :* et istud : *Ipse enim Dominus tuus.* Cui simile est illud : *Ave, gratia plena, Dominus tecum*[31a]. Nam postquam dixit David, Christum esse Verbum Dei, illico humanam quoque ejus ex virgine nativitatem exposuit. Et Gabriel quidem simpliciter gratia plenam appellat, eo quod alienus ab ea esset quoad genus : David vero filiam dicit, quod eam ex semine suo esse sciret.

Et in inscriptionem psalmi XLVI.

(78) *Ἀθανάσιος καὶ Κύριλλος.* Κλῆσιν ἐθνῶν ὁ ψαλμὸς σημαίνει, ᾀδόμενος ἐκ προσώπου τῶν ἁγίων ἀποστόλων παραινούντων ἰσχυροῖς ἔθνεσιν ἀνασχιρτᾶν

Athanasius et Cyrillus. Præsignificat hic psalmus vocationem gentium, cum ex persona sanctorum apostolorum canatur, qui gentes cohortantur, ut

[27] Joan. v, 20. [28] Matth. VIII, 3. [29] Luc. VII, 14. [30] Joan. VI, 39. [31] Isa. XI, 23. [31a] Luc. I, 28.

(77) Hæc diversa sunt ab expositione hujus versus : ubi id de Ecclesia explicat Athanasius supra.

(78) Vide argumentum psalmi XLVI.

Digitized by Google

per actiones bonas ac præclaras exsultent ac triumphent de parta victoria de dæmonibus perniciosissimis. Inscriptus porro est, *Pro filiis Core* : non quod ipsorum causa composita hæc oda, sed quod per ipsos præcineretur, utpote ad laudes Deo offerendas constitutos. Dicuntur autem ista, ut jam præmissum, in persona sanctorum apostolorum, utpote qui jussi erant docere omnes gentes. Quia vero fides plurimorum et maximorum bonorum conciliatrix gentibus fuerat : per hanc enim vocati erant in adoptionem Dei, ac participationem Spiritus sancti, divinæ quoque naturæ communionem sortiti, ac opulenti redditi gratiis cœlestibus, participes denique facti erant spei sanctorum, idcirco igitur et quidem non absque ratione, jubentur publicas festivitates peragere.

A διὰ πράξεων ἀγαθῶν ἐπὶ τῇ γενομένῃ νίκῃ κατὰ τῶν ἀλιτηρίων δαιμόνων. Ἐπιγέγραπται δὲ *Ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορέ*· οὐχ ὡς ὑπὲρ ἐκείνων πάντως γεγενημένης τῆς ᾠδῆς, ἀλλ' ὡς δι' αὐτῶν ὑπηρετεῖν τεταγμένων τῇ ἀναφορᾷ τῆς ᾠδῆς. Ἔστι δὲ, ὡς εἴρηται, τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὸ πρόσωπον, ὡς κεκελευσμένων πάντα μαθητεῦσαι τὰ ἔθνη. Ἐπειδὴ δὲ πλείστων ὅσων αὐτοῖς καὶ μεγάλων ἀγαθῶν προμνήστρια γέγονεν ἡ πίστις· κέκληνται γὰρ δι' αὐτῆς εἰς υἱοθεσίαν Θεοῦ, εἰς μέθεξίν τε ἁγίου Πνεύματος, θείας τε φύσεως γεγόνασι κοινωνοί, τά τε ἐξ οὐρανοῦ χαρίσματα πεπλουτήκασι, καὶ τῆς τῶν ἁγίων ἐλπίδος συμμέτοχοι καθεστήκασι· ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως πανηγυρίζειν αὐτοῖς ἐπιτάττουσιν.

B

Et in ejusdem psalmi verba ista : « Subjecit populos nobis, » etc., v. 4

Divus vero Athanasius, per populos et gentes intelligit Satanam, et quæ cum eo sunt malignas potestates. De quibus dixit Salvator : *Ecce dedi vobis potestatem incedendi super serpentibus et scorpionibus*[21]. Dæmonum namque gentes subjecit pedibus apostolorum.

(79) Ὁ δὲ θεῖος Ἀθανάσιος λαοὺς καὶ ἔθνη τόν τε Σατανᾶν καὶ τὰς σὺν αὐτῷ πονηρὰς δυνάμεις εἶναί φησι· περὶ ὧν ἔλεγεν ὁ Σωτήρ· *Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων*. Τὰ γὰρ ἔθνη τῶν δαιμόνων ὑπέταξε τοῖς τῶν ἀποστόλων ποσίν.

Item in proœmio psal. XLVII.

Athanasius. Canitur igitur et hic psalmus ex persona sanctorum apostolorum, enarrantium quas passi sunt persecutiones propter prædicationem, et victorias quas in persecutionibus retulerunt. Inscribitur autem *Canticum psalmi*, eo quod ethica philosophia cum theoretica in eo conjuncta sit.

C (80) *Ἀθανάσιος*. Ἄδεται μέντοι καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς ἐκ προσώπου τῶν ἁγίων ἀποστόλων, διηγουμένων τοὺς διὰ τὸ κήρυγμα διωγμοὺς, καὶ τὰς νίκας τὰς ἐπὶ τούτοις γενομένας. *ὨΙδὴ* δὲ *ψαλμοῦ* ἐπιγέγραπται, ὡς τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας πρὸς τὴν θεωρητικὴν συνδραμούσης.

Et in verba ejus : « Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, » etc., v. 5.

At secundum magnum Athanasium, significatur hic bellum, quod ob prædicationem contra apostolos gestum est, tam a visibilibus gentium regibus, quam ab invisibilibus dæmonibus, qui olim dominabantur. Qui et conturbati sunt ac mente commoti, ubi viderunt Deum sanctis suis auxiliari. Insigne enim robur servantis eos, admirationem et stuporem attulit. Deinde etiam conturbati sunt, ut qui bellum Deo intulissent, ac in summis fuere doloribus. Quod vero deinceps subjicitur, scias, naves Tharsis dici quæ ingentes divitias Salomoni afferebant, quemadmodum in historia Regnorum cognovimus. Quare etiam hic per contritas naves Tharsis, significavit exterminationem opum et potentiæ regum prædictorum. Spiritum vero violentum sumes pro potentiis intellectualibus, per quas apostolorum hostes debellavit.

(81) Κατὰ δὲ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, ὁ κατὰ τῶν ἀποστόλων διὰ τὸ κήρυγμα γενόμενος πόλεμος ὑπό τε τῶν αἰσθητῶν βασιλέων τῶν ἐθνῶν, καὶ μὴν καὶ τῶν ἀοράτων δαιμόνων τῶν πάλαι βασιλευόντων, ἐνταῦθα σημαίνεται. Οἳ καὶ κατεπλάγησαν καὶ ἐξέστησαν, τὴν γενομένην βοήθειαν παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῖς ἁγίοις θεωροῦντες. Ἡ γὰρ ὑπερβολὴ τῆς ἰσχύος τοῦ σώζοντος τὸ θαῦμα αὐτοῖς καὶ τὴν κατάπληξιν εἴργασται. Εἶτα D ἐταράχθησαν, ὡς ἂν Θεοῦ καταστάντες πολέμιοι, καὶ ἦσαν ὡς ἐν ὠδῖσι. Τό γε μὴν ἑξῆς εἰρημένον ἐπιστήσας νοήσεις, ὡς νῆες Θαρσεῖς ἐλέγοντο, πλοῦτον φέρουσαι μέγαν τῷ Σολομῶντι, καθάπερ ἐν τῇ τῶν Βασιλειῶν ἐγνώκαμεν ἱστορίᾳ. Διὸ καὶ νῦν διὰ τῶν συντριβομένων πλοίων Θαρσεῖς τὴν ἀπώλειαν τοῦ πλούτου καὶ τῆς δυναστείας τῶν προλεχθέντων ἐδήλωσε βασιλέων. Πνεῦμα δὲ βίαιον νοητὰς δυνάμεις τινὰς νοήσεις, δι' ὧν τοὺς ἐχθροὺς τῶν ἀποστόλων κατεπολέμησεν.

Item in illa verba : « Propter judicia tua, Domine. »

Athanasii. Quia, inquit, dijudicans gentium cau-

(82) *Ἀθανασίου*. Ὅτι κρίνας τὴν δίκην τῶν ἐθνῶν,

[21] Luc. x, 19.

(79) Vide in argumento hujus psalmi.
(80) Vide ibidem.
(81) Ibi videsis.
(82) Vide ibid.

Digitized by Google

ἐξήλασας τὸν κατ' αὐτῶν πολέμιον δαίμονα. Εἰ δὲ βούλει, ὄρος Σιὼν οἱ τὸ ὕψος τῆς θεολογίας πεπιστευμένοι· θυγατέρες δὲ τῆς Ἰουδαίας αἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησίαι, ὡς ὑπὸ τῶν ἀποστόλων παγεῖσαι, οἱ τὸ γένος ἐξ Ἰουδαίων κατήγον. Παρεγγυᾷ δὲ καὶ τοῖς κηρύττουσιν εὐφραίνεσθαι ἕνεκα τῶν δικαίων τοῦ Θεοῦ κριμάτων, οἷς χρησάμενος, τὴν τῆς οἰκουμένης σωτηρίαν ἐπραγματεύσατο.

A sam, ejecisti dæmonem ipsas impugnantem. Quodsi ita vis, mons Sion, sint quibus suprema theologia concredita est : illiæ vero Judææ, Ecclesiæ quæ per orbem terrarum dispersæ sunt, ab apostolis, qui genus ex Judæis ducebant, constitutæ. Jubet vero etiam prædicatores gaudere propter justa Dei judicia, quæ exercens orbis salutem operatus est.

Item in psal. XLIX *illa verba :* « *Ex Sion species decoris ejus,* » *etc., v.* 2.

(83) Κατὰ δὲ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, ἐκ τῆς ἄνω Σιὼν ὁ Κύριος τὴν δευτέραν παρουσίαν ποιήσεται, τὴν ἐπιφανῆ καὶ ἔνδοξον, ἣν καὶ εὐπρέπειαν ὡραιότητος κέκληκεν.

At secundum magnum Athanasium, ex superna Sione secundum adventum suum constituet Dominus, illustrem, inquam, illum et gloriosum, quem etiam idcirco speciem decoris appellavit.

In psal. L *verba :* « *Cor mundum crea in me, Deus,* » *v.* 12.

(84) Κατὰ δὲ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, Πνεῦμα τὸν B νοῦν ἐκάλεσεν· εὐθὲς δὲ αὐτοῦ τὸ ἑδραῖον· ὡσανεὶ λέγοι· Ἀσφάλισαί μου τὸν νοῦν, τοῦ μηκέτι εὔκολον εἶναι καταπίπτειν εἰς ἁμαρτίαν.

Secundum autem magnum illum Athanasium, Spiritum appellavit ipsam mentem; rectitudinem vero pro firmitate ejus dixit, quasi dixisset : Confirma mentem meam, ut nequaquam proclivis sit deinceps ad prolabendum in peccatum.

In psal. LX *illa verba :* « *A finibus terræ ad te clamavi,* » *etc., v.* 3.

Ἀθανασίου καὶ Εὐσεβίου. Ἀκηδιᾷ δὲ ἀληθῶς καὶ ἀδημονεῖ πᾶς θεοφιλὴς τῷ θνητῷ ἐνδιατρίβων βίῳ· ἀδημονεῖ δὲ καὶ διὰ φιλανθρωπίαν, τὸ πλῆθος τῶν ἀπολλυμένων θεωρῶν. Ἐπειδὴ οὖν καὶ Δαυὶδ, εἰς τὴν καταδυναστείαν καὶ τυραννίδα τῶν δαιμόνων θεωρῶν, ἀκηδίας πεπλήρωτο, τούτου χάριν ἱκετεύει, ὅπως, ἐπιφανεὶς ὁ Κύριος, τῆς τῶν βιαζομένων ἡμᾶς ἐξέληται χειρός (85). Τὸ δὲ, *ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς*, σημαίνει ὑπὲρ πάσης αὐτὸν τῆς C οἰκουμένης ποιούμενον τὰς λιτάς. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὸ μέσον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων οὐσίας πολὺ παριστῶντα, κατὰ τὸ ἐν τῷ Ἐκκλησιαστῇ· *Ὁ Θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ σὺ ἐν τῇ γῇ κάτω.* Τοῦ μέντοι Συμμάχου σαφέστερον εἰπόντος, *ἐν τῷ ἀδημονεῖν*, ἐναργέστερον καὶ ἐμφαντικώτερον εἶπον οἱ Ἑβδομήκοντα, *Ἐν τῷ ἀκηδιάσαι.* Ἀδημονεῖν γὰρ καὶ ἐπὶ τοῖς μικροῖς λέγεται· ἀκηδιᾷν δὲ ἐπὶ τοῖς μεγάλοις πάντως, ὅταν διὰ τὸ πλῆθος τῶν κακῶν λοιπὸν τῶν ἐν μέσῳ τις περιλαμβάνεται, ἀπαγορεύῃ πρὸς αὐτὰ καὶ οἷον ἀπογινώσκει, ῥίψας τοῦ νοὸς βουλεύματα, ὡς μηκέτι φέρειν οἷός τε ὤν.

Athanasii et Eusebii. Anxius certe est et dolet omnis Dei amans, dum agit in hac vita : dolet vero etiam ob benevolentiam, videns tantam hominum multitudinem perire. Quia igitur etiam David, cum respiceret ad potentiam ac tyrannidem dæmonum, anxietate corripiebatur, idcirco supplicat Deo, ut Dominus *in carne* se manifestans, nos de manibus torquentium eruat. Illud vero, *a finibus terræ*, significat ipsum pro universo terrarum orbe preces fundere. Neque hoc tantum, sed et medium quiddam inter Dei ac hominum substantiam constituere, secundum illud Ecclesiastæ : *Deus in cœlo sursum est : et tu in terra infra* [32]. Et Symmachus quidem sic clare hunc locum reddidit, *Cum dolerem.* Signi cantius vero et apertius Septuaginta : *Dum anxius essem.* Dolor enim etiam de minutis malis dicitur : anxietas vero de magnis tantummodo, quando, multitudine malorum circumventus quis, animum despondet ac quasi desperat, abjecto omni animi consilio, ut qui malo ferendo par non sit.

Et in vers. sequentem : « *In petra exaltasti me,* » *v.* 3.

(86) Ἀθαρδσιος. Πρὸς δὲ διάνοιαν κρείττους γε- D νόμεν τῶν ἐπηρεαζόντων δαιμόνων διὰ Χριστοῦ, ὃς πέτρα τῷ μακαρίῳ κατωνόμασται Παύλῳ. Καὶ ἵνα τὸν νοῦν ἅπαντα τῆς ψαλμῳδίας εἴπω, εὐχαριστίαν ὁ λόγος περιέχει. Ταῦτα γάρ μοι, φησὶν, ὑπῆρξαν ὅσα προείρηκα, ἐπειδὴ σὺ αὐτὸς, ὁ Θεὸς, ἐπῆράς με,

Athanasius. Secundum intellectum vero, *sive sensum spiritualem*, victoriam reportavimus de dæmonibus, qui nos infestabant, per Christum, qui a D. Paulo petra appellatur [33]. Et ut psalmi hujus sensum universum exponam, continet is gratiarum actionem. Ista enim omnia, inquit, quæ enumeravi,

[32] Eccle. v, 1. [33] I Cor. x, 4.

(83) Vide ibid.
(84) Vide supra ad hunc locum.
(85) Hæc habentur in *Expositionibus* ad hunc versum.
(86) Ibi vide superius.

Digitized by Google

accidérunt mihi quoniam tu, o Deus, exaltasti me, et extulisti me in petra, quæ apud te est, in verbo scilicet tuo : Christus enim erat petra illa. Quia igitur verbo tuo me exaltasti, atque ita sublimem fecisti, ut non amplius in medio terræ, sed in extremis ejus habitem : insuper etiam quia deduxisti me, ut jam propinquus tibi factus sim, et quia spes quoque mea factus es, qua confidens non confundar, quia denique cum hostes multi me impeterent ac quærerent animam meam, tu solus contra omnes sufficiebas, factus mihi turris fortitudinis ; hæc, inquam, omnia cum a te consecutus sim, merito tibi hymnos offero, ut qui mihi omnium bonorum auctor fueris.

A καὶ ὑψωσας ἐν τῇ παρὰ σοὶ πέτρᾳ, ἥτις ἐστὶν ὁ σὸς λόγος· ἡ πέτρα γὰρ ἦν ὁ Χριστός. Ἐπεὶ τοίνυν τῷ λόγῳ σου ὕψωσάς με, καὶ μετέωρον ἐποίησας, ὡς μηκέτι κατοικεῖν τὰ μέσα τῆς γῆς, ἀλλ' ἐν ἄκροις αὐτῆς γενέσθαι· ἤδη δὲ καὶ ὡδήγησάς με, ὥστε πλησίον σου φθάσαι, γέγονάς τε ἐλπίς μου, δι ἣν ἐλπίδα οὐ καταισχυνθήσομαι· ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἐπικειμένων νοητῶν ἐχθρῶν, τῶν ζητούντων τὴν ψυχήν μου, ἀντὶ πάντων ἦρκεσας σὺ μόνος, πύργος ἰσχύος μοι γενόμενος· εἰκότως τούτων ἁπάντων τυχὼν, σὺ (*forte* σοὶ) τοὺς ὕμνους ἀναπέμπω, ὡς ἁπάντων μοι τῶν ἀγαθῶν γενομένῳ αἰτίῳ.

Et in versum sequentem : « Deduxisti me, » etc., v. 4

Athanasii et Cyrilli. Quia vero viæ ducum proprium est demonstrare, quænam via tuta sit, quæ vero periculosa et perniciosa : etiam hoc Christus fecisse comperitur, dum ait : *Ego sum via et ostium* [35]. Illud vero, turris fortitudinis, idem est ac si dixisset : Murus ac tutamen mihi factus es, ut nihil mihi accidat mali, cum hi molestiam pariunt inimici. Christus namque turris est stabilis atque inconcussa.

B (87) Ἀθανασίου καὶ Κυρίλλου. Ἐπεὶ δὲ τῶν ὁδηγούντων ἴδιον τὸ δεικνύειν, ποία μὲν ἀσφαλὴς ὁδὸς, ποία δὲ σφαλερὰ καὶ βλαβερὰ μαρτύρεσθαι· καὶ τοῦτο Χριστὸς πεποιηκὼς εὑρίσκεται, ἐν τῷ λέγειν· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ θύρα. Τὸ δὲ, πύργος ἰσχύος, ὅμοιον ὡσεὶ λέγοι· Τοῖχος καὶ ἀσφάλεια γέγονας, εἰς τὸ μηδὲν παθεῖν ἐπηρεαζόντων τῶν ἐχθρῶν. Πύργος γὰρ ἑδραῖος, ἀκατάσειστος ὁ Χριστός.

Et in sequentia : « Habitabo in tabernaculo tuo, » etc., v. 5.

Athanasius, Cyrillus. Ad sensum vero : Ex bonis quæ jam a Deo acceperat, spem sibi facit etiam de futuris, quod nimirum receptus in superna tabernacula, semper sub Dei erit protectione. Quemadmodum enim qui festum aliquod acturi sunt, eo jam præ foribus exsistente, jucunditate ac lætitia quadam perfunduntur, et quod nondum præsens quasi præsens intuentur : sic etiam sancti, cum bonas spes habeant de futura vita, lætantur de ipsa. Alas vero appellat Providentiæ divinæ potestatem : a qua tectus omnis Dei amans nunquam ex tabernaculo Dei excedit, sed in æternum in ipsa permanet.

C (88) Ἀθανάσιος, Κύριλλος. Πρὸς δὲ νοῦν, ἀφ' ὧν ἤδη εἴληφεν ἀγαθῶν, καὶ περὶ τῶν μελλόντων ἐλπίζει, ὅτι δὴ, εἰς τὰς ἄνω σκηνὰς γεγονὼς, ὑπὸ τὴν αὐτοῦ διὰ παντὸς γενήσεται σκέπην. Ὥσπερ γὰρ οἱ μέλλοντες ἐπιτελεῖν ἑορτὴν, ἐγγύς τε καὶ ἐπὶ θύραις ἔχοντες αὐτὴν, προαναπίμπλανται θυμηδίας, καὶ τὴν οὔπω παροῦσαν ὡς ἤδη παροῦσαν ὁρῶσιν· οὕτω καὶ οἱ ἅγιοι, χρηστὰς ἔχοντες ἐλπίδας ἐπὶ τῇ μελλούσῃ ζωῇ, χαίρουσιν ἐπ' αὐτῇ. Πτέρυγας δὲ καλεῖ τὰς τοῦ Θεοῦ προνοητικὰς δυνάμεις· ὑφ' ἃς σκέπεται ὁ θεοφιλὴς, μηδέποτε τῆς σκηνῆς ἀναχωρῶν τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ δι' αἰῶνος ἐν αὐτῇ κατοικῶν.

Et adhuc in verba : « Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum, » etc.

Eusebii et Athanasii. Sciendum porro, esse in his verbis obscuram significationem veræ illius hæreditatis. Ea vero est vita æterna. Sed cum ista demum in futuro sæculo danda sit, quomodo ergo ait David, *Dedisti ?* Ideo nimirum, quia licet ea exspectetur post resurrectionem, data tamen est, quia jam olim parata est iis qui suo tempore eam sunt adepturi. Observa autem, etiam timentibus Deum datam esse hæreditatem. Si itaque his qui longe inferiores sunt ea data est : multo ergo magis iis qui longe altius conscenderunt, hoc est diligentibus Deum. Quod vero indefinite dixit, timentibus, nec addidit Judæis aut gentibus, eo ipso expandit gratiam suam super universos homines.

D Εὐσεβίου καὶ Ἀθανασίου. Ἰστέον μέντοι, ὅτι ταῦτα αἰνίγμα ἔχει καὶ τῆς ἀληθοῦς κληρονομίας. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωή. Ἀλλὰ μὴν αὕτη ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι δοθήσεται· πῶς οὖν εἶπε, *Δέδωκας ;* Ὅτι, εἰ καὶ προσδοκᾶται μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἀλλά γε τῷ ἤδη εὐπρέπεσθαι, δέδοται τοῖς αὐτὴν κατὰ καιρὸν τὸν δέοντα ληψομένοις. Ὅρα δὲ, ὅτι καὶ τοῖς φοβουμένοις τὸν Θεὸν δέδοται ἡ κληρονομία. Εἰ οὖν αὐτοῖς ὑποδεεστέροις οὖσι, πολλῷ πλέον τοῖς ὑπεραναβεβηκόσιν, εἴτουν ἀγαπῶσι τὸν Θεόν. Ἀορίστως δὲ εἰπὼν, τοῖς φοβουμένοις, καὶ οὐ προσθεὶς, Ἰουδαίοις, ἢ Ἕλλησιν, ἥπλωσε τὴν χάριν ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους· μάλιστα δὲ τοὺς ἐξ ἐθνῶν προσιόντας, φοβουμένους τὸν Κύριον, εἰσθεν ἀποκαλεῖν ὁ λόγος. Ποία

[35] Joan. XIV, 6 ; X, 9.

(87) Vide superius in *Expositionibus.*

(88) Ita fere in *Expositionibus* supra.

Digitized by Google

δὲ ἡ κληρονομία ἀλλ' ἢ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν; ἣν ἐν τοῖς μακαρισμοῖς εἴρηκεν ὁ Σωτήρ.

A Cum primis autem, timentes Deum solet appellare Scriptura, qui ex gentibus accedunt. Quæ vero alia hæreditas est, quam regnum cœlorum? quam etiam in beatitudinibus celebravit Salvator.

Et in sequentia : « Diem supra diem regis appones, » etc., v. 7.

(89) *Εὐσεβίου, Ἀθανασίου, Κυρίλλου.* Πρὸς δὲ νοῦν σημαίνει ὁ λόγος, ὡς καὶ τοῦτο μέρος κληρονομίας ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωή. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἡμέρας ἡμερῶν τοῖς ἔτεσι τοῦ βασιλέως προσθῆναι. Σημαίνει γὰρ διὰ τῶν ἡμερῶν χρόνους τινὰς καὶ αἰῶνας. Μὴ ὑπολάβῃς δὲ, ὅτι περὶ ἑνός τινος βασιλέως τὰ τοιάδε φησίν· ἴσθι δὲ μᾶλλον, ὅτι περὶ παντὸς τοῦ κεκλημένου εἰς βασιλείαν οὐρανῶν· ὃν καὶ διαμένειν φησὶν εἰς τὸν αἰῶνα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Οἱ γὰρ σύμμορφοι γενόμενοι τῶν παθημάτων αὐτοῦ καὶ συμβασιλεύσουσιν αὐτῷ διηνεκῶς. Προειπὼν μέντοι ὁ Προφήτης, ὅτι Σὺ, ὁ Θεὸς, εἰσήκουσας τῶν εὐχῶν μου, καθ' ὑπερβατὸν συνῆψε τό· Ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας τοῦ βασιλέως προσθήσεις. Ἤκουσας γὰρ, φησὶ, τῶν εὐχῶν μου· ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας προσέθηκας. Διὰ μέσου δὲ ἐνεβλήθη ἡ περὶ τῶν φοβουμένων τὸ ὄνομα Κυρίου μνήμη· ἐπειδὴ καὶ αὐτοῖς ἐπήγγελται τὴν κληρονομίαν ἡ προφητεία. Ἦν δὲ ἡ αἰώνιος ζωή.

Eusebii, Athanasii, Cyrilli. Sensus vero spiritualis est : indicant hæc verba, quod etiam hæc portio hæreditatis vita æterna sit. Hoc enim est, annis regis adjicere dies dierum. Denotant namque dies tempora quædam et sæcula. Cave vero ne existimes hæc talia de aliquo rege dici : quin potius scito hæc de omnibus, qui in regnum Dei vocantur, accipienda esse : quos utique etiam permansuros ait in æternum in conspectu Dei. Qui enim conformes redditi sunt passionibus ejus, ii regnabunt B quoque cum ipso in perpetuum. Quia igitur Propheta præmisit, quia Tu, o Deus meus, exaudisti preces meas ; adjecit per quemdam verborum trajectum illud, Dies ad dies regis adjicies. Nam, inquit, quia exaudisti preces meas, addidisti dies supra dies. Interposita vero est inter hæc mentio timentium nomen Domini, quia etiam istis a Propheta promissa est hæreditas. Hæc vero est vita æterna.

Et adhuc in sequentem versum : « Permanebit in sæculum, » etc.

(90) *Ἀθανάσιος.* Ἐξ ἀναστροφῆς δὲ ὁ λόγος, ἵνα ᾖ τοιοῦτος· Εἴ τις ἐκζητήσει τὸ ἔλεος αὐτοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν, οὗτος ἐν τοῖς ἀτελευτήτοις αἰῶσι διαμενεῖ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο δὲ σαφέστερον ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν· *Ἔλεος καὶ ἀλήθεια διατηρήσουσιν αὐτόν.* Ταῦτα γὰρ τῆς ἀθανασίας αὐτῷ ἔσται αἰτία, τὸ τοῦ Θεοῦ ἔλεος καὶ ἡ ἀλήθεια. Κατὰ δὲ τοὺς Ἑβδομήκοντα· Τίς, φησὶν, ἱκανὸς τὸν κεχριμένον καὶ δίκαιον τοῦ Θεοῦ ἔλεον καταμαθεῖν ἀκριβῶς; Τὰ γὰρ κρίματα αὐτοῦ ἄβυσσος πολλή.

C *Athanasius.* Inversa est oratio : talis enim esse debet : Quicunque exquisiverit misericordiam ejus et veritatem, is permanebit in conspectu Dei in sæcula nunquam terminanda. Hoc porro magis perspicue expressit Symmachus, sic : *Misericordia et veritas custodient ipsum.* Hæ enim causæ erunt, quod ipse immortalitatem consequatur, Dei misericordia et veritas. At secundum Septuaginta hic est sensus : Quis potest accurate cognoscere occultam et justam Dei misericordiam ? Judicia enim ejus abyssus multa.

Exinde sequitur argumentum psalmi LXIII *ad verbum ut legitur in Expositionibus, ideoque ipsum prætermisimus.*

Item in illa verba : « Qui acuerunt ut gladium, » etc., v. 4.

(91) *Ἀθανάσιος.* Πρὸς δὲ νοῦν ταῦτά φησι διὰ τὸ βλασφημοῦντας αὐτοὺς τὸν Ἰησοῦν λέγειν τοῖς ἀποστόλοις· *Οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν, μηδενὶ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ;* Τοὺς μέντοι λόγους τῆς διαβολῆς ῥομφαίαν ἠκονημένην ὠνόμασεν, ἵνα δείξῃ τὸ ὀξύτερον πρὸς ἀναίρεσιν· καὶ τόξῳ τὴν γλῶσσαν τοῦ συκοφάντου παρείκασεν, ὅτι καὶ τοὺς πόρρω βλάπτει. Οὐδενὸς γὰρ οὔτε παρόντος οὔτε ἀπόντος ὁ λοίδορος καὶ συκοφάντης φείδεται.

D *Athanasius.* Sensu vero secretiore dicuntur hæc in Judæorum principes, eo quod blasphemias in Jesum jacientes, dicerent apostolis : *Nonne præcipiendo præcipimus vobis, ne doceretis in nomine isto*[38] ? Verba itaque calumniosa, appellavit romphæam acutam, ut innuat et ipsa acuta esse et facile perimere. Linguam vero sycophantæ comparavit sagittæ, eo quod etiam longe absentes lædat. Maledicus enim et sycophanta nulli, nec præsenti, nec absenti parcit.

Item in illa psalmi ejusdem, « Conturbati sunt omnes qui vid., » etc., v. 10.

(92) *Ἀθανάσιος.* Οἱ θεωροῦντες, φησὶ, τοὺς τοιού-

Athanasius. Quotquot vident, inquit tales viros

[38] Act. v. 28.

(89) Vide in *Expositionibus.*
(90) Hujus loci nulla est interpretatio in *Expositionibus.*
(91) Vide expositionem in hunc versum.
(92) Hujus loci nulla est interpretatio in *Expositionibus.*

Digitized by Google

tantis excidere negotiis et a proposito aberrare, conturbantur ac corripiuntur metu, et divinam mirantur providentiam. Dum enim divinam protectionem apud se considerant, terrentur horrore divini judicii, ac intelligunt omnes Deum fuisse, qui dolos et insidias eorum irritas fecit, eo quod quæ contra me inierant consilia vana demonstrata sunt. Adeo ut jam omnes pronuntient, tuum fuisse, o Domine, hoc opus, tibique cuncta ascribant. Quis enim non metuat, ubi videt Dei animadversionem in impios, et ultionem pro injuste actis relatam?

A τους καὶ τοσούτους τῶν ἐγχειρημάτων διαμαρτόντας καὶ ἀστοχήσαντας θορύβου καὶ δέους ἐπλήσθησαν, καὶ τὴν θείαν ἐθαύμασαν πρόνοιαν. Ἐν περινοίᾳ γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας γενόμενοι, τὸ θεῖον κριτήριον ἔδεισαν, καὶ πάντες συνῆκαν, ὅτι παρὰ Θεοῦ κατεργάζεται τὸ τῆς αὐτῶν δολιότητος ἄπρακτον, ὅτι τὰ κατ' ἐμοῦ μάταια ἠλέγχθη. Ὡς πάντας ἀπαγγέλλειν, ὅτι Σὸν, ὦ Δέσποτα, ἔργον τοῦτο, καὶ σοὶ τὰ γενόμενα ἐπιγράφουσι. (93) Τίς γὰρ οὐκ ἂν φοβηθείη, ἐπισκοπὴν ἐκ Θεοῦ ὁρῶν γινομένην κατὰ τῶν ἀσεβῶν, καὶ ἐκδίκησιν ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων;

Item in titulum psa.. LXIV, præmissa Theodoreti sententia.

Athanasius. Conjuncta porro est cum harum rerum prædictione etiam prophetia de salute gentium. David namque introducit hic eos qui ex gentibus in Christum crediderunt, quasi contradicentes sapientibus hujus sæculi, ac orantes prioris impietatis dimissionem. Orat deinde etiam pro iis qui olim steriles et infructuosi erant, nunc vero fertiles facti sunt per fidem in Christum. Dictum vero est jam ante, quod psalmus praxin, canticum vero theoriam denotet. Quando igitur per utrumque istorum res aliqua præclare gesta est, ethica scilicet philosophia cum theoretica concurrente, psalmus cantici exsistit. Vita enim contemplativa operibus ornata, reddit perfectum hominem.

I. Neminem esse puto qui non existimet, bene de humano genere meritos esse eos principes viros, qui sedula cura ac diligenti studio libros ac scripta doctorum hominum conquisiverunt, eosque undequaque collectos in bibliothecis magnifice exstructis servarunt, ut scientias, inventa, et vitæ subsidia hominum memoriæ traderent, et sapientum monita, prudentum consilia, et clarorum virorum dicta, et facta, et cogitationes ipsas ad posteros transmitterent, quibus edocti atque eruditi melius sapientiusque vitam instituerent, eamque utilius commodiusque transigerent. Hac autem gloriæ laude cum plurimi superiori ætate floruerint, inter eos utique summum locum obtinet cardinalis Franciscus, aliique e Barberina domo, qui doctos atque excellentes viros e remotis regionibus arcessitos in domo sua tanquam in tranquillissimo portu retinuerunt, summis beneficiis cumularunt, reditibus auxerunt, dignitatibus ornarunt. Horum autem opera atque cura non solum libros typis impressos, sed etiam codices manuscriptos Græcos, Latinos, Arabes maximo in numero omnibus ex partibus summa impensa collectos in magnificentissima biblio-

Digitized by Google

theca collocarunt. Nam ex ea typis impressi in lucem prodierunt præclari scriptores, qui in tenebris delitescebant, veluti Georgius Pachymeres, Stephanus Byzantius *De urbibus*, S. Nilus, aliique : nonnulli vero emendatiores correctioresque in publicum emissi sunt, hortantibus, aut codices et sumptus commodantibus cardinalibus, et principibus Barberinis, qui communi litterarum litteratorumque hominum utilitati semper studuerunt, eosque et opera et censu, quantum in se fuit, juvarunt.

II. Inter alios autem pretiosos codices quos Barberina bibliotheca servat, exstat codex Græcus, ea forma quam *in quarto* vocant, chartaceus, non calligraphia seu characteris pulchritudine, qui recens et informis est, sed re quam continet præstantissimus. Etenim eo continetur interpretatio Græca Psalmorum sanctissimi Patris atque archiepiscopi Alexandrini Athanasii. Codex apographus est, descriptus ab Andrea Schotto, inclyto Societatis Jesu alumno, seu potius ejus jussu ab amanuensi ex altero codice bibliothecæ Augustanæ. Hunc postea codicem in potestatem venisse puto Lucæ Holstenii, qui hæredem ex asse instituit clarissimum cardinalem Franciscum Barberinum seniorem, et deinde ex illius hæreditate in Barberinam bibliothecam translatum fuisse. Doctissimus autem vir Holstenius, sed ipse Andreas Schottus, singulis paginis Græcæ interpretationis S. Athanasii paginam Psalterii Græco Latini typis impressi inseruit, adeo ut unicuique psalmo Græca sanctissimi episcopi interpretatio e regione, seu ex adversa facie posita respondeat. Præterea idem eruditissimus vir Holstenius principio codicis inscriptionem in fronte totius libri ponendam, cum in publicum, ut forte sibi faciendum proposuerat, ederetur, et brevem præfationem Latinam ascripsit, quam ego hoc loco, ne tanti viri eruditus lector elucubratiunculam desideret, ascribam ; ea autem ita se habet :

LECTORI SAL. LUCAS HOLST.

Scripserunt, ut nemini hodie ignotum, ex antiquioribus Patribus in Davidis Psalterium commentarios eruditos plurimi in catena Græcorum Patrum singulatim enumerati, in primis Origenes, et Eusebius Cæsareæ Palæstinæ episcopus : mox Theodorus Heracleotes : item Asterius Scythopolita : item Apollinaris Laodicensis versibus, credo, heroicis, qui legantur : denique Didymus Alexandrinus, sed qui magnam interciderint partem : tum vero maxime perspicue. et κατὰ πόδα μετάφρασιν, quam nunc damus, S. Athanasius conscripsit, sed in tenebris hactenus sepulta jacuit, ac latuit, eruta nunc tandem in lucemque revocata industria Andreæ Schotti, Societatis Jesu presbyteri, ex Augustana, vere augusta bibliotheca, unde velut ex equo Trojano boni multi exierunt scriptores Græci, antea delitescentes, idque auspiciis viri illustris Marci Velseri reipubl. duumviri, et optime de studiis patriaque meriti, et opera Davidis Hoesch. Augustani, cui Appiani Illyrica, multaque Chrysostomi, Basilii Magni, Nyssenii accepta ferimus. Psalmos etiam hymnosque Salomonis Græce ad parentis Davidis regii vatis exemplum compositos hinc habemus, ab eodem revocatos in apertam lucem, qui et Photii patriarchæ vastam dedit scriptorum ab illo lectorum Bibliothecam : *item de patribus sanctis quasdam Basilii epistolas versionesque meliores : item sancti Cyrilli* γλαφυρὰ *in Pentateuchum Mosis, et* ἑορτάσιμους, *seu Paschales sermones* XXX, *et S. Isidori Pelusiotæ epistolas prope sexcentas e Vaticana Pont. Max. bibliotheca. Consule itaque, mi lector, boni hanc S. Athanasii Psalmorum ad verbum interpretationem, et cum reliquis ejusdem sanctissimi viri comparare grave ne sit, ut partum legitimum nimisque diu in tenebris jacentem. Vale.*

Ita præfatio, cui inscriptio Græco-Latina ab ipso Holstenio vel ab Andrea Schotto præposita est hujusmodi :

ΕΙΣ ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ ΠΡΟΦΗΤΟΥ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΟΥ ΔΑΒΙΔ

Ἑρμηνεία τοῦ ἁγίου Πατρὸς ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

IN DAVIDIS REGIS AC PROPHETÆ PSALMORUM LIBRUM

S. ATHANASII ARCHIEPISC. ALEXAND. METAPHRASIS

Eruta nunc primum ex Augustana Bibliotheca ab

Andrea Schotto Societatis Jesu.

III. Codex autem, quo usus est Andreas Schottus, an Augustæ Vindelicorum nunc exstet, me latet. Illud certum est, in catalogo Græcorum codicum qui sunt in bibliotheca reip. Augustanæ Vindelicæ, quem in lucem edidit David Hœschelius anno 1595, nulla mentio est de commentario S. Athanasii *in Psalmos*, et cum per amicum scribi ad homines eruditos Augustæ commorantes curaverim, ille responsum se accepisse mihi retulit, nullum ibi codicem hujusmodi reperiri. Neque etiam mihi compertum est an Lucas Holstenius, vel Andreas Schottus ante illum in animo habuerit, interpretationem, seu metaphrasin S. Athanasii duntaxat, an vero Græcam et Latinam in lucem edere. Profecto cum anxie perquisivissem, an uspiam translatio Latina exstaret, neque in laudato codice, neque in tota bibliotheca Barberina versionem ullam Latinam invenire mihi contigit. Itaque hortante atque stimulante cl. mem. cardinali Francisco Barberino, qui, exemplo suorum majorum, et præcipue alterius cardinalis Francisci patrui sui erga litteras optime animatus singulari me benevolentia complectebatur, opusculum sanctissimi doctoris, ut melius potui, erat enim codex mendosus, e Græco in Latinum verti. In versione autem adornanda Latini sermonis puritatem, et styli elegantiam secutus non sum, sed beatissimi archiepiscopi metaphrasin de verbo ad verbum transferre curavi, et ut Græce aiunt, κατὰ πόδα, veritus ne dum verborum lenocinia

Digitized by Google

sequor, a sententia, et mente sanctissimi doctoris discederem. Albertus Fabricius scribit Hamburgi in bibliotheca Joannea exstare manuscriptam versionem Latinam S. Athanasii *in Psalmos* elaboratam ab Elia Ehingero, qui codice Græco bibliothecæ Augustanæ usus est. An illa translatio sit hujusce commentarii, seu metaphrasis, quam nunc in lucem damus, an vero alterius omnino diversæ, certo statuere non ausim, cum ad manus meas non pervenerit. Sed si conjectura agere licet, verosimillimum quidem est, hujusmodi commentarium S. Athanasio ascriptum aliis jam in lucem editis minime esse dissimilem; nam si secus foret, id ipsum animadvertere, ac lectoribus suis indicare, ut in sua *Bibliotheca* passim facere solet eruditissimus æque ac diligentissimus vir, non prætermisisset

IV. Sed quoniam idem Albertus Fabricius varias Psalmorum expositiones, quæ S. Athanasio tribuuntur, recenset (5), operæ pretium est ejus verba hoc loco referre : « Expositiones *in Psalmos*, » ait loquens de operibus sancti Athanasii, « quarum exigua apospasmatia quædam verterat Politianus, atque priores editiones Græcæ et Latinæ exhibuerant, Daniel item Barbarus nonnulla et Corderius vulgaverant in catenis Patrum *ad Psalmos :* sed Benedictini longe copiosiores in totum Psalterium, licet nec ita plenas, aut integras, e codicibus Regiis et Colbertinis catenarum, et expositionum *in Psalmos* offerunt p. 1009-1239. Mediolani in bibliotheca Ambrosiana occurrunt commentaria Athanasii *in Psalmos* Græce descripta ex codice bibl. Scorialensi, et Latine reddita sive ab Antonio Giggeo, sive alio quodam. Ex illis argumentum *in Psalmos* dignum lectu et supplementa quædam commentariorum dedit Montfauconius in *Collectione nova Patrum*, tom. II, pag. 70-101. Animadvertendum est, inquit idem vir clarissimus in *Diario Italico*, p. 12, alium etiam commentarium in ista bibliotheca, nec non in Museo Justinianeo Venetiis (adde pag. 69) occurrere, qui Athanasii nomen præfert, at Athanasii magni esse nequit. Istius initium est : Μακάριος ἀνὴρ... αὐτὴ ἡ προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθίας. Athanasius *in Psalmos* ex versione Latina Eliæ Ehingeri, qui codice Græco bibliothecæ Augustanæ usus fuit, exstat ms. in bibliotheca Joannea hujus urbis Hamburgensis. Habuit etiam Athanasii *in Psalmos* commentarium Græce descriptum Wagenselius ὁ μακαρίτης, unde asservat eumdem Lipsiæ in patria mea thesaurus librarius amplissimi senatus. Expositionem Athanasii *in Psalmos* Serviana lingua (est hæc Slavica dialectus) ms. in bibliotheca S. Salvatoris Bononiæ, atque Arabice una cum *Epistola ad Marcellinum* in bibliotheca Ambrosiana codice 300 annorum memorat idem Montfauconius ad Athanasium tom. I, pag. 1005 et 1006. Fragmenta commentariorum Athanasii *in Psalmos* a Petro Felckmanno collecta e Nicetæ metropolitæ Heracleæ Συναγωγῇ ἐξηγήσεων in priores psalmos 72 manuscripta in bibliotheca Palatina, pag. 1241-1262, lib. II, pag. 511. » Hactenus Fabricius.

V. Quamobrem, cum plures sint Psalmorum expositiones, quæ S. Athanasii nomen inscriptum præ se ferunt, necesse est paulum aliquid de illis disserere, quo magis compertum fiat, an ea, quam in lucem damus, tanquam genuinum ejus opus sanctissimo Doctori sit ascribenda. Ac primum verba faciam de illa quæ Mediolani in bibliotheca Ambrosiana, et Venetiis in bibliotheca Justinianea reperitur. Hanc autem sancto Athanasio abjudicat Pater Montfauconius, existimatque vel falso Athanasii nomen inscriptum esse, vel alterius Athanasii fuisse magno Athanasio recentioris. Nam in admonitione quæ proposita est supplemento commentariorum *in Psalmos* in *Nova collectione Patrum et scriptorum Græcorum*, talia scribit : « Lectorem monere juvat, commentarium alium Athanasii nomine ferri in bibliotheca Justinianea Venetiis, inque Ambrosiana Mediolani, prorsus diversum ab edito, cujus initium : Ἡ μὲν προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθαῖον · sed cum a nemine scriptorum memoretur, vel alterius nostro gentilis opus fuerit, vel Athanasium illum magnum ementitur. » Et in *Diario Italico* (6) recensens codices a se in bibliotheca Ambrosiana inspectos : « Animadvertendum est, inquit, alium commentarium in ista bibliotheca, nec non in Museo Justinianeo Venetiis occurrere, qui Athanasii nomen item præfert : at Athanasii magni esse nequit. Germanum enim singulis ferme paginis multis post Athanasium sæculis patriarcham Constantinopolitanum memoratum novimus. Istius initium est : Μακάριος ἀνήρ, » etc. Et in eodem *Diario* loquens de bibliotheca Justinianea ait : « Adest quoque commentarius Athanasii *in Psalmos*, cujus scriptor, vel Athanasium ementitur, vel alius ὁμώνυμος est titulus : Βίβλος τοῦ προφητάνακτος Δαβὶδ, καὶ θείου ὑμνογράφου, *Liber prophetæ regis, ac divini hymnorum scriptoris Davidis*. Post hæc : Ἐξήγησις τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου · *Expositio S. Patris nostri Athanasii*. Idem commentarius est, atque ille de quo in Ambrosiana supra. » Et quoniam erit fortasse aliquis rerum ecclesiasticarum studiosus, qui commentarium, cujus locis supra laudatis meminit Montfauconius, si non totum, certe ex parte inspicere desiderabit; haud ingratam me lectori rem facturum credidi, ut suam de eo sententiam tutius ferre possit, si ex eodem commentario expositionem in primum S. regis Davidis psalmum hoc loco ascripserim; eam quidem scriptam inveni in pagella inserta in nostrum codicem, et minime cum aliis codicis paginis assuta et conglutinata. Quod eo libentius facio, quia in expositione, quam in publicum edere statui, manca est interpretatio primi psalmi. Itaque illius loco supplementi vice hæc erit, quæ talis est.

(5) Lib. v *Bibl. Græc.*, pag. 304 (vet. edit.).
(6) Cap. 2, pag. 12.

Digitized by Google

Ψαλμ. Α'.

1. Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισε.

2. Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός.

3. Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων·

4. Ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ.

5. Καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορρυήσεται,

6. Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποίησῃ κατευοδωθήσεται.

7. Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.

8. Καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων.

9. Ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.

A

Psalm. I.

1. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit.

2. Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.

3. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum:

4. Quod fructum suum dabit in tempore suo,

5. Et folium ejus non defluet,

6. Et omnia quæcunque faciet, prosperabuntur

7. Non sic impii non sic, sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.

8. Et ideo non resurgent impii in judicio, neque peccatores in consilio justorum.

9. Quoniam novit Dominus viam justorum, et iter impiorum peribit.

ATHANASII INTERPRETATIO.

1. Ἡ μὲν προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθαῖον, ὅτε μὴ συμπαρεγένετο τοῖς Ἰουδαίοις, ἡνίκα πονηρὰ ἐβουλεύοντο. Τὸ δὲ ἴδιον τοῦ λόγου μακαρίζει πάντα ἄνθρωπον τὸν μὴ συνεδριάζοντα, μηδὲ συμπαραινοῦντα τοῖς κακὰ βουλευομένοις, τουτέστι ἀπατῶσι.

2. Οὔτε γὰρ ἄλλως κατορθοῦται ἀρετὴ, καὶ ἀποχὴ κακῶν, εἰ μὴ διὰ μελέτης τῶν θείων Γραφῶν.

3. Ὡς γὰρ τὰ ξύλα ἑστῶτα παρὰ τοῖς ὕδασι ἀεὶ θάλλουσιν, οὕτως ὁ ἀρδευόμενος τῇ τῶν Γραφῶν μελέτῃ ἀναθάλλει τὸν νοῦν ἀεὶ, καὶ ὑγείαν τὴν διάνοιαν κέκτηται· ξύλον δὲ λέγει τὸν σταυρὸν τοῖς ὕδασι κολυμβήθρας περιεχόμενον, καὶ θάλποντα (7) τοὺς φωτιζομένους.

4. Τῷ γὰρ ἰδίῳ καιρῷ ἐκαρποφόρησεν ὁ σταυρὸς τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, τουτέστιν τὸν βότρυν τῆς ἡμῶν σωτηρίας καὶ ζωῆς.

5. Φύλλα τοῦ σταυροῦ οἱ πιστοὶ, ὡς ἐπ' αὐτοῦ γενόμενοι, καὶ ἐν αὐτῷ μένοντες οὐκ ἀπορρυήσονται.

6. Πάντα γὰρ ὅσα διὰ τοῦ σταυροῦ γίνονται κατευοδοῦνται. Προκόπτει γὰρ, καὶ ἐνέστη, καὶ πέρας οὐκ ἔχει ἡ πίστις, ἡ ἐλπὶς, καὶ ἡ ἀγάπη.

7. Οὐδὲν γὰρ τῶν τοῦ σταυροῦ παρὰ αἱρετικοῖς ἢ Ἰουδαίοις ἢ Ἕλλησι κρατεῖ, καὶ καρποφορεῖ. Ἀλλ' ὥσπερ ὁ χνοῦς σκορπίζεται· οὕτως οἱ Ἰουδαῖοι ἀπὸ τῆς ἀνοίας, καὶ ἀπιστίας ἀπέστησαν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀνερρίπισθησαν διὰ πάντα τῆς γῆς.

8. Οἱ γὰρ μὴ γινώσκοντες, ἢ σέβας Θεῷ μὴ προσφέροντες, μετὰ τὴν ἀνάστασιν εὐθύνας οὐκ ἀπαιτοῦνται, ἔχουσι γὰρ τὴν ἀπόφασιν αὐθαίρετον· οὐδὲ γὰρ εὑρίσκεται ἐν αὐτοῖς ἔργον δικαιοσύνης.

9. Ἔγνωσται γὰρ τῷ Θεῷ, καὶ ἡ τῶν δικαίων ὁδὸς, καὶ ἡ τῶν ἀδίκων· καὶ τὴν μὲν σώζει, τὴν δὲ βδελύττεται, καὶ ἀπορρίπτει ὡς ἄχρηστον.

B

C

1. Prophetia quidem impletur in Joseph ab Arimathæa, quoniam non adfuit cum Judæis, quando improba agitaverunt consilia. Proprius quidem sermonis sensus beatum dicit omnem hominem, qui non adsidet, neque consentit molientibus prava, hoc est seductoribus.

2. Neque enim aliter virtutem assequimur, et a malis abstinemus, nisi divinarum Scripturarum meditatione.

3. Ut enim ligna, quæ prope aquas exsistunt, semper florent: ita irrigatus meditatione Scripturarum mente semper floret, et sanam intelligentiam possidet: lignum autem vocat crucem circumfusam aquis lavacri, et foventem illuminatos.

4. Nam suo tempore germinavit crux salutem nostram, hoc est botrum nostræ salutis, et vitæ.

5. Folia crucis fideles sunt, quippe per eam generati, et in ipsa manentes non defluent.

6. Omnia enim, quæ per crucem fiunt, prosperantur. Proficit enim, et permanet, et finem non habet fides, spes, et charitas.

7. Nihil enim eorum, quæ crucis sunt, apud hæreticos, aut Judæos, aut idololatras obtinet, et fructificat. Sed quemadmodum pulvis dispergitur, ita Judæi ob insipientiam, et infidelitatem defecerunt a Christo, et projecti sunt per omnem terram.

8. Qui enim non agnoscunt, aut Deum non colunt, post resurrectionem non interrogantur, et rationem vitæ reposcuntur, nam manifestam habent damnationem; nullum enim opus justitiæ in ipsis reperitur.

9. Nota enim est Deo, et justorum via, et iniquorum: et illam quidem custodit, hanc vero abominatur, et abjicit tanquam nequam.

VI. Nunc vero agendum est de altera Psalmorum expositione magno Athanasio ascripta, quæ a clarissimis PP. Benedictinis cum aliis operibus sanctissimi archiepiscopi in lucem edita est. De hac vero iidem Patres in admonitione quæ initio primi voluminis legenti occurrit, ita præfantur: « Expositiones S. Athanasii *in Psalmos* sistimus, lector erudite, illas scilicet diu expetitas, a multis laudatas antiquæ, mediæ, infimæ ætatis auctoribus. Quarum ἀποσπασμάτια quædam in prius editis exstabant. Utrum vero hi commentarii idipsum sint, quod liber *De titulis Psalmorum* ab Hieronymo laudatus, ut nuperi cujusdam fert opinio, non satis exploratum est; id sane si verum esset, non commode satis inscriptio posita fuisset, cum non de titulis modo, sed etiam de versiculis omnibus hic agatur. » At enim hujusmodi opus, quod Patres Benedictini, ut germanum, et genuinum M. Athanasii fetum in publicum emiserunt, an ejusdem sancti sit, nonnulli eruditi viri, qui illud attentius expenderunt, maxime dubitarunt. Sensit id Montfauconus, qui curam suam atque diligentiam in adornanda operum S. Athanasii editione summa cum laude collocavit; ideo cum supplementum ejusdem expositionis in *Nova Bibliotheca Patrum* postea ederet, hæc scripsit (8): « Supplementum expositionum *in Psalmos* ex codice Ambrosiano, dum Mediolani ageremus,

(7) Leg. θάλλοντα, *germinantem*.
(8) Tom. II, pag. 69.

Digitized by Google

exscripsimus. Estque codex ille recens ab antiquiori Scorialensi desumptus. Nam ut in Athanasii edito, a nobis haud ita pridem adornato, monuimus, expositiones illæ Athanasii non omnibus suis partibus, et numeris absolutæ sunt, sed amanuensium ausibus passim truncatæ, et in compendium redactæ : quædam etiam ex catenis erutæ. Nihil moror scriptorem nuperum, qui expositiones illas *in Psalmos* non esse Athanasii præpropere pronuntiavit ; sed nulla oblata negandi ratione. Nihil ille curavit, imo potius dissimulavit, hoc operis, omnibus post Athanasium sæculis, Athanasii nomine, allatis plerumque locis, ut in hodierno commentario exstant, a plerisque scriptoribus memorari : nihil movit affinitas styli, verbaque frequentia Athanasiani usus, nihil codicum, unde prodierunt, vetustas ; quæ sane accurato censori, antequam sententiam ferret, serio erant excutienda. Verum ille nasuti se critici partes egisse putavit, cum, missa importuna illa investigandi et disquirendi opera, incunctanter pronuntiavit : *Non sunt Athanasii;* cui nos pari facilitate reponimus : *Sunt Athanasii;* a qua re denuo comprobanda nos exemisti, dum nihil affers, quo tot scriptorum testimonia, totque alia γνησιότητος argumenta convellas. Nemo sane nobis dicam impingat, quod ex affecta vel præjudicata opinione spuria vel dubia opera pro germanis et assertis dederimus ; nam pro virili, et ut æqui ratio postulabat, νοθείας, vel γνησιότητος notas quibusque præmisimus. Ac licet cuique liberum sententiæ adversum nos ferendæ arbitrium mittamus, si quis tamen hanc provinciam adeat, nonnisi excussis argumentis, et notis, quas pro facultate tractatibus singulis præmisimus, judicis et censoris partes occupet. »

VII. Postea vero severiorem censuram in commentarium *super Psalmos*, et in alia opera in sacram Scripturam Athanasii nomine a PP. Benedictinis seu P. Montfaucono edita tulit Casimirus Oudinus in hunc modum (9) : « Quis credat unquam magnum Athanasium, in omni vita tot exsiliis, fugis et persecutionibus agitatum, tantum habuisse otii, ut commentarios in Psalmos, Jobum, Cantica, Evangelium Matthæi, et Lucæ, Epistolam ad Hebræos, et expositionem in Symbolum scriberet? Sunt hæc nugæ, et commenta recentioris Græciæ antiquis incognita scriptoribus, quorum nullus veterum mentionem unquam fecit. Miror Benedictinos monachos ita pueros fuisse, ut excerptis istis et commentariis adhibeant fidem, dubio procul, ut in hac nova sua editione, novum aliquid, licet falsum magni Athanasii produxisse videantur. Commentarius *in Psalmos* eductus ex recentiori bibliothecæ Ambrosianæ codice, qui trecentorum annorum non est, quique rectius multo ob codicis novitatem Athanasio patriarchæ Constantinopolitano tribueretur, qui sub Andronico seniore circa annum 1300 floruit, cujus ætatem refert. Imo alter commentarius *in Psalmos* in eadem bibliotheca longe prolixior sub Athanasii ejusdem nomine, quem tamen ipsius non esse evincunt citationes Patrum Athanasio recentiorum, uti fatetur ipse Bernardus de Montfauconio in *Diario Italico*, cap. 2, pag. 12, ubi Germanum multis post Athanasium sæculis patriarcham Constantinopolitanum memoratum refert. » Hæc convicia potius quam censuram acriori stomacho evomuit vir a catholicæ religionis castris transfuga et rebellis, cujus refellendæ audaciæ provinciam Benedictinis Patribus relinquo. Verum illud prætermittendum non est, quod superius admonui : commentarios *in Psalmos* Athanasii nomine ab ipsis editos ad magnum Athanasium non pertinere, non ejus unius judicium est, sed aliorum etiam doctorum virorum, qui in legendis sanctissimi archiepiscopi aliorumque veterum Patrum operibus versati sunt. Tillemontius, ut alios omittam, vir singularis eruditionis, affirmat (10), se in commentariis, de quibus agitur, aliqua aliorum scriptorum loca, quam Athanasii, cui tribuuntur, observasse. Sed hactenus de commentariis *super Psalmos* a PP. Benedictinis in publicam utilitatem evulgatis ; nunc de Slavica seu Illyrica Psalmorum interpretatione, in qua itidem Athanasii nomen inscriptum occurrit, aliquid mihi dicendum superest.

VIII. Exhibet in suo *Diario Italico* (11) clar. vir Pater Bernardus Montfaucon notam codicum cœnobii Canonicorum Regularium S. Salvatoris. Inter cæteros autem commentarium *in Psalmos* sancti Athanasii Slavica lingua scriptum his verbis enuntiat : « Codex non spernendæ vetustatis, in quo psalmi charactere Slavico. » In admonitione autem, quæ præmittitur *Expositioni Psalmorum* sancti Athanasii, quam in parte secunda tomi primi operum ejusdem sanctissimi Doctoris ipse edidit, talia habentur : « Narrat Gabriel Grodecius, Dantzicanus, professor Hebraicæ linguæ in academia Lipsiana, vir doctus, ac necessitudine mihi conjunctus, exstare in bibliotheca S. Salvatoris Bononiensis in codice perantiquo expositionem Athanasii *in Psalmos* Serviana lingua, quæ est Slavica dialectus, sunt autem Servii Mysiæ superioris populi, nec ambigo ex his nostris expositionibus Slavice versam fuisse. » Sed fallitur vir eruditus : iste enim commentarius Slavica seu Illyrica, non autem Serviana lingua scriptus est ; neque est in Slavicam dialectum translatus ex Græcis expositionibus, quas ipse inter opera S. Athanasii edidit, sed idem est ac ille qui Græcis litteris ac verbis scriptus et compositus Venetiis in Justinianea, et Mediolani in Ambrosiana bibliotheca reperitur, et quem, ut paulo ante dixi, non esse Athanasii, P. Montfaucon affirmat. Equidem hujus commentarii initium, nempe orationem quæ commentario præponitur, et expositionem

(9) *Comm. de script. Eccl.*, tom. I, sæc. IV, c. 8, *Diss. de op. S. Athan.*, pag. 384.
(10) *Mém. eccl.*, tom. VIII, pag. 257.
(11) Cap. 27, pag. 407.

Digitized by Google

in primum psalmum dabo, quam nactus sum et opera et cura reverendissimi P. abbatis Migliavacca, Canonici Regularis ordinis S. Salvatoris, qui etiam se ab aliis audivisse mihi narravit : P. Montfaucon, cum per Bononiam iter faceret, monasterii S. Salvatoris bibliothecam adivisse, atque in ea inspectis antiquis codicibus manuscriptis, quibus bibliotheca illa præstat, cum hunc de quo agitur attente considerasset, suasisse bibliothecario, ut nomen Athanasii deleret, atque in fronte codicis ascriberet nomen S. Cyrilli Alexandrini; et quidem ut ab amico sibi novissime significatum esse asserebat, nunc in parva scheda, quæ in eodem codice exsistit, recentiori charactere scriptum legi nomen S. Cyrilli episcopi Alexandrini; in tegmine autem codicis adhuc remanere nomen Athanasii. Qua de causa autem eruditus vir id faciendum censuerit, me latet. Itaque cujuscunque auctoris commentarius ille sit, me rem gratam curioso lectori facturum existimo, si ejus initium Illyrica, et Latina lingua hoc loco, ut paulo ante pollicitus sum, exhibeam (12).

Ter sancta Trinitas totius mundi adjuva, et dirige cor meum ad incipiendum cum intelligentia, et finiendum opus bonum a Deo inspirati hujus libri, quem sanctus Spiritus per os David eructavit, et quem aggredior recitare. Agnoscens vero meam ignorantiam, adoro te exorans, et tuum auxilium invoco, Domine Jesu Christe, doce intellectum meum non in sermonibus labiorum oblectari, sed in cognitione eloquiorum gaudere, et præparare me ad facienda opera, quæ disco et loquor, ut bonis operibus illuminatus, in tuo judicio dexteræ partis particeps fiam. Et nunc Domine, benedic, ut ex corde producto suspirio, lingua canam :

Beatus vir qui non abiit in consilium impiorum, etc.

PSALTERIUM DAVID REGIS SANCTÆ CIVITATIS FILII JESSE ET JUDÆ SECUNDUM PROGENIEM PRO PRIMO ALLELUIA INITIUM PRIMI LIBRI, QUI EST APUD JUDÆOS PSALM. I.

1. Beatus vir, qui non abiit in consilium impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit.
2. Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.
3. Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum :
4. Quod fructum suum dabit in tempore suo.
5. Et folium ejus non defluet,
6. Et omnia quæcunque fecerit, prosperabuntur ei.
7. Non sic impii, non sic, sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.
8. Ideo non resurgent impii in judicio, neque peccatores in consilio justorum.
9. Quoniam novit Dominus viam justorum, et iter impiorum peribit.

ATHANASII COMMENTARIUS IN PSALMOS.

Psalmus Davidi I.

1. Prophetia hæc adimpletur in Josepho ab Arimathæa, quoniam non venit ad Judæos, qui in Christum insidias faciebant. Proprietas autem sermonis hujus beatum dicit omnem hominem, qui non communicat, nec se immiscet iniqua consilia agentibus, aut aliquem injuste persequentibus. Quod vero additur : *Et in via*, viam esse præsentem vitam asserit; nos enim viventes ad interitum vitæ sensim accedimus.

2. Aliter enim non instruetur homo, ut recedat a malo, nisi se exercuerit lectione librorum, ac doctrina sapientum.

3. Nam prout ligna plantata ad aquas semper sunt amœna, ita intellectus sacra librorum doctrina irrigatus pulchre floret, et salutares semper cogitationes habet. Lignum etiam hoc dicitur crux fontibus baptismalibus circumdata, per quam nos lætificamur ac illuminamur.

4-6. In tempore suo fructificavit crux nostram salutem : fructus utpote vivaces, et folia crucis sunt fideles, qui per illam muniti, et in illa permanentes, non decidunt seu non defluunt ab eadem ; omnia enim, quæ propter crucem seu Christi passionem fiunt, prospere succedunt.

7. Crux enim illa, quæ ab hæreticis, Judæis, et ethnicis non colitur, apud eos non fructificat, sed tanquam pulverem eos dissipat. Sic Judæi cum ob incredulitatem ac insipientiam defecissent a Christo, dispersi sunt per universam terram.

8. Nam qui Deum non agnoverunt, vel solam hanc impietatem secum ferentes, post resurrectionem de aliis causis non interrogabuntur; jam enim habebunt damnationem libere per semetipsos volitam, nec invenietur in ipsis ullum opus justitiæ.

9. Noscit enim omnem viam tam justorum quam injustorum, et primos quidem salvat, alteros vero damnat, ac a se rejicit, utpote inutiles.

IX. Age vero, quoniam locus hic jam postulat, de auctore expositionis quam Athanasio in Barberino codice ascriptam nunc primum in lucem trado, verba faciamus. Profecto ut eam magno Athanasio tribuendam existimem, primum moveor judicio duorum doctissimorum virorum Andreæ Schotti, et Lucæ Holstenii, quorum alter ex antiquo codice Augustanæ bibliothecæ describendam curavit ; alter vero non solum præfationem, brevem quidem, sed admodum elegantem, et tanto viro dignam ascripsit, sed ulterius hoc Athanasii opus inter cætera sanctissimi doctoris præcipue excellens, et eximium esse censuit, et ut verbis Tillemontii utar (13), *comme le chef-d'œuvre de S. Athanase*. Etenim an. 1627 cum accepisset novam operum S. Athanasii editionem Parisiis adornari, septem homilias S. Athanasii nomine inscriptas, quæ adhuc lucem non viderant, ad typographum Parisiensem misit, qui ea de re lectorem monuit his verbis : « Postremo vir eruditus Lucas Holstenius, Hamburgensis, postquam nos

(12) Exhibet ille quidem hoc loco initium commentarii Illyrica et Latina lingua ; nos vero Latinam tantum versionem et interpretationem exhibemus. Si quis est curiosus lector, et Slavicæ linguæ peritus, illud videat in Romana edit., p. XIX.

(13) *Mém. eccl.* tom. VIII, p. 150, not. 110 *sur S. Athanase*.

Digitized by Google

admonuisset, habere se e Regia et Oxoniensi bibliotheca, et e manuscripto etiam codice R. P. Sirmondi e Societate Jesu homilias numero septem nondum editas, quas Latine convertisset, rogatus a nobis lubenti animo concessit, ut eas, quia serius hoc rescivimus, veluti per appendicem posteriori tomo subjiceremus. » His autem septem homiliis, quas vir eruditione æque ac pietate eximius in Latinum verterat, epistolam ad lectorem præmisit, eam exorsus in hunc modum (14) : « Cum divi Athanasii Opera recudi a typographis audirem, rem me facturum existimavi, et publice utilem, nec bonis, doctisque ingratam, si cætera sanctissimi Patris ἀνέκδοτα conquirerem, et in lucem hac occasione producerem. Collegi ergo opera tumultuaria ex Christianissimi regis bibliotheca, atque ex clar. mem. R. P. Sirmondi, meisque schedis homilias septem Athanasii nomine prænotatas : neque enim Athanasii omnes esse credat, cui vel minimum in hisce studiis judicii, quique vel obiter tantum cætera ejus scripta inspexerit ; » in fine autem ejusdem epistolæ de sancti Athanasii commentario nostro *in Psalmos*, quem, ut puto, viderat, sed non adhuc ab Andrea Schotto nactus fuerat, ita loquitur : « Cætera, quæ adhuc latent in Italiæ et Hispaniæ bibliothecis alii dabunt, præsertim commentarium perpetuum *in Psalmos*, quod ego palmarium Athanasii opus existimo. » Hæc Holstenius.

X. Quod autem magnus Athanasius scripserit etiam *super Psalmos*, nemo est qui dubitare possit. Hujus enim rei locuples testis est beatus Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* (cap. 87), ubi, enumeratis sanctissimi episcopi Athanasii operibus, inter alia recenset librum *De titulis Psalmorum*. Quæ beatissimi doctoris verba in Græcam linguam ita vertit Sophronius : Περὶ ἐπιγραφῆς Ψαλμῶν, *De inscriptione Psalmorum* Hujusmodi autem nuncupationem non bene aptari commentario *in Psalmos*, quem ediderunt Patres Benedictini, ubi de titulis Psalmorum ne verbum quidem, ipsi ingenue fassi sunt. At vero in expositionem, quam nos magni Athanasii nomine inscriptam in lucem damus, optime convenire, neminem esse puto qui inficias iverit. Siquidem initio cujusque psalmi ejus titulus seu inscriptio accurate ac diligenter explicatur : deinde convenienter, consequenterque ad tituli inscriptionem ejusque interpretationem psalmus totus exponitur.

XI. Commentarii S. Athanasii *in Psalmos* meminit etiam Nicæna synodus, et quem Hieronymus *De titulis Psalmorum* et Sophronius *De inscriptione Psalmorum* synodus vocat *Librum interpretationis Psalmorum*, eique nos docet præfixam fuisse ejusdem Athanasii *Epistolam ad Marcellinum*. Unde etiam compertum fit, librum *De titulis Psalmorum* non eumdem fuisse ac librum seu *Epistolam ad Marcellinum*, ut aliquis suspicatus est. Verba autem quæ in actione synodi sexta memoriæ traditum est lecta fuisse ab Epiphanio diacono, sunt hujusmodi : « Qui vero ab immortalitate nomen habet Athanasius, clarissime nobis in *Epistola ad Marcellinum* (15), quam præposuit libro interpretationis Psalmorum, disserit sic dicens : « Librum Psalmorum aliquis assumens, prophetias de Salvatore continuo, ut in aliis Scripturis admiratus, et adorans enarrat, » etc. Hanc autem epistolam, de qua mentio facta est in Nicæna synodo (ut occasione mihi data lectorem admoneam, factique mei rationem reddam) explicationi Psalmorum, quam in publicum emitto, adjungam, ut integrum sanctissimi Patris opus, quemadmodum ab ipso editum esse traditur, exhibeam.

XII. Erit fortasse quispiam eorum quibus volupe est, ut ita dicam, magnis clarescere inimicitiis, et emunctæ naris censoris nomen adipisci, qui contracta fronte, et grandi supercilio opusculum nostrum a sanctissimo archiepiscopo abjudicandum esse decernet, vel quia auctor interpretationis Psalmorum, quam damus, pueriliter, ut forte sibi videbitur, in explicandis Psalmorum titulis Hebraicorum nominum interpretationem sectatur, vel quia psalmos omnes in allegoricum sensum exponit. Ego autem e diverso tantum abesse existimo, ut hisce de causis Athanasii nomen e fronte commentarii expungi debeat, quin potius inde putem, duo gravissima argumenta suppetere, quibus liber magno Athanasio, cujus nomen præfert, vindicetur.

XIII. Quod ut planum faciam, opus est paucis disserere, quis primus auctor fuerit, qui Hebraica nomina juxta eorum etymologias ordine alphabetico in Græcum exposita publico usui, et sacrarum litterarum studiosorum commoditati ad sacrarum Scripturarum intelligentiam facilius assequendam prodiderit. Quod sane difficile haud est ; posteritatis enim memoriæ id mandavit Hieronymus (16) : « Qui Philo, inquit, vir disertissimus Judæorum, Origenis quoque testimonio comprobatur edidisse librum *Hebraicorum nominum*, eorumque etymologias juxta ordinem litterarum e latere copulasse. Qui cum vulgo habeatur a Græcis, et bibliothecas orbis impleverit, studii nostri fuit in Latinam linguam eum vertere. » Et antequam Hieronymus ita scriberet, Eusebius Cæsariensis de eodem Philone in sua *ecclesiastica Historia* (17) litteris tradiderat : « Sed et Hebraicorum nominum, quæ in lege et in prophetis occurrunt, interpretationes ab ipso compositæ esse dicuntur. » Philo autem, gente ac religione Judæus,

(14) Vide tom. IV Operum S. Athanasii nostræ recensionis, col. 941. EDIT. PATR.
(15) Synod. Nic. II, act. 6, p. 1518.
(16) Præfat. in libro *De interpret. nom. Hebr.*
(17) Lib. II, cap. 18.

Digitized by Google

patria quidem fuit Alexandrinus. Quare si ejus liber *De nominibus Hebraicis* adeo celebris et frequens in litteratorum manibus erat, ut a Græcis vulgo haberetur, et nulla esset, teste Hieronymo, orbis bibliotheca quæ ipsum non servaret, inde conjecturam facere licet quanto in pretio quantoque in usu apud suos populares Alexandrinos, Christianos præsertim vel Hebræos, esset. Et quidem hac de re non leve argumentum vel inde sumi potest, quod hujusmodi liber neque ipsos gentiles Alexandrinos scriptores latuit, cum ex eo plura in suum usum decerpserint. Nam quæ Hesychius grammaticus Alexandrinus de Hebraicis nominibus in Lexicum suum induxit, ex eo mutuo accepisse verisimile est. Id autem jam antea animadvertisse comperi Joannem Martianæum, qui probabili conjectura hæc adnotat (18) : « Quarta species verborum et interpretationum Philonis superest, ni fallor, in Græco Lexico Hesychii, grammatici Alexandrini, qui non ab alio quam e libro Græco Judæorum disertissimi Hellenistæ, id est ex libro nominum Hebraicorum mutuari potuit nomina bene multa, quæ ipse interpretatur juxta proprietatem linguæ Hebraicæ. Nam unde fluxit apud Hesychium tanta copia nominum, quorum ratio ignorata erat ab omnibus Græcis scriptoribus profanis, nisi ab illo primo conditore voluminis Hebraicarum vocum, sive Lexici sacri, cujus usuram habuisse Alexandrinis facile licuit? » Si autem Alexandriæ Philonis liber magno in pretio habebatur apud homines a Judaica religione et Christiana veritate alienos, quisque inde conjecturam capere potest quanta apud Christianos in existimatione quantoque in usu in sacris Scripturis explicandis esset.

XIV. Quod si quispiam esset qui ea de re dubitaret, facile omnis ex animo dubitationis scrupulus evelli posset ex iis quæ de Origene tradit Hieronymus : nimirum quod in Hebraicis nominibus Veteris Testamenti fecerat Philo, id in nominibus Novi Testamenti præstitisse Origenem, ea laude atque omnium doctorum virorum approbatione, ut eum postea ipse Hieronymus imitatus sit vertendo in linguam Latinam, quæ Græce tantum circumferebantur, ut quod Græci Philonis, et Origenis labore, atque industria habebant, id Latini lectionis sacrarum Scripturarum studiosi cura, atque opera sanctissimi Doctoris adipiscerentur. Verba B. Hieronymi talia sunt (19): « Ac ne forte consummato ædificio, quasi extrema deesset manus, Novi Testamenti verba et nomina interpretatus sum; imitari volens ex parte Origenem, quem post apostolos, Ecclesiarum magistrum, nemo, nisi imperitus negabit. Inter cætera enim ingenii sui præclara monumenta etiam in hoc laboravit, ut quod Philo quasi Judæus omiserat, hic ut Christianus impleret. » Ex his vero quæ Hieronymus scripsit, duo ad rem nostram colliguntur : Hebraicorum nominum interpretationem, rem puerilem et nullius utilitatis, ut quidam autumant, minime censendam esse, cum in ea tria præclarissima omnium ætatum ingenia elaboraverint, Philo, Origenes, Hieronymus; et nostram Psalmorum metaphrasin seu commentarium in quo accurate et diligenter allata Hebraicorum nominum interpretatione, Psalmorum tituli exponuntur, auctorem præseferre scriptorem Alexandrinum, minimeque eam magni Athanasii vel ætati, vel patriæ, vel studiis, et sacræ doctrinæ repugnare, sed quam maxime convenire.

XV. Nunc vero agendum est de allegorica interpretatione, juxta quam perpetuo commentario Psalmi exponuntur. Primum allegoricæ sacrarum Scripturarum interpretationis auctorem veteres scriptores faciunt Philonem Hebræum. Scribit enim de eo in sua *Bibliotheca* (20) Photius : « Circumferuntur ejusdem alia quoque varia opuscula, quibus disputationes fere de moribus continentur, Veterisque Testamenti explanationes ad allegoriam ut plurimum ipsa littera aptata. Et vero ab hoc arbitror omnem allegoricum sacræ Scripturæ sermonem in Ecclesiam promanasse. » Is autem Alexandriæ, ubi natus erat, scripsit, et non solum inter suos, sed etiam inter Christianos celebri nomine ob sacrarum Scripturarum scientiam, et profanarum doctrinarum eruditionem fuit, imo etiam Christianæ religioni nomen dedisse, a quibusdam traditum est. Sane Hieronymus de eo scribit (21), famam fuisse, eum, cum in secunda legatione ad Caium Romam venisset, locutum esse cum apostolo Petro, ejusque habuisse amicitias, et ob hanc causam etiam Marci discipuli Petri, apud Alexandriam sectatores ornasse laudibus; et ante Hieronymum idem de Philone tradiderat Eusebius Cæsariensis, qui doctissimum Judæum magnis laudibus ornat; unde constat quanto nomine et quo in honore ille esset Eusebii quoque ætate apud Christianos: Hic porro, inquit Eusebius (22), vir in dicendo copiosus, in sententiis locuples, in divinæ Scripturæ intelligentia sublimis atque excelsus, variam ac multiplicem sacrorum voluminum expositionem edidit. E Philone igitur, qui ἀνὴρ τὰ πάντα εὔδοξος, ait Josephus (23), non solum in sacris Scripturis excellenter versatus, sed etiam externis disciplinis egregie excultus præclara opera in publicum ediderat, allegoricam sacrarum Scripturarum interpretandarum rationem in Alexandrinam Christianorum scholam aliqua ex parte, et quadamtenus derivatam fuisse, quam verisimillimum esse, nemo, ut puto, negabit.

(18) Tom. II Opp. S. Hieron., p. 90 edit. Paris.
(19) Lib. III, cap. 3, n. 7.
(20) Codice CV.
(21) *De script. eccles.* n. 11.
(22) *Hist. eccl.* lib. II, cap. 18.
(23) *Antiq. Judaic.* cap. 9.

Digitized by Google

XVI. Quod autem schola Alexandrina allegoricam interpretationem secuta sit, argumento esse possunt opera Clementis et Origenis, qui ambo Alexandrinæ scholæ præfuerunt. Quorum primus in sacris Scripturis explicandis sæpissime allegoriis utitur, sed in libris *Stromatum* mysticos Scripturarum sensus potissimum amplexus est; siquidem tria sua præclara opera, *Protrepticon*, *Pædagogon*, et *Stromatum* libros eo ordine, et ratione instituit (24), ut gentilium mystagogorum, ac veterum philosophorum exemplo tres gradus, ἀποκάθαρσιν, μύησιν, ἐποπτείαν referret. Alter vero in allegoriis sectandis adeo nimius fuit, ut etiam hoc nomine a multis reprehendatur. Quare et accurata Hebraicorum nominum interpretatio, et allegorica interpretandi ratio in causa esse non possunt, cur noster Psalmorum commentarius magno Athanasio abjudicetur, sed potius argumento esse debet, cur illum sanctissimo episcopo, cujus nomen præfert, asseramus. Nam utraque intento, ut ita dicam, digito indicare videtur, auctorem commentarii scriptorem Alexandrinum fuisse, Alexandriæ natum, et in Alexandrina schola educatum. Profecto non dissimili ratione, qua Athanasius in suo commentario titulorum interpretationem prosecutus est, nonnullorum psalmorum titulos Origenem quoque explicasse, fidem facit fragmentum commentarii Origenis in Psalmos, quod ex codice Vaticano cum aliis in lucem edidit P. Montfauconius, et suæ *Hexaplorum* editioni præmisit (25); ac proinde de antiquitate usus, ac disciplinæ interpretandi in allegoricum sensum psalmos psalmorumque titulos in schola Alexandrina dubitari nequit.

XVII. Quin imo longe ante Pantæni, Clementis et Origenis ætatem, qui successivis temporibus Alexandrinam scholam rexerunt, allegoricas et mysticas Scripturarum expositiones usu apud Christianos Alexandrinos receptas fuisse, testimonio esse possunt, quæ memoriæ posteritatis tradita sunt de Therapeutis, quorum nomine veteres illos Christianos Marci evangelistæ discipulos significatos fuisse antiqui Patres (26), et plures ex recentioribus scriptoribus existimarunt. Mores enim, et [instituta Therapeutarum referens Philo (27): « Totum vero, inquit, diei spatium, quod ab ortu solis ad vesperum interjacet, in meditatione philosophiæ traducunt. Sacra enim volumina lectitantes philosophantur more patrio præcepta sapientiæ a majoribus tradita allegorice explicando. Quippe existimant verba ipsa nihil aliud esse quam imagines et signa rerum abditarum, quæ per allegorias declarandæ sunt. Sunt etiam apud eos commentarii veterum quorumdam, qui sectæ illius auctores quamplurima eis monumenta doctrinæ illius, quæ in allegoriis posita est, reliquerunt. Quibus isti tanquam exemplaribus utentes morem hunc institutumque imitantur. » Ad hæc autem Philonis verba talia subdit Eusebius (28): « Hæc certe ab eo homine dicta videntur, qui nostras sacras litteras exponentes audiverit. Quos autem, ait, penes illos fuisse veterum quorumdam commentarios, verisimile est, ipsa esse Evangelia, et apostolorum scripta, et expositiones quasdam veterum prophetarum: cujusmodi plures tum in aliis Pauli Epistolis, tum in illa quæ ad Hebræos scripta est, continentur. » At enim Henricus Valesius censet libros Novi Testamenti a Philone haud significari potuisse, cum dicat συγγράμματα παλαιῶν ἀνδρῶν, quales non erant Philonis ætate apostoli et evangelistæ. Ego autem Eusebii sententiam haud prorsus rejiciendam esse puto: nam sæpe παλαιῶν, seu *veterum* nomine intelliguntur, qui una tantum ætate seu generatione (29) nos præcesserunt: et quidem, si in re longe posita a nostra memoria atque ætate, uti conjectura licet, censeo Philonem commentariorum nomine inter alios libros indicare voluisse Evangelium secundum Ægyptios. Nam in eo peculiare quoddam fuisse dicendi genus allegoriis et abstrusis ac mysticis sensibus plenum, fidem faciunt fragmenta quæ ab antiquis scriptoribus ad nostram usque ætatem servata sunt. Ænigmatum enim instar illa sunt quæ ex illo Evangelio laudantur in epistola secunda S. Clementis pontificis Romani, et in libro tertio *Stromatum* alterius Clementis cognominis presbyteri Alexandrini, ex quorum scriptis aliorumque veterum Patrum nobis compertum fit, Evangelio illo, qualecunque fuerit, antiquos illos Christi in Ægypto asseclas usos fuisse. Verum enim postea temporis, cum in universo terrarum orbe fere ad omnium fidelium manus pervenissent quatuor Evangelia, aliæque canonicæ Scripturæ, quæ a sacris evangelistis, et sanctis apostolis θεοπνεύστοις, *a Deo inspiratis*, in fidelis populi utilitatem, et Ecclesiæ ædificationem nobis divini beneficentia tradita sunt; Evangelium illud allegoricum, et fere ænigmaticum, uti exorto et illucescente sole nebulæ dispelluntur, paulatim in desuetudinem abiit, et e fidelium manibus excussum est. Verumtamen posteaquam ex Ecclesia catholica Evangelium secundum Ægyptios eliminatum est, benignos receptores habuit hæreticos; quia cum abstrusos et ambiguos sensus contineret, ad suos astruendos errores obtenebrandamque veritatem, pluribus etiam de suo adjectis suppositisque, opportune eo uti posse censuerunt. Profecto Sabelliani aliique firmum inde

(24) Dan. Heins. in præf. ad Clem. Alex.
(25) Vide hujus *Patrologiæ* tom. XV.
(26) Euseb. *Hist. eccl.* l. v. c. 10; l. vi, c. 14, 15. Hieron. *De vir. illustr.*
(27) *De vit. contempl.*
(28) *Hist. eccl.* lib. ii, c. 17.
(29) Nam γενεὰ est τριακονταετία, *triginta annorum ætas*, ut Porphyrius notat in *Homericis quæstionibus*. Aulus Gellius (lib. ii *Noct. Attic.*, c. 5), codicem *Æneidos* Virgilii, quem sibi Romæ quidam grammaticus emptum in sigillariis xx aureis ostenderat, *mirandæ vetustatis* vocat, et tamen Gellius non adeo longe post Virgilii ætatem vixit.

Digitized by Google

patrocinium, ut ipsi autumabant, vel ad Trinitatis mysterium subvertendum, vel ad legitimas nuptias rejiciendas sibi compararunt. Itaque hinc factum est, ut postea hujus Evangelii a sectariis corrupti et interpolati, in pravosque sensus ejus verbis expositis, tanquam libri apocryphi, et veluti putidæ hæreticorum mercis meminerint S. Epiphanius, S. Hieronymus, Origenes, Titus Bostrensis, Theophylactus (30). Sed eo revertor, unde paulo ante digressus sum.

XVIII. Enimvero non solum Alexandriæ, sed etiam ubique Ecclesiarum Orientis primis Christianæ fidei sæculis allegorica sacrarum Scripturarum interpretatio obtinuit. Et quidem quemadmodum nimius atque immoderatus hujusmodi interpretationis usus, cum scilicet abditis Scripturarum sensibus explicandis minime inservit, sed ea scriptor ad suo indulgendum ingenio abutitur, reprehensione dignus videtur: ita e diverso laude excipiendus est, cum receptis veterum Patrum regulis ac præceptis insistit, et intra suos limites se continet. Itaque duo in hac re scopuli summopere vitandi sunt, in quorum alterum impegisse videntur, qui sequentes mysticos sensus, et allegoricas interpretationes ab historica sacrarum litterarum veritate discesserunt; apud alterum vero misere naufragium fecisse, qui mordicus litterali interpretationi inhærentes, relictis veterum sanctorum Patrum vestigiis, in devia ac prærupta abeuntes in luce divinæ eorum sapientiæ ac cœlestis doctrinæ caligaverunt. Atque ita, clausis ad evangelicum lumen oculis, per humilia reptantes, solum humana ac terrena percipientes, majestatem Dei in Christo Domino animo comprehendere nequiverunt, ideo negare ausi sunt; et sectantes humilitatem litteræ a sublimitate exciderunt Divinitatis. Ex horum numero fuerunt Ebionæi, Paulianistæ, Socinianistæ, aliique istorum sequaces. Quamobrem ne recto itinere relicto, in brevia ac syrtes aberremus, in re tam difficili, tantique momenti omnino servanda a nobis est regula, quam sibi sequendam proposuit sanctus Gregorius Nazianzenus, qui in oratione quadragesima secunda: « Nos, inquit, media quadam via inter eos qui crassiore omnino ingenio sunt, et eos qui nimio contemplationis et anagogiæ studio ducuntur, incedentes, ut nec prorsus inertes ac torpidi maneamus, nec rursus curiosiores simus quam par sit, atque a proposito argumento excidamus et evagemur (alterum enim Judaicum quodammodo et abjectum, alterum ineptum, ac somniorum conjectore dignum, paremque utrumque reprehensionem meretur), ad hunc modum de his rebus pro virium nostrarum modulo non nimis absurde nec ridicule disseremus. » Teneatur etiam altera interpretationis lex a magno Augustino aliisque Patribus tradita, ut tum solum proprietas litteræ relinquatur, si ex litterali intelligentia absurdus Scripturæ sensus, vel catholicæ Ecclesiæ doctrinæ et traditioni contrarius eliciatur. Sin secus, ita mysticum et allegoricum sensum a Patribus probatum sequi placeat, ut proprietas litteræ non repudietur. Verba Augustini in libro VIII, cap. 1 *De Genesi ad litteram*, ubi loquitur de paradiso, talia sunt: « Sane si nullo modo possent salva fide veritatis ea, quæ corporaliter hic nominata sunt, corporaliter etiam accipi, quid aliud remaneret, nisi ut ea potius figurate dicta intelligeremus, quam Scripturam sanctam impie culparemus? Porro autem si non solum non impediunt, verum etiam solidius asserunt divini eloquii narrationem hæc etiam corporaliter intellecta, nemo erit, ut opinor, tam infideliter pertinax, qui, cum ea secundum regulam fidei exposita proprie viderit, malit in propria remanere sententia, si forte illi visa fuerant, nonnisi figurate posse accipi. » Demum ad hæc et illud addendum puto, quod docet beatus Joannes Chrysostomus, omnium qui unquam fuerunt aut sunt Scripturarum interpretes, præstantissimus, et quod omnes præ oculis habere debent, qui sacras Scripturas interpretari aut legere aggrediuntur: « Neque enim, inquit (31), sapientia humana opus habet divina Scriptura, ut ea quæ scripta sunt, intelligantur, sed revelatione Spiritus, ut verum sensum eorum quæ in illis continentur, percipientes, magnam inde referamus utilitatem. »

XIX. Cæterum mysticus seu allegoricus Scripturarum sensus auctoritate Novi Testamenti innititur. Passim enim occurrunt in Evangeliis et canonicis Epistolis mystici sacræ Scripturæ sensus et allegoricæ explicationes. Quare magnus Gregorius exponens Romano populo parabolam illam de homine qui exiverat ad seminandum, recte aiebat: « Si nos vobis semen verbum, agrum mundum, volucres dæmonia, spinas divitias significare diceremus, ad credendum nobis mens forsitan vestra dubitaret; unde et idem Dominus per semetipsum dignatus est exponere quod dicebat, ut sciatis rerum significationes quærere in iis etiam quæ per semetipsum noluit explicare. Exponendo ergo quod dixit, figurate se loqui innotuit, quatenus certos vos redderet, cum vobis nostra fragilitas verborum illius figuras aperiret. » Et quidem quis unquam sibi persuaderet per duos Abrahæ filios, quorum unus natus est de ancilla, alter de libera, duo Testamenta significari, unum quidem in monte Sina in servitutem generans; alterum vero in libertatem filiorum Dei, qua Christus nos donavit [1]? Quis crederet per sacerdotem Melchisedech æternum pontificem Christum Dominum [2], per tabernaculum cœlum [3], per sanguinem hircorum, et vitulorum sanguinem ejusdem Christi Domini, per Sancta sanctorum interius cœli aditum adumbratum fuisse [4]? Quis in animum

[1] Galat. IV, 22, 23, seqq. [2] Hebr. VIII, 1 seqq. [3] Hebr. VIII, 5 seqq. [4] Hebr. IX, 5, 11 seqq.

(30) Epiph. hær. LXXII, cap. 2; Hier. præf. hom. *in Matth.*; Orig. hom. *in Luc.*; Tit. Bostren., Theoph. *ad pr. Luc.*

(31) Hom. *in Genes.*

Digitized by Google

suum induceret per animalia, quorum sanguis inferebatur pro peccato in Sancta per pontificem, corpora autem cremabantur extra castra, indicatum esse Jesum, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam civitatis Jerusalem passurum esse; nisi hæc divina et admiranda mysteria nobis apostolus Paulus aperiret[5]? Cujus in mentem unquam venisset, per Adam, qui immisso a Domino sopore, et per Evam, quam ex dormientis costa in mulierem Deus ædificavit[6], et de qua dictum est[7]: *Quamobrem relinquet homo patrem suum, et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una:* Christum significari et Ecclesiam, quæ ex latere Christi Domini sanguine et aqua fluente obdormientis in cruce, immisso voluntariæ mortis sopore, efformata est, et sanguine ipsius redempta, et aqua baptismi sanctificata, ob quam reliquit (52) æternum suum Patrem, descendens ipse de cœlo, ut humanam carnem susciperet, et deseruit matrem, nempe ingratam et incredulam Synagogam, unde originem, ut homo, ducebat, ut scilicet adhæreret Ecclesiæ fidelium, et ejus caput exsistens mysticum illud corpus efformaret; nisi idem beatus apostolus admiratione obstupefactus ad illa verba clamans diceret: *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, et in Ecclesia*[8]. Quis hæc, et plurima alia, quæ in divinis Pauli litteris continentur, unquam crederet, nisi ea nos beatus apostolus edoceret? Neque ideo Origenes reprehenditur ab Eustathio martyre Antiocheno (33), a magno Basilio (34), Joanne Chrysostomo (35), Epiphanio, Theophilo, Hieronymo (36), aliisque, quod spiritalem Scripturarum sensum exposuerit, vel quod ingenii solertia caruerit, qua mysticos, quos revera complectitur Scriptura sensus, investigaret; sed quod ea in re nimium ingenio suo indulserit, et spreto litterali sensu allegorias quæsierit locis propemodum innumeris, a quibus prorsus alienæ sunt.

XX. Et quidem veteres Ecclesiæ doctores etiam ubi sacris Scripturis explicandis litteralem potius sensum quam allegoricum secuti sunt, spiritalem tamen ac mysticum agnoscunt ac probant, et primum corpori, alterum vero animæ comparant. Tertullianus agens de Oratione Dominica (37): « Quanquam, inquit, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, spiritaliter potius intelligamus. Christus enim panis noster est, quia vita Christus, et vita panis, etc. Itaque petendo panem quotidianum, perpetuitatem postulamus in Christo, et individuitatem a corpore ejus. Sed et quia carnaliter admittitur ista vox, non sine religione potest fieri et spiritalis disciplinæ. Panem enim peti mandat, quod solum fidelibus necessarium est; cætera enim nationes requirunt. Ubi dictione illa *spiritaliter* allegoricum et mysticum verborum sensum, illa vero *carnaliter* litteralem significat. » Nec dissimiliter sanctissimus martyr Cyprianus Tertullianum, quem magistrum vocabat, secutus, loquens de eadem Orationis Dominicæ petitione (38): « Quod potest, ait, et spiritaliter, et simpliciter intelligi: quia et uterque intellectus utilitate divina proficit ad salutem. Nam panis vitæ Christus est, et panis hic omnium non est, sed noster est, etc. Potest vero et sic intelligi, ut qui sæculo renuntiavimus, et divitias ejus, et pompas fide gratiæ spiritualis abjecimus, cibum nobis tantum petamus et victum. » Quibuscum consentit beatus Augustinus (39), qui loquens de paradiso ab Origene ejusque discipulis non proprie, sed figurate intellecto: « Quasi propterea, inquit, non potuerit esse paradisus corporalis, quia potest etiam spiritalis intelligi? Tanquam ideo non fuerint duæ mulieres, Agar et Sara, et ex illis duo filii Abrahæ, unus de ancilla, et alius de libera; quia duo testamenta in eis figurata dicit Apostolus; aut ideo de nulla petra, Moyse percutiente, aqua defluxerit, quia potest illic figurata significatione etiam Christus intelligi, eodem Apostolo dicente: *Petra autem erat Christus*[8*]. Nemo itaque prohibet intelligere paradisum, vitam beatorum; quatuor ejus flumina, quatuor virtutes, etc. Hæc et si qua alia commodius dici possunt de intelligendo spiritaliter paradiso, nemine prohibente, dicantur: dum tamen illius historiæ veritas fidelissima rerum gestarum narratione commendata teneatur. » His autem addi possunt cæteri omnes Patres quotquot in Ecclesia Dei floruerunt ab exortu Christianæ fidei ad postrema usque et ætati nostræ propiora sæcula. Quamobrem tantum abest, ut nostra Psalmorum translatio, seu interpretatio, qua Psalmorum verba de Christo et Ecclesia explicantur, Athanasio, cujus nomen inscriptum est, adimi debeat, vel tanquam inepta ac puerilis a sensatis viris et in

[5] Hebr. XIII, 11, 12. [6] Genes. II, 21. [7] ibid. 24. [8] Ephes. V, 32. [8*] I Cor. X, 4.

(52) *Si ergo Christus adhæsit Ecclesiæ, ut essent duo in carne una, quomodo reliquit Patrem? quomodo matrem? Reliquit Patrem, quia « cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens. » Hoc est enim, reliquit Patrem, non quia deseruit et recessit a Patre; sed quia non ea in forma apparuit hominibus, in qua æqualis est Patri. Quomodo reliquit matrem? relinquendo Synagogam Judæorum, de qua secundum carnem natus est; et inhærendo Ecclesiæ, quam ex omnibus gentibus congregavit.* S. Aug. tract. IX, *in cap.* II *Joan.*, n. 10.

(33) In serm. *De ventriloqua, seu Pythonissa.*

(34) Hom. 5, *in Hexaemeron.*, n. 9.

(35) Hom. 15 *in Genesim.*

(36) Hieron. *ep.* 58 *ad Pammach.*; in præf. lib. V Comment. *in Isaiam*, et præfat. *in Malach.*

(37) Cap. 6.

(38) In expl. Orat. Dom.

(39) Lib. XIII *De civit. Dei*, c. 21.

Digitized by Google

ecclesiasticis studiis et Christiana pietate excultis eadem contemni, quin potius reor argumentum hinc recte sumi posse ut sanctissimo Doctori adjudicetur.

XXI. Cardinalis Thomasius, vir et eruditione et morum sanctitate illustris, allegoricos Psalmorum sensus Christianos sensus vocat in præfatione ad Psalterium, quod cum Latina interpretatione ab eo elaborata in publicam utilitatem emisit : « Porro, inquit, ne aliqua saltem deesset vel brevis manuductio ad secretiora mysteria, sensaque Psalmorum tum de Christo et ipsius corpore Ecclesia universa, et particularibus hujus corporis, sive collegii membris, id est fidelibus, tum etiam de cœlesti patria, quos sensus recte appellaveris sensus Christianos, patefactos nobis, tanquam scisso templi velo, morte Christi, qui apostolis aperuit sensum, ut intelligerent Scripturas, et quæ scripta sunt in Lege Moysi, et Prophetis, et Psalmis de ipso, » etc. Ita recte ac sapienter pius et doctus cardinalis ex veterum Patrum doctrina de allegorico et spiritali Psalmorum et sacræ Scripturæ sensu locutus est. Nam Origenes in libro *De principiis* (40) arguens eos qui ex circumcisione erant, quod in Salvatorem nostrum non crediderunt, sed in varios errores lapsi sunt, quia sacras Scripturas non secundum spiritalem sensum, sed secundum litteræ sonum interpretantes in via veritatis voluntario casu cæcutierunt : « Iis autem omnibus nulla, inquit, falsarum opinionum, nulla impietatis et stolidorum de Deo sermonum causa esse alia videtur, quam Scriptura non secundum spiritualem sensum intellecta, sed secundum litteralem accepta. Quapropter iis qui persuasum habent sacros libros non hominum esse commentarios, sed sancti Spiritus afflatu, voluntate Dei parentis universorum per Jesum Christum scriptos esse et ad nos pervenisse, qua via in eorum lectione insistendum esse nobis videatur, indicare conabimur, servata cœlestis secundum successionem apostolorum Ecclesiæ Jesu Christi regula. Et esse quidem mysticas quasdam dispensationes, quas divinæ Scripturæ indicant, etiam simpliciores fidelium credunt. » Ad hæc autem Origenis verba apposite subjicit Carolus de Larue (41) : « Nihil his verbis accuratius. Generale illud principium, quod mysticos in Veteri Testamento sensus ponit, apostolicæ doctrinæ pars est, et veritas certa, quæ ministerio pastorum ad nos usque pervenit. »

XXII. Profecto dubitari nequit omnia quæ in Veteri Testamento vel scripta, vel gesta fuerunt, in figura fuisse rerum quæ in Novo fieri aut contingere debebant, eaque respicere personam Messiæ, ejusque Passionem, Resurrectionem, et humani generis redemptionem, evangelicæ doctrinæ propagationem, gentilium conversionem, et quæcunque alia, quæ ad ejus divinam personam et dispensationem seu οἰκονομίαν pertinent. Quare si in explicandis Scripturis omnia ad Christum ejusque Ecclesiam prudenter referantur, neque erroris, neque ineptiæ id accusari debet, cum illa hoc consilio, et hac mente, Spiritu sancto dictante, scripta sint. Et quidem huc pertinere videntur verba illa apostoli Pauli, omnia scripta fuisse ad nostram institutionem : *Quæcunque enim*, ait, *scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt* [9]. Et de spirituali ac sublimiori Scripturarum intelligentia non improbabiliter ab aliquibus accipiuntur verba S. Lucæ, quibus refert Christum Dominum post resurrectionem suam apostolos ad Scripturas intelligendas instituisse : *Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas* [10]. Ad hæc enim evangelistæ verba respiciens S. Leo scribebat ad Flavianum in præclara illa epistola contra Eutychetem : « Donato intelligentiæ lumine, sacrarum Scripturarum occulta pandebat. » Origenes autem in eumdem sensum interpretatur verba illa Joannis : *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem* [11]. Respondens enim conviciis ac calumniis Celsi impii philosophi, sanctæque nostræ religionis irrisoris, ad locum illum evangelistæ hæc subjicit (42) : « Hic quærimus quænam fuerint multa illa, quæ Jesus discipulis suis dicere habebat, et quæ tum portare non poterant. Et dico : Forte quia Judæi erant apostoli, et Mosaica lege secundum litteram accepta innutriti, hæc fuerunt, quæ illis dicere habebat : Quænam esset vera lex, quarum rerum cœlestium umbra, signisque cultus Judaicus constaret ; quæ futura bona præscripti de cibo, et potu, de festis, neomeniis et Sabbatis ritus adumbrarent. » Et quoniam furcifer ille affirmabat Scripturas nostras non posse allegoriam pati, reponit Origenes (43) : « Fortasse probabile quid dici ab eo videretur, si Scripturas allegoriis interpretari inventum esset recens. Cum autem id fecerint vel ipsi dogmatum parentes et scriptores, quid aliud cogitandum est, quam illa fuisse scripta sic, ut eorum præcipua mens in allegoriis contineatur. »

XXIII. Quod vero propius rem nostram attingit, nempe rationem interpretandi Psalmos de Christo Domino et Ecclesia, primis Christianæ fidei temporibus ubique receptam, et probatam fuisse, locupletissimum nobis testimonium perhibent non solum Ecclesiæ Orientalis scriptores ; verum etiam multi inter Oc-

[9] Rom. xv, 4. [10] Luc. xxiv, 39. [11] Joan. xvi, 12.

(40) Lib. iv, n. 9.
(41) Præfat. in tom. II Orig., art. 5.
(42) *Contra Cels.* l. ii, n. 2.
(43) Ibid., lib. iv, n. 49.

Digitized by Google

cidentales, sed omnium instar unus sit Hilarius doctrina et sanctitate rebusque gestis scriptisque insignis, Athanasio coævus, et amicitia et fœdere adversus fidei hostes conjunctus, qui in præfatione commentariorum quos *in Psalmos* composuit, talia scribit : « Non est vero ambigendum, ea quæ in Psalmis dicta sunt, secundum evangelicam prædicationem intelligi oportere ; ut ex quacunque licet persona prophetiæ Spiritus sit locutus, sit tamen totum illud ad cognitionem adventus Domini nostri Jesu Christi, et corporationis, et Passionis, et regni, et ad resurrectionis nostræ gloriam, virtutemque referatur. » Hilario, cæteris omissis, quia longum esset omnes referre, unum adjungam Augustinum (44), qui : « Vix est, inquit, ut in Psalmis invenias voces nisi Christi et Ecclesiæ, aut Christi tantum, aut Ecclesiæ tantum. » Itaque nemini dubium esse debet tam Orientalis quam Occidentalis Ecclesiæ Patres, qui primis Christianæ fidei sæculis floruerunt, spiritalem sacrarum Scripturarum sensum potissimum sibi exponendum proposuisse, præsertim in Psalmorum libris, in quibus multa vix aliter quam de Christo et Ecclesia explicari possunt. Qua in re exemplum habebant et Christi Domini, et apostolorum, qui et in Evangelio, et in canonicis epistolis plura loca Veteris Testamenti in mysticum sensum, ut antea dixi, interpretati sunt.

XXIV. Et quidem ante Christi adventum Synagoga ipsa utrumque sensum et spiritalem et litteralem agnovit, quorum primo Pharisæi, alteri vero Sadducæi studuisse videntur, licet utrique Scripturas falsis interpretationibus, divinæ veritati fabulas suas subjicientes, corruperint. Profecto plures doctissimi viri in arcanis Judæorum disciplinis ac litteris versati, censuerunt fieri non potuisse, ut omni careret fundamento Kabala Judaica (45), fœdissime licet corrupta et adulterata. Antiquis enim fabulis vulgo concedi solet aliquid veri loco fundamenti subesse : neque verisimile esse e nihilo provenisse famam et existimationem doctrinæ Kabalisticæ, a tot sæculis sermonibus hominum agitatæ. Quibus auctor quidam rerum Judaicarum peritus addit (46), si Kabala aliqua a sanctis viris et prophetis exculta et conservata sit, et si Sephiroth qua forma nunc pingi solent, vere fuerint illius Kabalæ compendium, non aliud fuisse ejus argumentum quam doctrinam gratiæ Ecclesiæ a Deo revelatam : et Sephiroth, adjungit alius scriptor Rabbinicis rebus eruditus (47), ea figura picta, qua delineari solent, exhibere speciem corporis humani, unde nobis Messiam regem, et hominem Deum repræsentari, cujus divinas virtutes et perfectiones in suo regno et persona manifestandas summatim contineri decem illis Sephiroth, nempe coronam, sapientiam, intelligentiam seu bonitatem, magnificentiam, severitatem, gloriam, victoriam, majestatem, fundamentum, regnum. Et Reuchlinus lib. II *Kabalæ :* « Antiqui Hebræi, inquit, tres istas supremas Sephiras cognoverunt in אין סוף *en soph* in Deo reperiri coæternas et consubstantiales Deo, quas ob vocum indigentias tres luces vocaverunt, de quibus aliquod vestigium habemus apud Joannem, qui de Verbo æterno testatur vers. 9, quod *erat lux vera,* » etc. Post hæc autem Reuchlini verba ita prosequitur Bartoloccius (48) : « De his lucibus earumque reali distinctione inter se, et processione unius ab altera, et identificatione cum essentia divina conspicue et diserte egit doctissimus episcopus Marsicensis Joseph Ciantes in suo libello *De sanctissima Trinitate contra Judæos*. Quibus rite intellectis (loquitur de decem illis Sephiroth), nihil video in ea doctrina aliquid contra sanam doctrinam, imo omnia consona esse Ecclesiæ catholicæ, et cum iis quæ docentur a theologis convenire. Verum tamen est, quod moderni Kabalistæ, ut mysteriis religionis Christianæ omni spiritu se opponant, totam œconomiam Sephirarum suis vanis commentationibus, et chimericis atque inanibus nominibus inficiunt, quæ ex certis sacræ Scripturæ locis, juxta artem, quam modernorum Hebræorum Kabalistæ tradunt, eliciuntur. » Verum quidquid sit de Rabbinicis hisce figuris, quas Sephiroth seu Sephiras, quod nomen numerationem seu personam significat, vocant, illud certum est, hujus vocis *Kabalæ*, ut observavit Joannes Morinus (49), triplicem esse apud inferioris ætatis Hebræos significationem : primo sumitur pro traditionibus, quas vocare solent legem oralem, quæ *Talmude* continetur (50) ; secundo pro rabbinorum et doctorum a

(44) Ad psal. LIII.

(45) Hebraice הקבלה, *Hakabalà*, Latine *traditio.*

(46) Burnet, *Archæolog. philosoph.;* auct. *Kabal. denua.* part. II.

(47) Vitring. *Obser. sac.* l. I, dissert. 2, *De Sephiroth Kabalist.*

(48) *Bibl. Rabbin.*, parte IV, pag. 232.

(49) *Exercit.* lib. II, exerc. 9, cap. 5.

(50) Rabbenù Hakkadosc, qui temporibus Antonini Pii, M. Aurelii, L. Veri, et Commodi imperatorum inter suos maxime claruit, priscorum sapientum Judæorum, ut rabbini tradunt, schedulas omnes, quibus memoriæ juvandæ causa, תורת שבעל פה *Thorath Scebaàl Pe*, oralis lex scripta erat, diligenter collegit, et ex iis circa annos Domini 189 et 194 volumen composuit, quod ab ipso משנה *Miscnà*, hoc est *repetitio legis* inscriptum est. Alia autem opuscula, quæ a priscis rabbinis, post rabbinum Hakkadosc composita sunt, veniunt sub nomine *Miscnayoth*, et vocantur *Baraycthoth*, nempe extraneæ traditiones, quarum lectionem una cum *Miscnà* conjungunt Hebræi. Totum autem istud jus Judaicum, seu legis repetitio duabus partibus coalescit *Miscnà* et *Ghemarà*. Miscnà est purus et primarius textus, quo summatim et veluti per aphorismos hujusmodi lex repetita seu jus Judaicum exhibetur. גמרא *Ghemarà* vero, quæ ita dicta est tanquam legis oralis perfectio, absolutio et consummatio, est altera pars, qua *Miscnæ* variæ explicationes et variarum opinionum discussiones conti-

Digitized by Google

Moyse in hæc usque tempora successione; tertio Kabala dicitur doctrina quædam mystica ex variis nominum divinorum combinationibus et resolutionibus litterarum alphabeti vario situ, permutatione, decussatione, decem Sephiroth, sive Dei attributis varie inter se comparatis, aliisque ejusmodi næniis orta et ernta. Ita Morinus. Et quoniam Kabalæ nomen, ut dictum est, proprie significat legem seu doctrinam a majoribus ore traditam, distingui etiam ea solet in veterem ac recentiorem. Recentior quidem, quæ in priscis rabbinorum scholis ortum et principium habuit, nihil aliud est, ut aliqui putant, quam philosophia Pythagorica, quatenus Pythagoræ dogmata posteritati innotuere, sive Platonica de Deo et rebus spiritalibus ex Scriptura illustrata, et ænigmatice ac symbolice proposita; vel potius sanctarum Scripturarum theologia symbolis Platonicorum et Pythagoricorum ænigmatibus, et rabbinorum fabulis ac puerilibus tricis obscurata. Hæc Kabalistarum libris continetur, et ad eam illustrandam incubuerunt Joannes Carolus Saracenus, Picus Mirandulanus, Joannes Reuchlinus, Paulus Riccius et auctor anonymus librorum *Kabalæ denudatæ;* cui et alia Kabalæ species posteriorum rabbinorum propria adjungenda videtur, si non tempore æqualis, certe non multo illa inferior, de qua præter Morinum a me nuper laudatum, aliosque scriptores Bartoloccius pluribus in locis suæ *Bibliothecæ Rabbinicæ* meminit, eamque detestatur his verbis: « Auctores infamis illius artis quam kabalisticam appellant, et per quam profani homines, qui kabalistæ inter Judæos dici voluere, totam sacram Scripturam litterarum permutationibus, valoribus numericis pro elementis alphabetariis acceptis, dictionibus integris in numeros resolutis, et in alium omnino usum diversum, et quandoque contrarium, et diametrice oppositum ipsi sacræ Scripturæ, ausu prorsum temerario et omnino damnando, eamdem sacram paginam deturpare conati sunt. » Altera vero antiquior est, quæ ante Christum natum inter viros vera Scripturarum scientia instructos obtinuit (51), quæque versabatur in intelligendo mystico Scripturarum sensu, et longe sublimiori illo, qui ex litterali et naturali verborum intellectu legenti occurrit: et hanc quidem scientiam fuisse, aiunt, prophetarum et sanctorum Veteris Testamenti a Moyse, et a Deo ipso servis suis traditam, quæ non solum versabatur circa allegoricos et mysticos sacrarum Scripturarum sensus, sed etiam complectebatur dogmata præcipua fidei Judaicæ de veneranda in Deo Trinitate, de adventu Messiæ, atque humani generis redemptione, animarum immortalitate atque aliis hujusmodi, quæ difficile ex verbo divino non adhuc aperte tradito, intelligi poterant.

XXV. Profecto Christus Dominus et apostoli quibusdam Veteris Testamenti locis usi sunt ad confirmandam veritatem, qui, licet ex proprio litterali sensu ad probandum id quod intendebant, suam vim haberent atque auctoritatem, longe tamen majus eis pondus accedebat ex traditione prophetarum et sanctorum veterum, unde constabat illos ad Messiam respicere, atque in illis de Redemptore agi. Quæ quidem, traditione seclusa, minoris ponderis et levioris auctoritatis apud eos fuissent, et nunc hujusmodi esse forte quibusdam videri poterunt, qui non satis animum intendunt ad tempus, et locum, et personas, quibus illa prolata sunt. Profecto, quæ de mystico et allegorico Scripturarum sensu et doctrina apud Veteris Testamenti Patres per manus, ut ita dicam, tradita dicta sunt, fidem ac probationem accipere videntur ex verbis Hilarii (52): « Qui Moyses, ait, quamvis Veteris Testamenti verba in litteris condidisset, tamen separatim quædam ex occultis legis secretiora mysteria Septuaginta senioribus, qui doctores deinceps manerent, intimaverat. Cujus doctrinæ etiam Dominus in Evangeliis meminit dicens: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ et Pharisæi: omnia quæcunque dixerint vobis servate et facite, secundum] vero facta eorum nolite facere.* Doctrina ergo horum mansit in posterum, quæ ab ipso scriptore legis accepta in hoc seniorum officio et numero conservata est (53). »

nentur. Ex *Ghemarà* autem juncta *Miscnæ* תלמוד, *Talmud*, quæ vox *doctrinam* significat, constituitur. *Talmud* vero duplex est, alterum est Babylonicum, alterum vero Hierosolymitanum. Babylonici auctor fuit Raù Ascè, Babylonicus, et quia morte præventus opus perficere nequivit, postea absolutum est a Marimar, et a Mar filio Raù Ascè, circa annum Domini 500 aut 505; Hierosolymitanum vero, quod est commentarium super nonnullos, non autem super omnes *Miscnæ* libros, ex diversis rabbinorum sententiis collectum in terra Israelitica pro iis præsertim, qui eam regionem incolebant, circa annum Domini 368 scripsit Rabbi Jochanaù dialecto Hierosolymitana; et ideo Hierosolymitanum dictum est. De utroque *Talmud* plura videri poterunt apud Bartoloccium in sua *Bibliotheca Rabbinica*, ubi fuse et multifaria eruditione hisce de rebus pertractat.

(51) Rich. Sim. *Crit. Vet. Testam.*, et *in Litt. resp. ad animadvers. Claud. de Veil.*; Cunæus *De Republ. Hebr.*, lib. III, cap. 8.

(52) Com. *in Psal.* II, n. 2.

(53) Verum enim summopere cavendum est a recentiorum rabbinorum commentis, qui hujusmodi historia et traditione, quam nobis prodit Hilarius, abutuntur in suas nænias et fabulas confirmandas, et ad eas simplicioribus obtrudendas. Fabulantur enim rabbinici doctores, Deum in monte Sina præter legem scriptam alia plura oretenus Moysi tradidisse, quæ *Legis oralis* nomine complectuntur; Moysen autem Josue, Josue vero septuaginta senioribus, seniores prophetis, prophetas viris Synagogæ magnæ, quorum ultimum Simeonem, cognomento Justum, non tamen illum, qui puerum Jesum in ulnis suscepit, sed alium multo antiquiorem, tempore Alexandri Magni, Antigono Sochæo, et aliis subsequentibus viris synedrii magni, et sic deinceps usque ad Rabbenù Hakkadosc, qui ne omnino oblivioni traderentur, ac perirent, schedulas priscorum sapientum, ut ipsi affirmant, huc illuc dispersas

Digitized by Google

XXVI. At vero si rem totam præ oculis positam attentius intueamur, et quæ in Veteri Testamento scripta et quæ in Novo, et quæ a majoribus accepta nobisque tradita sint, diligentius consideremus, nemo erit, ut puto, qui facile animum suum inducat, ut credat, Moysen, prophetas, atque alios veteris legis magistros et sanctitate et scientia præstantes aliquam certam Scripturas allegorice interpretandi rationem seu doctrinam a Deo accepisse, quæ *Kabala* nominanda sit; sed potius generatim eis compertum fuisse in simplicioribus sacrarum Scripturarum verbis arcanos et sublimiores sensus reconditos esse, quos, quantum in se erat, rimati sunt atque investigaverunt. Illis autem non tam suo labore atque industria, quam summa omnipotentis Dei benignitate magis, minusque pro personarum conditione, Spiritu sancto edocente, qui spirat ubi vult, aliqua revelata fuisse, alia vero per manus quodammodo accepisse ex traditione majorum, qui similiter cœlestia mysteria velamine verborum occultata ex parte aliqua assecuti sunt. Cæterum intueri, sublato velamine, divina et superna mysteria, et dispulsis figurarum tenebris, arcanos Scripturarum sensus introspicere, ad id tempus servatum est, quo splendor Patris, lux mundi populis jacentibus in tenebris et umbra mortis exoriretur in terris. Huc autem spectare videntur verba Apostoli in Epistola ad Corinthios: *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est, qui et idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti, non littera, sed spiritu: littera enim occidit, spiritus autem vivificat* [11]; et paulo inferius: *Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem ejus, quod evacuatur: sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem id ipsum velamen in lectione Veteris Testamenti manet non revelatum (quoniam in Christo evacuatur), sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum... Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini speculantes in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu* [12]. Ad illa autem Apostoli verba de velamine super cor Judæorum, cum legitur Moyses, ita commentatur Origenes refellens Celsum (54), qui, Judæorum sensus eosdem esse ac Christianorum in sanctis Scripturis interpretandis, temere affirmabat. « Dicemus, inquit, in confesso esse apud utrosque, libros divino Spiritu fuisse scriptos; de illorum autem librorum interpretatione nos cum Judæis dissentire. Quippe non ut Judæi vivimus, negamusque mentem legis contineri sensu, quem legum littera præ se fert. Quinimo affirmamus, cum legitur Moyses, velamen positum esse super cor eorum, eam ob causam, quia legis Mosaicæ mens occultatur iis, qui viam a Jesu Christo monstratam ingredi recusarunt. Scimus autem, quando se quis ad Dominum, qui Spiritus est, converterit, velamen auferri, eumque *retecta facie Domini gloriam, velut in speculo, intueri* in illis sensibus, quos littera legis abscondebat, et in suam ipsius gloriam gloriæ divinæ participem fieri. Nam id, quod hic per figuram vocatur *facies*, aperte loquenti est intellectus, in quo est interioris hominis facies, quæ, perspecto vero legum sensu, tota lumine et gloria resplendet. » Quamobrem juxta verba beati Apostoli spiritalis sacrarum Scripturarum intelligentia, et sublimioris illarum sensus perfecta prorsus atque absoluta cognitio revera solis apostolis, sanctisque Patribus, et Ecclesiæ Dei vivi, quæ est columna, et firmamentum veritatis [13], et ad quam ex apostolica traditione dimanavit, tribui debet. Nam ex iis quæ circa Christum Dominum contigerunt, magna lux sacræ Scripturæ, et præcipue propheticis oraculis allata est. Præterea Christus postquam in cœlum ascendit, Spiritum sanctum, quem promiserat apostolis, misit, qui doceret eos omnem veritatem; ideo docente Spiritu veritatis pervenire apostoli potuerunt ad allegoricum seu spiritalem sacrarum Scripturarum sensum percipiendum, et eo pertingere quo Patribus Veteris Testamenti et magnis prophetis penetrare non licuit.

XXVII. Apostolorum igitur exemplo excitatos, eorumque vestigiis et doctrinæ inhærentes vetustissimos orientalis Ecclesiæ Patres mystico Scripturarum, sensui aperiendo potissimum studuisse, fidem faciunt, ut superius dixi, præter Origenem et Clementem Alexandrinum epistola quæ Barnabæ ascribitur; Commentaria *in quatuor Evangelia* Theophili episcopi Antiocheni, vel alterius antiqui scriptoris, qui Evangelium mystica interpretatione explicat, tum etiam Hebraica nomina quæ in Novo Testamento continentur diligenter interpretatur, et allegoricum sensum pie ac solerter exponit; tum alia ejusdem Theophili aliorumque veterum Ecclesiæ Patrum opuscula quæ ad nos pervenerunt. Cur autem antiqui Orientis Patres in perscrutando mystico seu spiritali Scripturarum sensu adeo diligentes et assidui fuerint, duplici ex causa evenisse, quisque, ut reor, judicabit. Prima, quia hujusmodi interpretationem aptiorem existima-

[11] II Cor. III, 3, 6. [12] ibid. 13-18. [13] I Tim. III, 15.

collegit, librumque *Miscnà* confecit, a quo cum *Ghemarà* conjuncto *Talmud* componitur. *Talmud* autem Hebræi æque ac sacram Scripturam magni faciunt; imo etiam præferunt. Est autem liber plenus ridiculis et putidis fabulis, superstitionibus, blasphemiis et impietatibus refertus, ut merito pluries fuerit a Romanis pontificibus proscriptus, et igni damnatus, et longe antea ab imperatore Justiniano ejus lectio Hebræis interdicta videtur in novella 146, tit. *De Hebræis*, verbis illis: « Quæ vero Deuterosis, quasi secundaria eruditio ab ipsis dicitur, in universum interdicimus, ut qui sacris libris comprehensa non sit, neque desuper tradita per prophetas, sed excerpta quædam virorum contineat, qui terrena duntaxat loquantur, neque quidquam in se divini habeant Numinis, etc.

(54) Orig. *contra Cels.* lib. v, n. 60.

Digitized by Google

bant ad alendam fidelium pietatem et magis accommodatam Christianæ religioni, quæ adoratores exigit in spiritu et veritate; tum etiam quia omnino necessariam esse censebant rectam Scripturarum intelligentiam, cum quædam in Veteri Testamento occurrant, quæ nisi spiritalis interpretatio adhibeatur in absurdum sensum accipi possunt. Altera autem haud dubie ea est, quia per id tempus exorta erat hæresis Gnosticorum, qui catholicorum magistros et doctores, veluti rudes atque imperitos traducentes, specie quadam sublimioris scientiæ ad se alliciebant Christianos, et novis allegoricis interpretationibus adulterantes Scripturas, fabulas suas pro nova quadam reconditaque doctrina venditabant, et non secus ac Pharisæi in veteri lege errores suos ac deliramenta simplicioribus obtrudebant. Profecto Gnosticorum hæresis a Pharisæorum fermento, a quo ut caverent, apostolos monuit Christus Dominus, originem suam ducebat. Neque enim Gnosticorum pseudo-theologia aliud erat, ut etiam alii observarunt, quam philosophia Pythagorica, atque etiam Platonica, ut ab Hebræis kabalistis exposita et interpolata est, et pluribus additis, inversis, amputatis, non parum immutata. Nam Judæorum Kabala, de qua plura superius dixi, quemadmodum et primis Ecclesiæ sæculis a rabbinis tradebatur, atque etiamnum a nonnullis rabbinicarum traditionum magistris traditur (55), agit potissimum de rerum origine et ratione, ac modo generationis seu progressionis et fluxus rerum a primo *ente*, et de earumdem rerum gradibus descensuque a summis ad ima. Non autem dissimile fuit Gnosticæ pseudo-theologiæ argumentum, ut videre licet apud Irenæum et apud Epiphanium, aliosque veteres Ecclesiæ scriptores. Non tam Gnosticos quam veteres Kabalistas circa duos potissimum versatos fuisse (56), ex veterum scriptis, quæ ad nos pervenerunt, comperitur. Primum, ut fabulosis suis commentis exponerent, quo ordine, et qua serie res omnes a Deo sint, tanquam a prima causa, quæ necessario exsistit; secundum, ut ostenderent causam primam et originem mali. Quod de Gnosticis manifesto constat ex ejusdem sancti Irenæi libris *Adversus hæreses*, ubi refert impii Valentini errores. De Kabalistis vero ex eorum libris qui ad nos pervenerunt, et quibus explicandis non solum ipsi Judæi, sed etiam aliqui eruditi viri ex Christianis inanibus variæ scientiæ promissis decepti, ex ænigmaticis sensibus ac præstigiis illusi allaborarunt. Profecto primi Gnosticorum hæresis auctores Judæi fuerunt, ac proinde in kabalisticis fabulis et ænigmatibus versati. Itaque nil mirum est si Gnostici, suorum magistrorum ænigmatica doctrina imbuti, sacras Scripturas ænigmatibus atque ambagibus verborum, mysticis atque alienis sensibus interpretarentur, et Dei Verbum fabulosis suis commentis corrumperent. Quamobrem antiqui illi primorum sæculorum Patres, ut Gnosticorum impietatem et audaciam in adulterina ac perversa Verbi Dei interpretatione rudibus ac simplicibus obtrudenda coercerent, et pestiferæ eorum doctrinæ clanculum serpenti obviam irent, investigando potissimum sacrarum Scripturarum mystico sensui studium omne ac diligentiam adhibuerunt et summopere curarunt, quod pastoralis eorum muneris præcipuum erat, ut Scripturarum allegorico sensu juxta Ecclesiæ ab apostolis acceptam doctrinam, et prædecessorum regulas exposito, Gnosticorum commentis ac fabulis spiritalis interpretationis veritatem opponerent. Quæ cum ita sint, ut paucis concludam, neminem esse puto, qui non intelligat, explicationem Hebraicorum nominum et allegoricam Scripturarum interpretationem et patriæ atque instituto Athanasii, tum etiam ejus ætati ac doctrinæ admodum consentaneam esse, minimeque adversari.

XXVIII. Verum per eadem tempora, quibus claruit Athanasius, exorta impii Arii hæresi, necesse fuit accuratius litteralem Scripturarum sensum excutere atque explicare; quoniam Ariani contextum Scripturarum subdole interpungentes, vel vim verborum astute ac subtiliter exponentes, sacrarum Scripturarum auctoritate ad suæ impietatis confirmationem abutebantur. Itaque novis subinde enascentibus erroribus, et inter Christianos effervescente disputatione, cum alii pro veritate, alii contra starent, et utrique in humanis disciplinis, et dialectica facultate, et Scripturarum lectione apprime versati essent, accurateque proprium Scripturarum sensum ad grammaticæ leges expenderent atque exigerent, in causa fuit cur deinde, disputationis necessitate suadente, litteralis Scripturarum expositio usu recepta in Oriente sit, in qua inter catholicos doctores excelluit S. Joannes Chrysostomus. Nam, ut memoriæ traditum est (57), et Patrum scripta quæ ad nos transmissa sunt, ostendunt, in litterali sacrarum Scripturarum interpretatione maxime floruit schola Antiochena. Siquidem Eusebius Emisenus, qui magistros habuit Patrophilum Scythopolitanum et Eusebium Cæsariensem, Antiochiæ diu versatus est, ibique etiam, ut puto, docuit, familiariter usus Euphronio et Flacillo ejusdem urbis episcopis (58). Exemplo autem et institutione Eusebii historiam, hoc est sensum litteralem (ita enim intelligenda videntur verba Hieronymi, quæ inferius afferam), studiose prosecutus est Diodorus Tarsensis, magister S. Joannis Chrysostomi, Theodori Mopsuesteni, Maximi Seleuciensis, et Nestorii (59-60), quem tamen potius

(55) Burnet. *Archæolog. philos.* c. 7.
(56) Vitring. *Observ. sacr.*, dissert. II, lib. I, c. 2, in not.
(57) Socr. *Hist. eccl.* lib. II, c. 9.
(58) Sozom. *Hist. eccl.*, lib. III, c. 6; Socr. *Hist. eccl.*, lib VI, c. 5
(59-60) Sozom. *Hist. eccl.*, lib. VIII, c. 2; Socr. lib. VII, c. 29.

Digitized by Google

Theodorum, a quo etiam errorum suorum virus hausit, vel certe utrumque audivisse crediderim. Joannes quidem Chrysostomus a B. Hieronymo vocatur (61) « Eusebii Emiseni, Diodorique sectator. » Theodorum vero Mopsuestenum inauspicato magistrum habuit Theodoretus episcopus Cyri, qui et S. Joannem Chrysostomum audivit, ejusque eloquentiam imitatus est ; amborum autem meminisse videtur in præfatione suorum commentariorum *ad Epistolas Pauli*, ubi ait : « Sed fortasse me arrogantiæ et temeritatis accusabunt, quod post hunc et illum, qui totius orbis sunt lumina, audeam apostolicam interpretationem aggredi. Ἀλλ' αὐθαδείας με τυχὸν, καὶ θρασύτητος γράφονται, μετὰ τὸν δεῖνα τοὺς τῆς οἰκουμένης φωστῆρας, τῆς ἀποστολικῆς ἑρμηνείας κατατολμῶντα. Et Theodori quidem Mopsuestiæ episcopi, et magistri sui errores etiam scriptis adversus S. Cyrillum libellis infeliciter tutatus est, laudibusque immodicis in sua *Ecclesiastica historia* ornavit (62). De Diodoro autem Tarsensi hæc memoriæ tradidit Hieronymus (63) : « Exstant ejus in Apostolum commentarii, et multa alia ad Eusebii magis Emiseni characterem pertinentia : cujus cum sensum secutus sit, eloquentiam imitari non potuit propter ignorantiam sæcularium litterarum. » Cum Hieronymo consentiunt Socrates (64), ac Sozomenus (65), quorum primus : « Diodorus, » inquit, « ad episcopatum Tarsi promotus multos conscripsit libros, simplicem duntaxat, atque obvium Scripturarum sensum inquirens, allegoricam vero earum interpretationem refugiens. » Διόδωρος δὲ ἐπίσκοπος Ταρσοῦ γενόμενος πολλὰ βιβλία συνέγραψε, ψιλῷ τῷ γράμματι τῶν θείων προσέχων Γραφῶν, τὰς θεωρίας αὐτῶν ἐκτρεπόμενος. Alter vero non absimilia tradidit scribens : « Diodorum, qui et Tarsensis Ecclesiæ episcopus fuit, multos, audivi, libros posteris scriptos reliquisse, et sacra volumina ad litteram exposuisse, repudiatis allegoriis. Διόδωρον τὸν ἡγησάμενον τῆς ἐν Ταρσῷ ἐκκλησίας· ὃ ἐπυθόμην ἰδίων συγγραμμάτων πολλὰς καταλιπεῖν βίβλους· περὶ δὲ τὸ ῥητὸν τῶν ἱερῶν λόγων τὰς ἐξηγήσεις ποιήσασθαι, τὰς θεωρίας ἀποφεύγοντα. Quin etiam eumdem Diodorum refert Suidas (66) inter alios plures librum composuisse, cui hunc titulum fecit : Τίς διαφορὰ θεωρίας καὶ ἀλληγορίας ; « Quæ differentia sit inter theoriam et allegoriam ? » Ludolpho Kustero, qui nitidissimam Suidæ editionem adornavit, aqua hæret, nec facile se expedit in assignando discrimine inter theoriam et allegoriam. In notis enim, quibus Suidæ opus illustravit, ad verba illa Suidæ talia scribit : « Θεωρία, theoria igitur quid significet, hinc patet. Ab ea differt allegoria, quod hæc in inferioribus subsistat, nec in tam sublimi argumento versetur quam theoria : quæ ratio est, quare Diodorus, ut Suidas hic testatur, de differentia theoriæ et allegoriæ scripserit. » Ego vero mendum puto esse in textu, et pro θεωρίας seu ἀλληγορίας legendum ἱστορίας, adeo ut titulus libri fuerit : Τίς διαφορὰ θεωρίας καὶ ἱστορίας, vel τίς διαφορὰ ἱστορίας καὶ ἀλληγορίας. « De differentia sensus allegorici, et litteralis. » Nam apud Græcos ecclesiasticos scriptores theoriæ nomine significari consuevisse sensum spiritalem et allegoricum manifestum fit tum ex allatis verbis Socratis et Sozomeni, aliorumque plurimorum scriptorum', tum ex multis locis hujusmet commentarii S. Athanasii. E diverso ἱστορίας seu historiæ nomine sensum litteralem et historicum Græcos scriptores nuncupasse, res notior est, quam ulla probatione indigeat, cum plura veterum auctorum loca ad id probandum omnibus in promptu sint (67). Sed redeo ad Hieronymum, ejusque verba de Eusebio Emiseno afferam. Sanctissimus igitur doctor in *Catalogo virorum illustrium* (68) de eodem Eusebio, quem Diodorus sibi sequendum imitandumque proposuit, hæc litteris mandavit : « Eusebius Emisenus episcopus elegantis et rhetorici ingenii, innumerabiles, et qui ad plausum populi pertinent, confecit libros, magisque historiam secutus, ab his qui declamare volunt, studiosissime legitur. » Verum hac de re haud plura, cum ad rem propositam parum pertinere cuiquam videri possint. Ac vero a me hæc omnia hactenus eo consilio disputata sunt ut ostenderem, modum ac rationem sacras Scripturas in allegoricum exponendi sensum, non solum Athanasio æqualem, sed etiam ejus ætate antiquiorem fuisse. Præterea, ut manifestum facerem quibus auctoribus et quo tempore utraque sacros libros explicandi ratio tum allegorica seu mystica, tum historica seu litteralis cœperit ac floruerit. Nam id magnopere intererat, ut nostrum Commentarium jure merito sancto Athanasio, cujus nomen præfert, vindicaremus.

XXIX. Profecto inter cætera sacrarum Scripturarum volumina potissimum Psalmorum libro allegoricum convenire sensum testimonio veterum Patrum, qui in eo aperiendo operam suam collocarunt allatis Hilarii et Augustini verbis, a nobis supra ostensum est, et latius si opus esset, facile demonstrari posset ; sed inane ac superfluum est in re minime dubia testibus uti non necessariis. Clavis autem ape

(61) In *Catal. vir. illust.* ; Niceph. lib. IV, c. 54.
(62) Theod. *Hist. eccl.* lib. V, c. 40.
(63) Hieron. *Catal. vir. illustr.* c. 119.
(64) Lib. VI *Hist. eccl.*, c. 3.
(65) Lib. VIII, c. 2.
(66) In voce Διόδωρος.
(67) Vide Lexicon Suiceri in verbis Θεωρία, Ἱστορία, Ἀναγωγή, Διάνοια.
(68) C. 91.

Digitized by Google

riendi mysticos sacrorum canticorum sensus, et janua penetrandi arcana Davidicorum psalmorum adyta, est titulus cujusque psalmi, teste veteri scriptore, cujus commentarii *in Psalmos* sub nomine Hieronymi editi sunt : « Quid est titulus, inquit, nisi clavis? Ut ita dixerim, in domum non ingreditur, nisi per clavem : ita et uniuscujusque psalmi intellectus, per clavem, hoc est per titulum intelligitur, in cujus persona cantatur, aut in persona Christi, aut in persona Ecclesiæ, aut in persona Prophetæ. » Et S. Augustini titulum psalmi præconem totius psalmi vocat in expositione psalmi CXXXIV, et idem Augustinus de titulo psalmi LIII, quem in allegoricum sensum de Christo exponit : « Inde enim, inquit, pendet omnis versus qui cantatur. Si quis itaque agnoscat, quod in domus fronte præfixum est, securus intrabit, nec cum intraverit, errabit ; hoc enim in ipso poste prænotatum est, quomodo interius non erretur : » Et rursus in commentario *ad psalmum* LXIV, cujus titulum in allegoricum sensum sanctissimus Doctor interpretatur : « Agnoscenda est, ait, vox sanctæ prophetiæ ex ipso titulo psalmi. » Titulos autem inscriptos fuisse potius ad intelligendum percipiendumque psalmorum sensum allegoricum et spiritalem, quam litteralem et historicum, ideoque ad eum potissimum respicere et ad illum pertinere, testimonio sunt quæ scribit idem Augustinus in locis nuper a me laudatis, tum etiam in expositione psalmi LIX, ubi monet qua mente et consilio, Spiritu sancto dictante, tituli psalmis inscripti sint : « Verumtamen sicut solet propheticus spiritus in psalmorum titulis recedere aliquantulum ab expressione rerum gestarum, et aliquid dicere quod in historia non invenitur, et hinc potius admonere non propter cognoscendas res gestas esse hujusmodi titulos inscriptos, sed propter futura præfiguranda, » etc. Augustino in hac eadem sententia de titulis psalmorum præivit S. Hilarius, qui ad psalmum LXIII : « Psalmi, ait, superscriptio historiam non continet, simplex est. et prophetali spiritu editus... cum enim illi ipsi psalmi, qui secundum titulorum inscriptiones res gestas continere creduntur, in plurimis a tituli sui et rerum, ac personarum proprietate dissentiant, magisque per editiones nominum, atque gestorum, spiritualium operationum significent effectus. » His autem addi debet Cassiodorus, qui in Præfatione *ad Psalmos* sententiam magni Augustini more suo secutus, hæc habet : « Quasdam superscriptiones psalmorum per allusionem consimilem constat spiritualiter intuendas : quia si litteram consideras. extraneum est, cum non ea invenias in psalmis quæ continentur in titulis ; si vero trahantur ad tropicum intellectum, nimis videntur accommode. » Quare paraphrasis nostra, in qua psalmorum cujusque titulus in allegoricum sensum exponitur, ac deinde totus psalmus in eumdem sensum allegoricum seu mysticum de Christo, et Ecclesia, ejusque membris mira brevitate explicatur, sanctissimo episcopo Athanasio, cujus nomen inscriptum præfert, non solum digna reputanda est, sed etiam multo in pretio atque existimatione ab omnibus habenda videtur, cum veterum Ecclesiæ Patrum menti ac sententiæ in recte exponendis intelligendisque psalmis maxime conveniens sit, et consentanea.

XXX. Cæterum inter alia argumenta quæ ad vetustatem nostræ translationis seu interpretationis comprobandam afferri possunt, illud non minimi ponderis est, quod interpretatio versiculis respondet, in quos membratim distincti per cola et commata psalmi antiquitus scribi solebant, non autem per versus longiores, ut in recentioribus codicibus reperiuntur, et in editis libris, quibus Ecclesia et omnes vulgo nunc utuntur, retinentur. Profecto de divisione librorum sacræ Scripturæ per versiculos, seu στιχηροῦς, nos docet Hesychius Hierosolymitanus, qui, ut quidam putant, sæculo sexto vixit, id inventum, atque institutum fuisse a sanctis Patribus majoris perspicuitatis gratia, ut legens periodum per sua membra distinctam facilius orationis intellectum assequeretur (69). Imo vero jam ante Christi Domini adventum comperitur, usu receptum fuisse apud Hebræos, ut Psalmorum aliique sacræ Scripturæ libri versiculis distincti scriberentur; et fortasse inde mos iste ad Christianos devenit. Veterem versuum distinctionem secutus est Origenes in suis *Hexaplis*, quem imitatus est Hieronymus (70), qui Psalterium aliosque sacræ Scripturæ libros per versus breviores disposuit, providens, ut ipse inquit, utilitati legentium ; nam per cola scripti, et commata manifestiorem legentibus sensum tribuunt. Antiquiores utique codices Græci mille et plus annos ante scripti versuum distinctionem retinent ; et non solum Græca, sed etiam vetustiora Latina exemplaria hujusmodi descriptionem per cola et commata habent. Et quidem Psalterium ex antiquo codice Vaticano versiculis brevioribus distinctum ad publicam utilitatem et fidelium pietatis incrementum in lucem edidit ven. mem. cardinalis Thomasius, qui etiam ex divo Augustino in Enarratione secunda in psalmum XXI observat, eamdem versuum distinctionem adhibitam fuisse in Ecclesia, dum cantor ex ambone psalmum particulatim præcinebat; quod autem ipse pronuntiabat, reddebatur a Dei plebe. Verba Augustini talia sunt : « Putas ibi ponunt aures, quando

(69) Ἔστι μὲν ἀρχαῖον τοῦτο τοῖς Θεοφόροις τὸ σπούδασμα, στιχηδὸν ὡς τὰ πολλὰ, πρὸς τὴν μελετωμένων σαφήνειαν τῆς προφητείας ἐκτίθεσθαι. Hesych. in lib. Στιχηρόν XII *Prophetarum*, tom. VIII *Crit. sac.*, pag. 26.

(70) Præf. *in Ezechiel.*

Digitized by Google

lector ipsorum dicit : *Commemorabuntur, et convertentur ab Dominum universi fines terræ?* Eia forte unus versus est : aliunde cogitabas, cum fratre tuo fabulabaris, quando illud dixit : attende, quia repetit, et surdos pulsat : *Et adorabunt in conspectu ejus universæ patriæ gentium.* Adhuc surdus est, non audit ; pulsetur iterum : *Quoniam Domini est regnum, et ipse dominabitur gentium.* Tres istos versus tenete, fratres, etc. » Quibus clárissimus cardinalis hæc subjicit : « Ex quo loco apparet in cantu psalmi responsorii olim tum in Oriente, tum in Occidente usitatiore, in quo lector præcinebat versus, et populus eosdem ipsos respondendo repetebat, usurpatam fuisse antiquam illam versuum distinctionem, qui breviores erant ; non alteram sequentis ævi versuum paulo prolixiorum... Nam præterquam quod id postulabat ratio ejusmodi institutionis, nempe ut rudis populus psalmos caneret, quos nec de libro legeret, nec memoria teneret ; unde et necesse erat verba ei pauca præberi repetenda, ut membratim cæsimque totum psalmum percurreret. » Sed de hujusmodi divisione per στίχους pluribus erudite disserunt idem cardinalis Thomasius, et Henricus Valesius et Pater Martiane (71), aliique, quos consulere poterit, qui hac de re plura scire desiderat. Quod enim pertinet ad rem, de qua agitur, illud est, quod præter antiquissimum Vaticanum codicem, quo laudatus cardinalis Thomasius usus est, etiam codex Alexandrinus eodem modo habet Psalterium versiculis distinctum. Codex autem Alexandrinus scriptus est, ut fertur (72), manu Theclæ nobilis feminæ Ægyptiæ paulo post concilium Nicænum, ætate scilicet Athanasii, quem Alexandria, unde Alexandrinus dictus, secum Constantinopolim detulit Cyrillus Lucary, primum in illa, post in hac urbe Græcorum schismaticorum patriarcha, a quo deinde Carolo I Anglorum regi dono missus est. Quare cum translatio nostra versuum distinctioni codicis Alexandrini apprime respondeat, et vetustatem, et auctorem esse Athanasium, cujus nomen præfert, etiam ex hac parte quodammodo demonstrat. Non autem parvi laboris fuit, cum id animadvertissem, ita disponere sanctissimi episcopi translationem, ut singulis psalmorum versiculis subjecta ejusdem Athanasii interpretatio responderet. Erat enim confuse scripta, sæpe commistis Psalmorum cum ipsius expositionis verbis, et ita disposita, ut potius cum recentiori longiorum versuum distinctione, quæ nunc in usu apud omnes Ecclesias est, conveniret. Plura præterea aderant, ut jam a principio monui, menda et errata ; sed de textu quidem nihil immutare ausus sum ; meas vero conjecturas, notulas et emendationes in margine, apposito asterisco seu litterula, ascripsi.

XXXI. Ut vero rem mihi propositam prosequar, hanc interpretationem aut Græcum Psalmorum commentarium, quem in lucem damus, recentioris usus aut temporis haud quisquam fuisse autumet, quia in eo legitur inscriptiones seu titulos psalmorum rubro colore seu cinnabari scriptos fuisse. Siquidem morem adhibendi purpureum colorem minio vel cinnabari confectum in scribendis librorum, seu capitum, aut lectionum titulis longe ante Athanasii ætatem receptum fuisse tum apud Latinos, tum apud Græcos, et probant vetustissimi codices, et pluribus ostendunt duo eruditissimi viri ejusdem Benedictinæ congregationis Mabillonius et Montfauconus (73). Et quidem in ipso Alexandrino codice titulos psalmorum rubro colore inscriptos esse testatur Joannes Ernestus Grabe his verbis : « Sequitur inde ipsum Psalterium, in quo cujuslibet psalmi inscriptio, aut ubi nulla datur, veluti psalmi primi, prima linea minio scripta est, nec non vox διάψαλμα, quandocunque occurrit, id, quod etiam de titulis odarum, et orationum psalmis subnexarum dicendum est. » Encausto autem, quod genus atramenti erat purpurei coloris ex cocti muricis, vel triti conchylii cruore confectum, ut nemini præter imperatorem uti liceret, illudque habere, aut quærere, lege cautum est a Leone imperatore in constitutione Hilariano magistro officiorum, et patricio inscripta (74). Exstant etiamnum in archivo castri Sancti Angeli professiones fidei Græcorum imperatorum Græce tantum, vel Græce et Latine in charta pergamena scriptæ, eorumque manu encausto subscriptæ, quas ad Romanam sedem, tanquam ad caput totius catholicæ Ecclesiæ miserunt : sed eo revertor, unde digressus sum.

XXXII. Neminem ad temere abjudicandam magno Athanasio nostram metaphrasim, seu translationem ex eo commoveri velim, quod in ea non leguntur quæ ex S. Athanasio laudat S. Germanus patriarcha Hierosolymitanus in epistola ad Thomam in hunc modum (75) : « Beatus Athanasius illud psalmi dictum interpretans : *Qui sedes super cherubim, appare*, talem de illis tradidit intelligentiam. Et certe illorum cherubim principalia ἀρχέτυπα ignota sunt omnimodis natura hominibus : spiritus enim et ignis exsistunt, et ab omni corporali formatione atque natura extranea. » Si autem hæc Germani verba considerentur, evidens est, eum minime affirmare, quæ ex S. Athanasio laudat, ab eo in commentario *super*

(71) Card. Thomas. in præf. ad Psal. vers. dist. ; Mart. Proleg. IV, *in Bibl.* S. Hier. ; Vales. in not. ad Euseb. *Hist. eccl.*, lib. VI, c. 16.
(72) Joann. Ern. Grab. *Prol. ad Vet. Test.* LXX Interpr. ex *Cod. Alex.* c. 1, § 1.
(73) Mabill. *De re dipl.*, lib. I, c. 10, n. 3 ; Montfauc. *Palæograph.* lib. I, c. 1.
(74) Leg. *Sacri affatus*, Cod. *De divers. rescript.*
(75) *Act.* IV Conc. Nic. II, tom. IV *Concil. Hard.*, pag. 258.

Digitized by Google

Psalmos scripta fuisse. Itaque fieri potest, ut verba illa Davidica : *Qui sedes super cherubim* [14] : in alio opere, quod B. archiepiscopus scripserat, explanaverit, et quod illud ad nostram ætatem minime pervenerit; plura enim præter ea quæ typis impressa sunt, S. Athanasium scripsisse, tum ex veteribus scriptoribus, tum ex antiquis Græcis codicibus manifestum est, et potissimum ex vetustissima catena Græcorum Patrum, quam fere totam mea manu descripsi ex alio antiquiori codice annis ab hinc octingentis scripta, ubi fragmenta afferuntur ex aliis sanctissimi episcopi operibus, præter ea quæ a Patre Montfaucono, Guillelmo Caveo, Lambecio, Fabricio, Oudino aliisque memorantur. Adrianus etiam papa hoc nomine primus in epistola ad Carolum Magnum auctoritatem affert ex commentario S. Athanasii *super Psalmos* his verbis : « Item S. Athanasii de interpretatione psalmorum inter cætera : Civitas enim Domini, quæ sursum Jerusalem [15] : imago autem eorum terrestris. Quod enim dicit, tale est : Quoniam terrestris, inquit, induti sunt imaginem, et non cœlestis, propter hoc ad nihilum redigentur. Audient enim illo tempore : *Nescio vos* [16] : utpote non indutos eadem Domini imagine. » Adriano additur *Chronicon Alexandrinum*, cujus verba, tum etiam Adriani non leguntur in nostra translatione, sed in commentario *super Psalmos* inveniuntur, quod editum est inter alia opera a P. Montfaucono ejusque sociis. Sed haud difficile est respondere præter translationem seu μετάφρασιν quam edimus, S. Athanasium etiam illum commentarium, si ita aliquibus placet, composuisse; vel certe, quod ille esset Athanasii, cum ipsius nomen præferret inscriptione deceptum Adrianum papam, ut P. Montfaucono aliisque ejus sociis contigisse videtur, crediderit. Quod sane, ut mihi persuadeam, eo magis inducor quia in eadem epistola alia sunt quæ eorum sanctorum esse, quorum nominibus ascribuntur, nemo certo asserere ac præstare voluerit. Quæ vero in *Chronico Alexandrino* habentur, ut etiam de illo aliquid dicam, integra non exstant in commentario Patrum Benedictinorum, et insuper *Chronicon* illud plura apocrypha et supposititia continet. Demum animadvertendum est, quæ referuntur veluti ex S. Athanasio a S. Germano, et ab Adriano hujusmodi sunt, ut translationi seu μετάφρασι, parum apta esse videantur, sed commentario potius et fusiori Psalmorum expositioni magis conveniant, ac proinde validum inde argumentum sumi nequit ad quæstionem movendam de auctore nostræ translationis, si in ea non reperiantur quæ translationi minime congruunt; imo potius ab hujusmodi brevibus et compendiosis expositionibus aliena videntur, ideo vel Athanasii non sunt, sed per errorem ei ascripta, vel in commentariis fusiori stylo scriptis, qui temporum forte injuria, ut plura alia deperierunt, quærenda sunt. Quæ quidem recte mea sententia dici possunt de omnibus aliis quæ sub nomine Athanasii leguntur in catenis Patrum editis a Balthazarre Corderio aliisque. Præterea pro commentario nostro seu interpretatione tuenda certe illud silentio prætermittendum non est, quod iis, quæ a S. Germano tanquam ex Athanasii scriptis allegantur, admodum consentanea sunt quæ leguntur in nostra metaphrasi ad psalmum CIII, ubi ad verba illa [17] : *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignis flammam*, hæc subjicitur interpretatio : « Manifestum quidem est, quod sancti ejus (nempe angeli) spiritus sunt, et virtutes ministrantes ei sunt ignis. » Levis etiam momenti sunt, et nullius fere ponderis, quæ in *Monito*, quod præmittitur commentario Athanasii nomine inscripto, ab iisdem Patribus Benedictinis tanquam ex Theodoreto afferuntur. Primum quia non sunt Theodoreti, ut ipsi innuunt, sed alicujus amanuensis ignoti nominis, et incertæ ætatis, ac proinde nullius auctoritatis : deinde, quia illa omnia, quæ de aliis dicta sunt, de hujus scriptoris fragmento seu testimonio dici possunt : demum ut generatim ac breviter respondeam, et paucis ostendam quam infirmum sit argumentum quod inde a clarissimis Patribus Benedictinis ducitur, ut commentarium de quo agitur S. Athanasio ascribatur, ex eo quod unus vel alter locus veterum scriptorum qui Athanasii scripta laudarunt, in eo inveniatur; exemplo utar commentariorum *in Psalmos*, qui Hieronymi nomen inscriptum habent, in quibus etsi ea quæ S. Augustinus et S. Gregorius VII et ipse Hieronymus ex suis commentariis *in Psalterium* allegat, inveniantur; tamen nunc omnes fere eruditi unanimi consensu conveniunt, non esse illos B. Hieronymo ascribendos, sed alteri scriptori, qui aliquanto post sancti doctoris ætatem scripsit.

XXXIII. At vero alius quispiam fortasse erit qui ad denegandam magno Athanasio nostram metaphrasim, inde sibi non levem conjecturam et argumentum suppetere putabit, quod auctor ejusdem translationis beatam Virginem Θεοτόκον, hoc est, *Deiparam*, nuncupat, cum Joannes Meursius in suo *Glossario* affirmet, « inditum esse hoc nomen Matri Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi a synodo V Constantinopolitana tempore Justiniani. » Enimvero si quis ita sibi persuaderet, longe a veritate aberraret. Quippe multo ante Athanasii ætatem ea voce usos esse veteres Patres, indubitatum est. Quare Socrates (76)

[14] Psal. LXXIX, 2. [15] Galat. IV, 26. [16] Matth. XXV, 12. [17] Vers. 4.

(76) *Hist. eccl.* lib. VII, c. 32.

Digitized by Google

inscitiæ arguit Nestorium, qui hanc vocem Θεοτόκον tanquam novam rejiciebat, quoniam eadem usum fuisse affirmat Origenem et Eusebium Cæsariensem. Profecto eadem vox legitur in Epistola Dionysii Alexandrini, quam *adversus Paulum Samosatenum* scripsit, et in epistola quam *adversus Arii hæresim* Alexander Alexandriæ episcopus, et Athanasii in Alexandrina sede prædecessor ad episcopum Constantinopolitanum, cognominem suum, aliosque episcopos adversus Arium ejusque errores misit; quæ utique, quantum ego censeo, scripta est ab ipso Athanasio, quo defensore, et, ut ita dicam, catholici dogmatis advocato et patrono in Nicæna synodo ipse Alexander usus est; cum enim archidiaconi munus in Ecclesia Alexandrina obtineret, verisimile est etiam scribendarum epistolarum curam ei, qui, teste Ruffino (77), Alexandri episcopi consiliis aderat, demandatam fuisse. Profecto epistolam illam auctorem habere Athanasium, eam attente consideranti, et cum aliis Athanasii operibus conferenti facile persuadebitur. Sed demum hac de re nulla in cujuspiam animo dubitatio insidere potest, si edita S. episcopi opera inspexerit; pluribus enim in locis Mariam Virginem Θεοτόκον nuncupat beatissimus Athanasius; ita in oratione tertia et quarta contra Arianos, in libro *De Incarnatione*, et in libro *contra Apollinarium*.

XXXIV. Si quis vero mihi negotium facessere velit, persuadens sibi commentarium, seu interpretationem, quade agitur, sequiori ætate scriptam fuisse ex iis quæ adnotata occurrunt in argumentum psalmi VI, et alibi in hunc modum: « Titulus præpositus continet : *In finem in hymnis pro octava Psalmus David.* Hoc autem significat: In sæculorum consummatione sancti rogabunt, ut liberentur a judicio, et digni fiant æternæ mercedis retributione: sexto enim sæculo consummatur mundus: septimo autem orbem terræ judicat Dominus: octavo vero hi abeunt in vitam æternam, et hi in supplicium æternum. Propterea dictus est psalmus : *In finem in hymnis pro octava*, eo quod liberentur sancti in octava; » id a me responsum ferat, tantum abesse, ut hinc aliquid contra ea quæ de auctore commentarii disserui, colligi possit, quin potius ejusdem antiquitas astruatur. Neque enim veteres Patres alia ratione locuti sunt de Sabbato, et de Octava, et de psalmis qui *Pro octava* inscribuntur. Ita quidem S. Barnabas in sua Epistola catholica, § 15, ubi loquitur de Sabbato ejusque sanctificatione; et in notis ad verba ejusdem Epistolæ Cotelerius affert ex codice manuscripto fragmentum Græcum S. Irenæi, cujus verba, cum admodum similia sint iis quæ in nostro commentario leguntur, non alienum erit a re nostra Latine reddita hoc loco afferre. In eo quidem, allatis Scripturæ verbis ex capite secundo Genesis, hæc subduntur: « Hoc autem est et antefactorum narratio et futurorum prophetia. Est enim dies Domini quasi mille anni. In sex igitur diebus consummata sunt quæ facta sunt. Manifestum ergo est quoniam consummatio ipsorum sextus millesimus annus est. Et septima die orbem judicat: et octava, quæ est futurum sæculum, alios quidem tradit in pœnam æternam, alios in vitam. Propter hoc dicti sunt psalmi *Pro octava*. Eadem leguntur in antiqua interpretatione Latina libri quinti *adversus hæreses* ejusdem Irænci (78): in eamdem sententiam verba facit Origenes in libro *contra Celsum* (79); Hippolytus apud Photium (80); auctor *Quæstionum et responsionum* inter opera Justini Martyris (81), et Lactantius libro septimo *Institutionum* (82); quibus addendi sunt ex Latinis S. Hieronymus in epistola ad Cyprianum; S. Augustinus *De civitate Dei* (83), et in *expositione psalmi sexti;* Cassiodorus in libro *Variarum* (84); ex Græcis autem S. Gregorius Nazianzenus in oratione *in sanctum Pentecosten*, quæ est quadragesima quarta inter editas; Eusebius Cæsariensis in commentario *in psalmum* VI; auctor *expositionis in Psalmos* a Patribus Benedictinis S. Athanasio ascriptæ in argumento psalmi sexti; S. Joannes Damascenus in homilia *De transfiguratione Domini*, et *De fide orthodoxa* (85); aliique scriptores tum Græci, tum Latini. Horum autem verbis omissis, ne longior sim quam oportet, solum hoc loco afferam quæ eadem de re scribit S. Jacobus Nisibenus episcopus, qui ætate major quidem Athanasio fuit, sed cum eo, dum adhuc Alexandrinæ Ecclesiæ diaconus esset, in Nicæna synodo interfuit. Ejus opera, digna quidem quæ in lucem prodeant, non adhuc typis impressa sunt, et a pluribus clarissimis scriptoribus tanquam perdita deplorantur; sed apud me, et alibi fortasse manuscripta exsistunt lingua Armena. Operum autem S. Jacobi ex antiquis scriptoribus, ut id obiter admoneam, meminit Gennadius, qui ideo putat in *Catalogo ecclesiasticorum scriptorum* de illis B. Hieronymum mentionem non fecisse, quia nondum e Syro sermone in aliam linguam versa fuerant. Verba autem Gennadii talia sunt: « Hunc virum B. Hieronymus in libro Χρονικῶν, velut magnarum virtutum hominem nominans, in *Catalogo scriptorum* cur non posuerit, facile excusabitur: si consideremus ipsos tres, vel quatuor Syros, quos

(77) *Hist. eccl.* lib. I, c. 5.
(78) Lib. V, cap. 28, 29.
(79) Lib. II.
(80) *Biblioth.* cod. CCXCII.
(81) Resp. 71.
(82) Cap. 14.
(83) Lib. XX, c. 15; et XXII, c. 30.
(84) Lib. I, ep. 10.
(85) Lib. IV, cap. 23.

Digitized by Google

posuit, interpretatos in Græcum se legisse, testatum; unde constat eum ignorasse illo tempore Syram linguam vel litteras. Et ideo hunc, qui necdum in aliam versus est linguam, nescisse scriptorem. » Ita Gennadius. At vero quo tempore Hieronymus librum *De ecclesiasticis scriptoribus* composuit, optime jam callebat linguam Syriacam. Siquidem eum librum absolvit, ut ipse testatur, anno decimo quarto imperii Theodosii (86), hoc est anno Domini 392 in Bethlehemitico secessu, cum jam esset provectus ætate, annum agens sexagesimum circiter. Itaque tum vel linguam Syrorum didicerat, vel nunquam, quod certe falsum est, didicit. Ad hæc accedit, quod plures annos antequam opus *De ecclesiasticis scriptoribus* absolveret, cum Hebraicæ linguæ notitiam adeptus esset, Chaldæorum quoque ediscendæ operam sedulo dedit. Lingua autem Chaldaica et Syriaca, veluti ejusdem linguæ diversæ dialecti, adeo inter se affines sunt, ut si characterum diversitatem, seu litterarum formam et figuram, quibus in scribendo Chaldæi et Syri utuntur, et nonnullas vocum terminationes, et pauca quædam alia parvi momenti excipias, eædem pene sint, adeo ut qui alteram ex his novit, facile utramque intelligat. Insuper posito etiam quod linguam Syriacam Hieronymus ignoraret, tamen id minime impedimento esse poterat, quominus de operibus S. Jacobi Nisibeni aliquid litteris traderet, quemadmodum de S. Ephrem, ejusque libris Syriace scriptis in laudato *Catalogo illustrium virorum* mentionem fecit in hunc modum. « Multa, inquit, Syro sermone composuit. » Neque enim cum inter Syros degeret, opera S. Jacobi Nisibeni, si lingua Syrorum scripta fuissent, ac proinde ob auctoris celebritatem omnibus vulgo nota essent, ignorare eum potuisse, verisimile est. At vero non solum Hieronymi ætate, sed etiam postea temporis apud Syros et Syriacarum rerum scriptores nulla mentio est de S. Jacobi Nisibeni operibus, quippe quæ ab ipso non Syriaca, sed Armena lingua, qua utebatur S. Gregorius Illuminator, a quo rogatus ea composuit, scripta fuerunt. Itaque vel mendum irrepsit in textum Gennadii, et pro *Syro sermone* legendum est *Armeno*, vel potius, ut reor, et probabilius etiam videtur, memoria lapsus est Gennadius scribens Syriaca lingua, non autem Armena opera S. Jacobi scripta fuisse, aut conjecturam faciens ex patria Jacobi, quæ Syrorum urbs erat, qua lingua scripta fuissent opera, quorum, ut verisimile est, in Massiliensi monasterio vel solam versionem Latinam, vel aliqua excerpta, vel catalogum seu indiculum duntaxat habebat. Locus autem S. Jacobi Nisibeni, qui ad rem, quade agitur, pertinet, in sermone secundo *De dilectione*, ubi verba facit de postrema Jerusalem eversione et captivitate, talis est : « Non videantur tibi difficilia, charissime, quæ scripsi, quod in dimidio diei suæ dimisit Deus Jerusalem, quia ita scribit David in psalmo octogesimo nono : *Mille anni ante oculos Domini tanquam dies hesterna, quæ præteriit*[18]; quam sententiam explicantes doctores nostri sapientes dicunt, quod in similitudine septem dierum positus est hic mundus a Deo, et in consummatione sex mille annorum solvetur mundus hic, et erit Sabbatum Dei in similitudinem dierum Sabbati, quod est post sex dies. » Imo vero hujusmodi persuasio de duratione mundi et Sabbatismo, laudatis supra a me Patribus antiquior est, eamque ex veteri Hebræorum traditione originem sumpsisse crediderim. Siquidem ex iis quæ cap. xxv Levitici præcipiuntur de sabbatizando Sabbato, colligunt veteres rabbini mundum duntaxat per sex millia annorum duraturum, et quod septimus millenarius futurus sit Sabbatum Domini. Mille autem annos numerant pro uno die, quia in psalmo dictum est : *Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quæ præteriit.* Et quidem in Sanhedrin ita scriptum habetur : « Sex millibus annorum durabit mundus, et uno millenario desolatus erit. Duobus millibus durabit devastatio ejus (id est inculta hominum vita), et duobus millibus lex, atque duobus millibus dies Messiæ. » Unde duo inferuntur, ut id obiter moneam, contra ipsos Hebræos : nempe jam pridem Messiam venisse, et legem Mosaicam duraturam non fuisse, nisi usque ad adventum ipsius Messiæ. Sed relictis rabbinicis traditionibus reditum faciamus ad Athanasium.

XXXV. Præter hactenus a me allata, archiepiscopo Alexandrino *Expositionem Psalmorum*, quam nunc primum in publicum edimus, alia quoque non parvi momenti vindicant. Ac primum vetustatem scriptoris commentarii, ejusque natale solum, vel domicilium Alexandriæ fuisse, aut certe non procul ab ea urbe manifesto, ut mihi videtur, indicant, quæ in expositione ad psalmum cxxv leguntur : ibi enim loquitur de Rhinocurura, seu Rhinocolura (87) tanquam de urbe quæ propius aberat e loco unde ipse scribebat. Erat autem Rhinocolura urbs in finibus Ægypti posita, hoc nomine nuncupata, ut inquit Strabo : « ab iis qui nares truncati eo fuere translati : nam Æthiopum quidam Ægyptum invadens non nece, sed nasi mutila-

[18] Psal. LXXXIX, 4.

(86) Marcell. in *Chronico*

(87) Ῥινοκόλουρα, Rhinocolura dicitur a Strabone in *Geograph.* lib. XVI, et alibi, et a Plinio lib. V, c. 13, a Ptolomæo in *Geograph.* Ῥινοκόρουρα. Rhinocurura autem ab Eusebio et Hieronymo in lib. *De situ et nomine locorum Hebraic.*, et ab eodem Hieron. *in cap.* XX *Ezech.*, tum quoque a Sozomeno, lib. VI *Hist. eccl.* cap. 21, qui etiam refert plures ibi ascetas, seu monasticæ professionis viros floruisse et clerum Ecclesiæ Rhinocerurensis communem domum et mensam, et reliqua omnia communia habuisse. Torrenti autem, qui Rhinoculuram alluebat, nomen fuisse videtur *Torrens Besor* (*I Reg.* XXX, 10), sive *Torrens deserti.* (*Amos* VI, 14.)

Digitized by Google

tione maleficia coercens eos ibi collocavit, ut propter oris deformitatem redire domum non auderent. » Saracenos autem (quos Arabas scenitas fuisse, vel ex hoc commentarii loco probari potest) in tabernaculis seu tentoriis, vel sub pellibus adhuc habitantes, et nondum urbibus potitos, sed latronum instar in proxima Ægypti loca et urbes suetos excurrere, prædasque inde avertere, non dissimiles eorum de quibus poeta cecinit :

. . . . . *semperque recentes*
Convectare juvat prædas et vivere rapto (88) :

Tales eos nobis exhibet auctor commentarii, quales ætate sua fuisse repræsentat Ammianus Marcellinus (89), qui : « Saraceni tamen nec amici, ait, nobis unquam, nec hostes optandi, ultro citroque discursantes, quidquid invenire poterant, momento temporis parvi vastabant, milviorum rapacium similes, qui si prædam despexerint celsius, volatu rapiunt celeri, aut nisi impetraverint, non immorantur. » Quispiam autem Saracenorum nomen audiens, nolim eum in suspicionem adduci, ut existimet, commentarium scriptum fuisse posteriori tempore, quo Saracenorum nomen cum eorum imperio late propagatum est, quod utique, regnante Heraclio imperatore, et post ejus obitum volvente sæculo septimo contigit. Siquidem Saracenorum mentio occurrit et apud Ammianum Marcellinum, quem supra laudavi, et apud Ælium Spartianum in *Pescennio Nigro*, et apud Flavium Vopiscum in *Aureliano*, et apud Procopium *De bello Persico* (90) : Saracenorum meminerunt etiam Julianus in epistola ad S. Basilium, S. Augustinus quæstione vicesima *in Numeros*, Socrates (91) et Sozomenus (92) in *Historia ecclesiastica*, aliique scriptores, adeo ut nulla inde oriri possit dubitatio.

XXXVI. His autem ad commentarium nostrum magno Athanasio asserendum addantur illa quæ scripta leguntur in expositione psalmi CXXXIII, ubi auctor notos suos ac populares alloquens : « Non ignoratis, inquit, dilecti, quod cum nox ad summum deficit, dies est quindecim horarum. » Nonne hæc quasi intento digito aperte demonstrant scriptorem expositionis esse vel civem vel incolam Alexandrinum? Nam Alexandriæ Ægypti latitudo est graduum 31, minutorum primorum 11 (93), secundorum 20; in ea autem latitudine dies longissimus, computatis horis a solis ortu ad ejusdem occasum, est horarum 14, minutorum 4, quibus si hora una addatur propter crepuscula, habebitur dies longissimus horarum 15, qualem nobis exprimit ac designat auctor expositionis.

XXXVII. Præterea multa alia occurrunt, quibus tanquam notis et vestigiis Athanasius operis auctor esse deprehenditur. Et quidem ubi occasio sese offert ut Christi divinitatem comprobet, ostendatque Verbum ab æterno fuisse, et Patri consubstantiale, astruere non prætermittit, et disertis verbis constanter asserere; unde haud obscure innuitur eo tempore hæc scripta fuisse, quo hujusmodi controversiæ agitabantur. Quin etiam assiduas auctori fuisse cum hæreticis pugnas, et quotidiana certamina, qualia cum Arianis habuit Athanasius, aperte nos docent quæ leguntur in expositione psalmi CXVIII, et alibi sæpius. Quid vero illa, quæ exstant in commentario psalmi XXI, ubi ad ea verba [19]: *Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me : ad defensionem meam conspice*, alia explicatione eorumdem verborum primum proposita, deinde hæc insuper adjungitur : « Possunt etiam hæc dici ex persona ipsius Domini, qui exemplum nobis præbuit utendi his verbis tempore martyrii? » Quid vero illa alia, quæ ad versiculum psalmi sequentis [20] : *Nam, etsi ambulavero in medio umbræ mortis, nontimebo mala, quoniam tu mecum es*, subjiciuntur in hunc modum : « Cum ego tormenta pro te sustinuero, nullus me cruciatus terrebit, quoniam tu vires mihi præbes, ut illos perferam? Nonne manifesto indicant auctorem vel eodem tempore, quo tyrannorum persecutio adhuc in Christianos sæviebat, vel non longe ab eo fuisse?

XXXVIII. At enim agedum, quæ in nostro commentario scripta sunt cum iis quæ in aliis libris, quos nemo dubitat magni Athanasii esse, conferamus, ut ex hujusmodi comparatione, si utrobique Psalmorum verba eodem modo, et in eumdem sensum intellecta atque explicata comperiantur, certius ac dilucidius appareat, eumdem, non autem diversum et commentarii nostri, et aliorum operum, quæ S. Athanasio ab omnibus concordi suffragio ascribuntur, auctorem esse. Rem propositam brevius, quoad fieri potest, expediam.

[19] Vers. 20. [20] Vers. 4.

(88) Virgil. lib. IX *Æneid.*, vers 612 et 613.
(89) Lib. XIV, c. 5.
(90) Lib. I, c. 19.
(91) Lib. IV, c. 36.
(92) Lib. VI, c. 38.
(93) Ex libro, cui titulus : *Connaissance des temps publiée par l'ordre de l'Académie des sciences et calculée par M. Meraldi de la même Académie.*

Digitized by Google

Verba psalmi XXIII (vers. 20, juxta antiquam, quam secutus sum, divisionem): « Attollite portas, principes, vestras: » in libro *De Incarnatione Verbi Dei* (t. I, p. 55), S. Athanasius interpretatur dicta fuisse de reditu Christi in cœlum his verbis: « Quemadmodum pro omnibus corpus morti tradidit, sic etiam per idem illud iter in cœlum aperuit. » —In nostro autem commentario ad eumdem versiculum 20 et sequentes psal. XXIII hæc adnotantur: « De ipsius reditu (hoc est Christi) loquitur, quem fecit in cœlos. »

In eodem libro *De Incarnatione* (p. 26) verba psalmi CVI, vers. 39, « Misit Verbum suum, et sanavit eos, » et psal. CXVII, vers. 52, « Deus Dominus, et illuxit nobis, » explicat de adventu Verbi Dei in mundum in hunc modum: « Negligunt videre Dominum, quem Scripturæ prædixerunt orbi terrarum illuxisse, et corpore indutum apparuisse. » Ita etiam in *Oratione secunda contra Arianos*, pag. 395. — In nostro autem commentario ad versum eumdem 39 psal. CVI hæc leguntur: « Misit Deum Verbum Pater, et transfixo ejus latere nos omnes sanati sumus, » et ad vers. 52 psalmi CXVII, « Quandoquidem cum Deus esset Jesus Dominus apparuit in terra. »

Ad verba illa psalmi LXXI, vers. 1, « Deus, judicium tuum regi da: »—« Supplicant, ait, ut judicium mortis contra nos prolatum Filio detur. » In tract. in illud: « Omnia mihi tradita sunt, » p. 85. — In commentario ad verba ejusdem psalmi hæc subjiciuntur: « Filio tuo. »

In *Epistola de decretis Nicænæ synodi*, contra Arianos verba faciens: « Verum, inquit, falsa hæc sunt, quæ propugnatis: siquidem ipse fecit nos, et non ipsi nos. Ipse est, qui per suum Verbum omnia et parva, et magna fecit. » — In nostro commentario ad eadem verba psalmi XCIX hujusmodi apponitur adnotatio: « Ipse nos fecit, et non ex nobis sumus, ut aliqui dicunt. »

Verba psalmi II, vers. 15, « Ego hodie genui te, » et illa alia psalmi CIX, vers. 7, « Ex utero ante Luciferum genui te, » de æterna Verbi generatione contra Arianos explicat in *Ep. de decret. Nicænæ synodi*, pag. 172; item pag. 178, et in *Ep. de sententia Dionysii*, pag. 192, et in *Orat.* II *contra Arianos*, t. II, pag. 415, et in *Orat.* IV *contra Arian.*, pag. 504. — In commentario ad vers. 13 et 14 ejusdem psalmi II hæc habentur: « Et cœlis audire fecit vocem suam clamans ad me: « Tu es Filius « meus dilectus; » et ad sequentem vers. 15, hæc alia: « Qua die te manifestavi. Nam ante sæcula absconditus eras in me Patre tuo, quemadmodum de ipso scriptum est: Exsistens in sinu Patris. » Ad vers. vero 7 psal. CIX talia leguntur: « In me eras semper, ex quo cœpi creare omnia per te, manifestavi te, quod habebam, et habeo Filium in me ipso. »

In eadem epistola, t. I, pag. 177, scribit nomen virtutis diversis rebus tribui, deinde addit: « Aliæ item sunt cœlestes virtutes. Nam inquit: Dominus virtutum nobiscum. » Psal. XLV, vers. 13.— In commentario ad eumdem psalmi versiculum: « Dominus, ait, omnis supercœlestis militiæ nobiscum est. »

In *Epistola de sententia Dionysii*, p. 197, scribit: « Nos enim quantum ad corpus ejusdem generis sumus ac Dominus, propterea ipse dixit: Narrabo nomen tuum fratribus meis. « Psalm. XXI, vers. 45. — In commentario eadem psalmi verba ita exponit: « Populo, inquit, narrabo nomen tuum: quemadmodum dixit in Evangelio: Manifestavi nomen tuum hominibus[21]. »

In *Oratione prima contra Arianos*, t. II, pag. 328, ad probandam æternitatem Filii cum Patre utitur verbis psalmi XXXV versiculi 20, « In lumine tuo videbimus lumen; » et psalmi LXXXIX versic. 17, « et sit splendor Domini super nos; » et psalmi CXLIV versiculi 20, « Regnum tuum regnum omnium sæculorum. » — In commentario ad eumdem versiculum psalmi XXXV subjicitur: « In ipso Filio tuo videbimus lucem: » ad v. 17 psal. LXXXIX, « Gratia ipsius; » ad v. 20 psal. CXLIV, « Regnum sempiternum, et dominatio tua super credentes verbo Evangelii, et super non credentes. »

In eadem oratione prima ad probandam immutabilitatem Verbi affert Athanasius quæ dicuntur a sancto Davide in psalmo CI, vers. 48, « Initio tu, Domine, » etc., et vers. 53, « Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient. » — In commentario ad verba illa vers. 53 hæc adnotantur: « Tu autem et factus homo idem es qualis eras, et sicut dierum principium non habes, ita neque vitæ finem. »

In eadem pariter oratione allatis verbis psalmi LXXXVIII, vers. 32, 33, « et in justitia tua exaltabuntur, quoniam gloria virtutis eorum tu es, » talia subjicit: « Si porro Filius justitia est, non ergo ille exaltatione opus habet; sed nos sumus, qui in justitia exaltamur, quæ nempe ipse est. » Pag. 352. — In commentario versiculus ille 32 ejusdem psalmi ita exponitur: « Et in Filio tuo glorificabuntur; » et subsequens versiculus 33, « Quoniam in te gloriantur et corroborantur. »

In eadem similiter *Oratione prima contra Arianos*, pag. 355: « Hæc, inquit, verba sacri cantoris · « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi (versic. 15 « psal. XLIV). Virga directionis virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem. Propterea « unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. » Deinde ita prosequitur: « Attendite, o Ariani, saltemque ex hoc loco agnoscite veritatem. Consortes Domini nos omnes Psalmista appellat. Quod si ex nihilo et una e rebus factis esset Filius, ipse quoque inter consortes numeraretur. Cum autem illum Deum æternum his verbis cecinerit: Regnum tuum Deus, » etc. — In commentario ejus-

[21] Joan. XVII, 6.

Digitized by Google

dem psalmi XLIV hujusmodi brevis expositio contra eorumdem Arianorum sententiam ascribitur: « Regnum tuum sempiternum (ad vers. 16). Potestas æterna regnum tuum (ad versic. 17). Dilexisti sanctos tuos, et odisti inventores iniquitatis, diabolum nempe et angelos ejus (ad vers. 18, 19). Propterea renuntiavit te Pater per Spiritum sanctum, regem jam exsistentem : quandoquidem semper exstitisti rex supra eos qui participes fuerunt gratiæ tuæ. »

In *Oratione quarta* Arianos temere asserentes in Veteri Testamento nullam Filii, sed solius Verbi fieri mentionem refellit his verbis: « Sed etiam revera in Veteri Testamento multa de Filio occurrunt, ut in psalmo secundo: »—« Filius meus es tu : ego hodie « genui te. » Et in nono inscripto : « In finem pro oc- « cultis Filii, Psalmus David. » Et in quadragesimo quarto: « In finem pro iis qui commutabantur, filiis « Core, ad intellectum, canticum pro dilecto, » etc... Quis autem dilectus est præter Filium Unigenitum, » etc. — In commentario, quæ habentur ad verba psal. II supra attuli. Psalmi autem noni inscriptio ita explicatur: « In novissimo die pro incomprehensibilibus mysteriis Filii Dei. » Interpretatio tituli psalmi XLIV deest in codice, sed eam consentaneam A fuisse iis quæ in *Orat.* IV *contra Arianos* dicuntur, nempe inscriptionem ibi quoque de Verbo Dei Filio expositam fuisse, aperte indicat explicatio totius psalmi, cujus prima verba sunt: « Pater dicit manifestasse Filium suum Deum Verbum. »

In *Epistola prima ad Serapionem*, t. II, pag. 539, « Spiritus Domini universum orbem replevit. Ita enim David cecinit: « Quo ibo a Spiritu tuo? » (Psalmo CXXXVIII, vers. 11.) — In commentario ad eumdem versiculum psalmi CXXXVIII, « Ubi enim abscondere me possum a sancto tuo Spiritu, qui noscit omnia? »

In *Epistola de synodis*, pag. 609, « Et de Patre B quidem scriptum est: « Dominus Deus tuus unus « Dominus est. » (*Deut.* VI, 4.) « De Filio autem : « Deus « Dominus et illuxit nobis (*Psal.* CXVII, vers. 52), et « videbitur Deus deorum in Sion (*Psal.* LXXXIII, vers. 14). » — In commentario similiter utriusque psalmi verba de Filio ita exponuntur (*Psal.* CXVII): « Quandoquidem cum Deus esset Jesus Dominus apparuit in terra. » Et psalm. LXXXIII : « Videbitur Dei Filius Deus deorum, qui tales gratia sunt, in adventu suo. »

Restaret modo, ut commentarium, seu metaphrasim nostram cum *Epistola ad Marcellinum* comparem. Quæ enim in ea beatus Athanasius affirmat a sancto Propheta dicta fuisse in Psalmis de Salvatoris adventu, et de ejus æterna generatione a Patre, eumque Patris Verbum esse, et Sapientiam (§ 5); quæ de Messia ejusque æterno regno (§ 6), de Judæorum insidiis, pravisque consiliis adversus eumdem Christum Dominum, deque ejus acerbissima passione (§ 7) : item de gloriosa ejusdem in cœlum ascensione, tum etiam sessione ad dexteram Patris, de pœnis ac punitione diaboli (§ 8): demum de futuro judicio, de vocatione omnium gentium, et in fine etiam ipsorum Judæorum : hæc quoque in nostro commentario cum in eumdem sensum exposita legantur, inde magis magisque comprobatur, eumdem Athanasium commentarii nostri, seu metaphrasis auctorem fuisse, æque ac *Epistolæ ad Marcellinum*, quam S. Athanasii esse nemo dubitat, eamque sanctum Doctorem operi suo *De titulis Psalmorum* præponi voluisse, posteritatis memoriæ traditum est. Sed, quoniam res longius procederet quam oportet, et epistolam sanctissimi archiepiscopi integram exhibui, id studioso lectori faciendum relinquo.

XXXIX. Etenim, ne majori tædio legentem afficiam, ad finem dicendi propero; sed priusquam id faciam, et institutum sermonem absolvam, illud a me omittendum non est, cum Latinam hujus metaphrasis seu commentarii versionem quatuor aut quinque ab hinc annis cum eruditissimo P. Blanchino congregationis Oratorii presbytero, qui alia etiam sanctorum Patrum opuscula in lucem edere parabat, communicassem, ipse in publicum emittendi curam in se suscepit, promisitque in opere, cui titulus : *Vindiciæ canonicarum Scripturarum*. Postea autem cum ei scribendæ ecclesiasticæ historiæ munus a suæ congregationis sodalibus delatum fuisset, clarissimus vir (quem ego pluribus hoc loco jure merito laudarem, easque referrem laudes, quas immerito in me contulit, ni vererer ejus modestiam offendere, et merito censeri, alios importune laudando indebitas mihi laudes velle aucupari) fidem publico datam exsolvere nequivit. Itaque ne exspectatione sua fraudarentur rerum ecclesiasticarum amatores, et diutius desiderarent præclarum opus sanctissimi Patris, de cujus operibus recte aiebat abbas ille Cosmas (93*), et sanctitate morum et monastica professione illustris : « Si inveneris aliquid ex opusculis S. Athanasii, nec habueris chartam ad scribendum, in vestimentis tuis scribe illud; » quod ille promiserat, id ego præstare, quoad per occupationes libebat, constitui. Cunctanti autem stimulos addidit singularis benignitas excellentissimi Prænestis principis Julii Cæsaris, qui ex nobilissima Columnensi domo in Barberinam familiam ascitus spectatissimam feminam principem Corneliam Barberinæ stirpis unicum superstes germen in matrimonium duxit, et universas Barberinorum opes ac facultates possidendas custodiendasque accepit. Ipse enim, qui vetustissimi generis nobilitatem virtutum præstantia æmulatur, vereque germanus frater est non solum natalibus, sed etiam moribus eminentissimi cardinalis Prosperi, cujus magnanimitas, huma-

(93*) Ap. Joan. Moschum, lib. x, cap. 40.

Digitized by Google

nitas, probitas et præclara ingenii indoles ad dignitatem et virtutem nata, haud satis laudari pro meritis potest; ipse, inquam, præstantissimo fratri haud dissimilis codicem Græcum, quo commodius in lucem edere possem, domum deferendum tradidit. Utinam vel codex doctiorem me interpretem nactus esset, vel ego codicem correctiorem! Erat enim, ut superius dixi, mendosus, mancus, oscitanter scriptus, permistis sæpe psalmorum et interpretationis verbis, minimeque interpretatio, ut a me factum est, in versiculos juxta veterem Psalmorum divisionem distincta. Quare si quæ lectori occurrant quæ forte obscura, inepta, aliena, et minime inter se consentanea videantur, id vel codicis vitiositati vel typographi incuriæ, vel potius inscitiæ meæ in Græcis vertendis, supplendis corrigendisque, ut tribuat, velim.

—

Monitum ad Lectorem excerptum ex Antonelli præfatione Appendici præfixa.

Posteaquam Commentarius, seu Interpretatio Psalmorum magni Athanasii nomine insignita in publicum prodierat, forte fortuna contigit, ut scriptores Bibliothecæ Vaticanæ, cum codices in quibus psalterium aliique Veteris Novique Testamenti libri continentur, evolverent, in eum inciderent quo et Psalmi et Commentarius noster inerat. Qua de re statim admonitus ad Vaticanam bibliothecam me contuli, et potestate mihi a summo pontifice Benedicto XIV benigne facta, codicem mecum domum retuli, eoque cum Commentario a me in lucem edito, quo citius per occupationes licuit, collato, varias lectiones ea majori diligentia, qua potui, exscripsi, easque, ratus sum me rem gratam lectori facturum, si ad calcem Commentarii seu Interpretationis jam typis impressæ adjungerem (94). Siquidem plura quæ in nostro codice deerant, supplentur: multa ex conjectura a me emendata confirmantur: plurima prave, mendose, ac præpostero ordine scripta corriguntur. Demum divisionem Psalmorum in minores versiculos per cola et commata, ut veteres vocant, quam servatam fuisse a nostro Psalterii interprete, ex antiquo more ac consuetudine verosimiliter conjeceram, veram esse et minime commentitiam manifesto ostenditur, et multa ita se habere, ut per conjecturam fuerant a me emendata, probantur.

Codex autem exstat in Bibliotheca Vaticana inter codices Palatinos numero 44, ea forma quam vulgo in quarto vocant. Est quidem membraneus, non autem chartaceus, ut ille quo in mea editione adornanda usus sum. Scriptus est sæculo nono exeunte, ut ex charactere, tum certius ex verbis constat, quæ in adnotatione ad calcem codicis ascripta leguntur: hæc autem in Latinum versa talia sunt:

Ut dulcis navigantibus tranquillus portus
Ita et scribentibus ultimus versus.

Scriptus est liber iste interpretis Psalterii
manu Leonis Tabularii Monobasiæ
Mense Augusto 28, *die* 2, *Ind.* . . . .
anno 6045 (94').
Lector deprecare mihi, ut per Christum
liberer ab igne gehennæ.

Codicis inscriptio, ex qua nomen auctoris Interpretationis Psalmorum certius nobis compertum fieret, majori ex parte deleta est. Litteras vero, quæ adhuc supersunt, et quæ, præ vetustate quidem jam fugientes, aliqua tamen diligentia, et cura adhibita, legi poterant, cæteris omnino deletis, hoc loco ascribam ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΨΑΛΜΩΝ . . . . . ΟΥ ΤΟΥ . . . . . eas autem sic legerem:

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΨΑΛΜΩΝ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

INTERPRETATIO PSALMORUM MAGNI ATHANASII

Post inscriptionem sequitur primus psalmus cum interpretatione, quæ deerat in nostro codice. Sed verba psalmi et interpretationis vel vetustate, vel humiditate, vel alio casu non minima ex parte obliterata et corrupta non absque maxima difficultate legi potuerunt; ea autem quacunque potui diligentia a me descripta lector reperiet.

(94) Quæ vero Antonellus ad calcem Commentarii adjunxit, nos suis locis inseruimus

(94') An. 6405 a creatione mundi apud Græcos, est a nativitate Christi 897.

—

Digitized by Google

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

DE TITULIS PSALMORUM

ΒΙΒΛΟΣ ΨΑΛΜΩΝ.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις.

ΨΑΛΜΟΣ Α'.

1. Μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν,
2. Καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη,
3. Καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν·
4. Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ,
5. Καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός.
6. Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον, τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων·
7. Ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ,
8. Καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται·
9. Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ, κατευοδωθήσεται.
10. Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως
11. Ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.
12. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει,
13. Οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων.
14. Ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων,
15. Καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.

A

LIBER PSALMORUM.

Psalmus David sine titulo apud Hebræos.

PSALMUS I.

1. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum,
2. Et in via peccatorum non stetit
3. Et in cathedra pestilentiæ non sedit;
4. Sed in lege Domini voluntas ejus,
5. Et in lege ejus meditabitur die ac nocte.
6. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum,
7. Quod fructum suum dabit in tempore suo,
8. Et folium ejus non defluet; B
9. Et omnia quæcunque faciet, prosperabuntur
10. Non sic impii, non sic;
11. Sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.
12. Ideo non resurgent impii in judicio,
13. Neque peccatores in consilio justorum.
14. Quoniam novit Dominus viam justorum,
15. Et iter impiorum peribit.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ
Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας
ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

SANCTI PATRIS NOSTRI
ATHANASII
Archiepiscopi Alexandrini
INTERPRETATIO.

Psalmus primus deest : ita scriptum legitur rubris litteris in margine paginæ Psalterii Græci et Latini typis impressi, et paginis nostri codicis insertæ; in inferiori autem margine ad verba illa, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται, *iter impiorum peribit*, hæc adnotata sunt : Τὰ ἐπιτηδεύματα τοῦ διαβόλου μετὰ τὴν ἀνάστασιν οὐκ ἔτι ἔσονται. *Diabolica studia, et adinventiones non amplius erunt post resurrectionem.*

Habes in sequenti pagina iterum psalmum primum cum interpretatione, prout exstat in codice Vaticano. Vide Monitum supra.

Digitized by Google

INTERPRETATIO PSALMORUM MAGNI ATHANASII.

PSAL. I.

1. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum,

2. Et in via peccatorum non stetit.
Quam beati sunt, qui talia et ita faciunt!
3. Et in cathedra pestilentiæ non sedit.
Joseph etiam ab Arimathæa non consedit cum Judæis.
4. Sed in lege Domini voluntas ejus,
Explorans quod Deo placitum est, et illud (*a*). .
5. Et in lege ejus meditabitur die ac nocte.

6. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum.
Die ac nocte meditans in lege, est veluti arbor (*b*) . . . . . irrigata a (*c*) . . . . (*d*) . . . . . in paradiso (*e*) . . . . ita et (*f*) . . (*g*) . . .

7. Quod fructum suum dabit in tempore suo.
Cum (*h*) . . . tempestivum fructum præbebit.

8. Et folia ejus non defluent,
Et decor animæ non excidet.
9. Et omnia quæcunque faciet prosperabuntur.
Diligentibus autem *Deum omnia* (*i*) [1]. . .
10. Non sic impii, non sic, sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.
(*k*) . . . . . *maledicti* (*l*) . . . . . *æternum paratum* (*m*) [2]. . . .

11. Ideo non resurgent impii in judicio,
Ad Dei interrogationem.
12. Neque peccatores in consilio justorum.
In congregatione justorum, inquit; separabit enim justos a peccatoribus.
13. Quoniam noscit Dominus viam justorum,
Quia rectæ sunt actiones, in quibus ambulant.

14. Et via impiorum peribit.
Adinventiones diaboli post resurrectionem non amplius erunt.

[1] Rom. VIII, 28. [2] Matth. XXV, 41.

(*a*) Faciens.
(*b*) Semper bene virens, et
(*c*) Dulci.
(*d*) Fonte.
(*e*) Indesinenter.
(*f*) Hi.
(*g*) A Domino.
(*h*) Advenerit Jesus.
(*i*) *Cooperantur in bonum.*
(*k*) Cum dicet ipsis : *Abite.*
(*l*) *In ignem.*
(*m*) *Diabolo et angelis ejus.*

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΨΑΛΜΩΝ. . . . . ΣΙΟΥ ΤΟΥ. . . . . .

ΨΑΛ. Α'.

1. Μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν,
2. Καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη.
Ὡς μακάριοι πάντες οἱ ποιοῦντες οὕτως ὡσαύτως!
3. Καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν.
Ὁ καὶ Ἰωσὴφ ἀπὸ Ἀριμαθαίας οὐ συγκαθέζετο τοῖς Ἰουδαίοις.
4. Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ· Δοκιμάζον τὸ εὐάρεστον τῷ Θεῷ, καὶ τοῦτο (a)....
5. Καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός.
6. Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον, τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων.
Ἡμέρας καὶ νυκτὸς μελετῶν ἐν τῷ νόμῳ, ὡς δένδρον ἐστὶν (b). . . . . ποτιζόμενον ὑπὸ τῆς γλ (c). . . . . (d). . . ἐν τῷ παραδείσῳ. . . . στως (e), οὕτως καὶ. . . (f) τοι ὑπὸ. . . (g) υ.
7. Ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ
Ἡνίκα παρα (h). . . . . ὖς, παραδώσει ὥριμον τὸν καρπόν.
8. Καὶ τὰ φύλλα αὐτοῦ οὐκ ἀπορῥυήσεται.
Καὶ ἡ εὐπρέπεια τῆς ψυχῆς οὐκ ἐκπεσεῖται.
9. Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται.
Τοῖς μὲν *ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνε* (i). . .
10. Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.
(k). . . . . *Ὑπάγετε, οἱ κατηραμένοι* (l). . . . . *αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον* (m). . . . . .
11. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, Εἰς ἐπερώτησιν τοῦ Θεοῦ
12. Οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων.
Ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν δικαίων λέγει· ἀφορίζει γὰρ αὐτοὺς δικαίους ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν.
13. Ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων.
Ἐπειδὴ αἱ πράξεις αὐτῶν, ἐν αἷς περιεπάτουν, ὀρθαί εἰσι.
14. Καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.
Τὰ ἐπιτηδεύματα τοῦ διαβόλου μετὰ τὴν ἀνάστασιν οὐκ ἔτι ἔσονται.

(a) Ποιῶν suppl.
(b) Ἀεὶ εὐθάλλον, καί suppl.
(c) Γλυκείας suppl.
(d) Πηγῆς suppl.
(e) Ἀπαύστως suppl.
(f) Οὗτοι suppl.
(g) Κυρίου suppl.
(h) Παραγίνεται Ἰησοῦς suppl.
(i) *Συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν* suppl.
(k) Ὅτι ἐρεῖ αὐτοῖς suppl.
(l) *Εἰς πῦρ* suppl.
(m) *Τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ* supp.

Digitized by Google

Ἀνεπίγραφος. ΨΑΛ. Β'.

1. Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη,
2. Καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;
3. Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς,
4. Καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.
5. Διαρρήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν,
6. Καὶ ἀπορρίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν.
7. Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς,
8. Καὶ ὁ Κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς.
9. Τότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ,
10. Καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτούς.
11. Ἐνὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ.

A

Sine titulo. PSAL. II.

1. Quare fremuerunt gentes,
2. Et populi meditati sunt inania?
3. Astiterunt reges terræ,
4. Et principes convenerunt in unum, adversus Dominum, et adversus Christum ejus.
5. Dirumpamus vincula eorum,
6. Et projiciamus a nobis jugum ipsorum.
7. Qui habitat in cœlis irridebit eos,
8. Et Dominus subsannabit eos.
9. Tunc loquetur ad eos in ira sua
10. Et in furore suo conturbabit eos.

B

11. Ego autem constitutus sum rex ab eo.

ATHANASII INTERPRETATIO.

Ἡ τοῦ ψαλμοῦ προκειμένη ἐπιγραφὴ ἡ διὰ τῆς κινναβάρεως περιέχει· *Ἀνεπίγραφος*, ὅπερ δηλοῖ· ἀγνωσίαν ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων ὑπεμφαίνειν τὸν ὑποτεταγμένον ψαλμόν. Πᾶν γὰρ τὸ ἀνεπίγραφον ἄδηλον ὑπάρχει τοῖς πολλοῖς. Ἀγνωσίαν οὖν ἐθνῶν Ἰουδαίων (1) κατηγορεῖ ὁ ὑποτεταγμένος ψαλμός· ἀγνωσίαν δὲ, ἣν ἐσχηκότες δείκνυνται περὶ τὸν ἑαυτῶν Δεσπότην, καθὼς (2) γέγραπται· *Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω*· εἰ γὰρ ἔγνωσαν αὐτὸν, οὐκ ἂν αὐτὸν σταυρῷ προσέπηξαν. Τὴν οὖν ἀγνωσίαν (3) αὐτῶν ἐπειδὴ ὁ ψαλμὸς δημηγορεῖ, διὰ τοῦτο τὸ ἀνεπίγραφον (4) ἐπίκειται αὐτῷ. Ὡς πλέον πλησθήσει [πληχθῇ] ἐπιστήσας (5) ἑαυτὸν τῷ ψαλμῷ, *Τί γὰρ*, ἤρξατο λέγειν.

Titulus sive inscriptio, quæ huic psalmo præmittitur, cinnabari confecta, continet: psalmum esse *sine titulo*, quod significat: psalmum, qui subjicitur, manifestare gentium et Judæorum ignorantiam. Omne enim, quod titulum sive inscriptionem non habet, multis ignotum est. Subjectus igitur psalmus gentium et Judæorum ignorantiam accusat: ignorantiam quidem, quam de Domino suo habuisse ostenderunt, quemadmodum scriptum est: *In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit* [a]; si enim eum cognovissent, eum non crucifixissent [b]. Quoniam igitur psalmus illorum increpat ignorantiam, ideo nullus in eo inscribitur titulus. Ut magis feriat, seipsum psalmo intendens, *Quare*, cœpit dicere.

1. Ἵνα τί κατεπήρθησαν τοῦ Θεοῦ,
2. Καὶ ἐβουλεύσαντο ἅπερ οὐκ ἠδύναντο ἐκτελέσαι κατ' αὐτοῦ;
3. Ἡρώδης ὁ βασιλεύς.
4. Πόντιον Πιλᾶτον λέγει, καὶ Ἅνναν, καὶ Καϊάφαν.
5. Τὸν σύνδεσμον τῆς ἀγάπης, ἧς εἶχον οἱ ἄγγελοι πρὸς αὐτούς.
6. Λαβόντες γὰρ τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων οὐκ ἐφύλαξαν, ἀλλ' ἐδουλώθησαν τῇ ἁμαρτίᾳ.
7, 8. Ἐξουδενώσει γὰρ αὐτοὺς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως,
9. Ἐν τῇ κρίσει λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ,
10. Καὶ ἀποῤῥίψει αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ προσώπου αὐτοῦ.
11. Ἐγὼ δὲ ἀνεδείχθην βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν, καθὼς ὑποτέτακται ἐνταῦθα (6)· *Σὺ εἶ ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός.*

C

1. Quid enim insurrexerunt contra Deum,
2. Et adversus eum deliberaverunt, quæ non potuerunt perficere?
3. Herodes rex.
4. Pontius Pilatus, Annas et Caiphas.
5. Vinculum dilectionis, quo angeli cum eis conjungebantur.
6. Accipientes enim legem in dispositione angelorum, non custodiverunt eam [c], sed servi facti sunt peccato.
7, 8. Nam in die judicii contemnet eos,
9. In judicio loquetur ad eos in ira sua,
10. Et projiciet eos a facie sua.

D

11. Ego enim declaratus sum rex a Patre cum ea, quæ hic subjiciuntur, dixit: *Tu es Filius meus dilectus* [d].

[a] Joan. I, 10. [b] I Cor. II, 8. [c] Act. VII, 53. [d] Matth. III, 17; XVII, 5; II Petr. I, 17.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Ἀγνωσίας οὖν τῶν ἐθνῶν τῶν Ἰουδαίων.
(2) Καθ' ἃ.
(3) Ἄγνοιαν.
(4) Τὸ ἀνεπίγραφος.
(5) Πεισθεὶς θήσει ἐπιστήσας.
(6) Οἵ ποτε τὰ ἐνταῦθα.

Digitized by Google

12. Super Sion montem sanctum eius,
13. Prædicans præceptum ejus
14. Dominus dixit ad me : Filius meus es tu,
15. Ego hodie genui te.
16. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam,
17. Et possessionem tuam terminos terræ.
18. Reges eos in virga ferrea,
19. Et tanquam vas figuli confringes eos.
20. Et nunc, reges, intelligite,
21. Erudimini, qui judicatis terram.
22. Servite Domino in timore :
23. Et exsultate ei cum tremore.
24. Apprehendite disciplinam,
25. Ne quando irascatur Dominus,
26. Et pereatis de via justa.
27. Cum exarserit in brevi ira ejus,
28. Beati omnes qui confidunt in eo.

A 12. Ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ,
13. Διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα Κυρίου.
14. Κύριος εἶπε πρός με· Υἱός μου εἶ σύ·
15. Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.
16. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου,
17. Καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς.
18. Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ,
19. Ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψεις αὐτούς.
20. Καὶ νῦν, βασιλεῖς, σύνετε,
21. Παιδεύθητε, πάντες οἱ κρίνοντες τὴν γῆν.
22. Δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν φόβῳ·
23. Καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ.
24. Δράξασθε παιδείας,
25. Μήποτε ὀργισθῇ Κύριος,
B 26. Καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας.
27. Ὅταν ἐκκαυθῇ ἐν τάχει ὁ θυμὸς αὐτοῦ,
28. Μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ.

ATHANASII INTERPRETATIO.

12. *Sion* interpretatur *locus*, ubi tabernaculum. Rex igitur declaratus est a Patre in Sion, hoc est in cœlis, ubi verum tabernaculum, *quod ædificavit Dominus, non autem homo* [7].

13, 14. E cœlis audire fecit vocem suam, clamans ad me : *Tu es Filius meus dilectus.*

15. Qua die te manifestavi [8]. Nam ante sæcula absconditus eras in me Patre tuo, quemadmodum de illo scriptum est : *Exsistens in sinu Patris* [9].

16, 17. Ideo dixit in Evangelio : *Pater, quos dedisti mihi volo, ut ubi sum ego, et illi sint* [10].

18, 19. In potestate valida omnes, qui tibi non obediunt, comminues et domabis.

20. Cognoscite hunc esse Deum.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, inquit Christus, *ubi ærugo et tinea demolitur, et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlis : ubi neque ærugo, neque tinea demolitur; et ubi fures non effodiunt, nec furantur* [77]. Qui porro hujusmodi verba audierunt, dixere : Probum utique consilium, probabilisque sententia, ut in cœlis potius quam in terra bona præsentia recondantur. Verum quo pacto aurum argentumve reponamus in cœlis, nulla sane ratio subest. Nam sublime admodum est cœlum, ut ipsum manu contingere nequeamus. Neque enim scalam illam conspicimus, quam vidit patriarcha Jacob, ut ea conscensa, bona nostra reponamus in cœlo. Ad hæc Dominus : Etiamsi admodum excelsum sit cœlum, potestis tamen ibi thesaurum justitiæ nunquam expilandum reponere. Da pauperi et inopi quæ opus ipsi sunt, et ea ipsa in cœlo reposita invenies, salva, immaculata, incorrupta. Habes quoque scalam, quæ a terra ad cœlum usque pertingit, videlicet salutarem crucem ; gradus vero, intemeratorum Evangeliorum dogmata. Per ipsa igitur ad cœlestes mansiones conscende, ut æterna gloria afficiaris. Animadverte illud a me dictum : *Lucerna corporis tui est oculus : si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; sin autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit* [78]. Corpus vero tenebrosum efficitur, si oculus nequam est, non opificis vitio : omnia enim quæcunque fecit Dominus admodum bona sunt ; sed ob improbos perversosque mores ejus, cujus est oculus. Cum porro nequam oculum audis, prudens auditor, ne oculum capiti hærentem intelligas, sed pravam cogitationem in tenebroso corde latentem. Quod si contingat corporeum oculum ex copioso fluxu ac dolore cranii obscurari ; at corporea cæcitas a futuris ac sempiternis bonis nullum amovet.

B

C

(16) Ἀθανασίου,

Εἰς τό· *Οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος;*

Διαφέρει δὲ ἡ ψυχὴ τῆς τροφῆς, καθὸ αὕτη μέν ἐστι πνεῦμά τι ζωτικόν· ἡ δὲ τροφὴ γηΐνη καὶ εὐδιάλυτος· τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος, ἐπεὶ τὸ μέν ἐστιν ἔργον θείκῶν χειρῶν, τὸ δὲ πόκος ἀλόγου βοσκήματος. Πολλοὶ δὲ, ἀκούοντες ψυχὴν ἐσθίουσαν, ξενίζονται ἐπὶ τῷ λόγῳ, ὁρῶντες τὴν χεῖρα τῷ στόματι κομίζουσαν τὰ σιτία. Ἀλλὰ σὺ, ἀγαπητὲ, μὴ ξενισθῇς ψυχὴν ἀκούων ἐσθίουσαν. Καὶ γὰρ οὕτως ἐστὶ καὶ

D

Athanasii,

In illud : *Nonne anima plus est quam esca, et corpus plus quam vestimentum* [79] ?

Differt autem anima ab esca, quatenus hæc quidem est spiritus vivificans; illa vero terrena est facileque solvitur. Corpus vero præstat vestimento, quia illud quidem divinarum manuum opificium est, hoc vero, vellus pecoris irrationabilis. Multi porro audientes comedentem animam, ob vocis insolentiam stupent, dum vident manum ori alimenta admovere. At tu, dilecte, ne mireris, dum animam

[77] Matth. vi, 19, 20. [78] Matth. vi, 22. [79] ibid 25.

(15) Hæc prodeunt ex cod. Reg. 1993.
(16) Prodeunt hæc ex codice Reg. 1993, fol. 86, editis multum absimilia et longe auctiora.

Digitized by Google

comedere audis. Ita sane neque alio modo res se habet. Comedit porro anima quæ ori immittuntur : quia ex natura sua calida est, juxta Sapientiæ verbum : *Anima calida est ut ignis accensus* [80]. Sicut ergo ignis immissa in lebetem concoquit; eodem modo ignea anima, alimenta in ventrem inducta digerit et absumit. Etiamsi porro ψυχή, id est anima, vocetur; non ita dicitur quod sit natura sua ψυχρά, id est frigida, ut ex simplicioribus quidam arbitrati sunt; sed quia ex multo calore, humida exsiccat; quod etiam ex solis vi et efficacia planum evadit : nam cum calidus igneusque sit, lutum exsiccat, humidumque omne in vaporem solvit. Quod autem anima ex natura sua calida sit, vel mortuorum exemplo, frater, persuasum habeas. Etenim, cum anima a corpore separata est, rigent omnia membra, nihilominus quam hiberna glacies, niveque frigidiora evadunt. Ex iis item quæ tempore famis contingunt, potes quoque rem propositam comprobare : donec enim anima cibi copia fruitur, corpus viget sane valetque viribus; at deficiente cibo, ipsum corpus absumit et corrumpit. Neque enim potest corpus absque cibo animæ calori obsistere, quemadmodum neque vas æneum clibano impositum ignis vehementiam sine aqua ferre valet; prorsus enim funditur et liquescit. Eodem prorsus modo lebes corporis, deficiente cibo, ab ignea anima absumptus omnino pessumdatur. In summa autem eo maxime spectat illud Domini effatum : *Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, aut corpori vestro quid induamini* [81]; quia plus est anima quam esca, et corpus plus quam vestimentum [82]. Si itaque Dei gratia præstantioribus majoribusque bonis affecti sumus, multo magis hisce minoribus vilioribusque replebimur.

Quærite primum regnum Dei [83]. Regnum Dei nihil aliud est quam futurorum bonorum possessio; id est, Dei contemplatio ac cognitio, quantum humanæ est facultatis.

S. Athanasii, quod non judicandum sit, ex Evangelio secundum Matthæum.

Nolite judicare, ut non judicemini; in quo enim judicio judicabitis, judicabimini : et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis [84]. Ait vero Dominus ea ipsa atque æqualia iis accidere qui judicant, atque iis qui metiuntur : non quemadmodum aiunt hæretici, se ipsos in errorem deducentes, *non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant* [85]. Ili namque per insanos atque perniciosos pœnitentiæ ritus pecuniæ quæstum aucupantes, aiunt non judicandum sive damnandum esse eum qui peccata mortalia admittit : ait quippe Dominus : *Nolite judicare ut non judicemini.* Quod si ita se res habet ut affirmant ipsi, Noe sane vir justus damnatus fuit, quod derisorem Chamum judicave-

A οὐκ ἄλλως πως. Ἐσθίει δὲ ψυχὴ τὰ παραπεμπόμενα τῷ στόματι· ἐπεί ἐστι τὴν φύσιν θερμὴ κατὰ τὸν λόγον τῆς Σοφίας· *Ψυχὴ θερμὴ ὡς πῦρ καιόμενον.* Ὥσπερ οὖν τὸ πῦρ τὰ βαλλόμενα εἰς τὸν λέβητα ἔψει, οὕτως καὶ ἡ πυρώδης ψυχὴ τὰ παραπεμπόμενα σιτία τῇ κοιλίᾳ λεπτύνει καὶ δαπανᾷ. Κἂν δὲ ψυχὴ λέγηται, οὐ λέγεται διὰ τὸ εἶναι ψυχρὰ τῇ οὐσίᾳ, ὥς τινες τῶν ἁπλουστέρων ᾠήθησαν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐκ πολλῆς θερμότητος ἀναξηραίνειν αὐτὴν τὰ ὑγρά, ὡς ἔστιν πληροφορηθῆναι καὶ ἐκ τῆς ἐνεργείας τοῦ ἡλίου· ὧν γὰρ θερμὸς καὶ πυρώδης, πηλὸν ξηραίνει, καὶ πᾶν ὑγρὸν ἀνιμᾶται. Ὅτι δὲ ἡ ψυχὴ θερμή ἐστι κατὰ φύσιν, πείθου, ἀδελφὲ, καὶ ἐκ τῶν ἀποθνησκόντων. Ἧ γὰρ ἀποχωρισθῇ ἡ ψυχὴ ἀπὸ τοῦ σώματος, πάντα τὰ μέλη εὑρίσκονται κρυσταλλώδη, καὶ οὐδὲν ἧττον B πάγου χειμερίου ἢ χιόνος ψυχρότερα. Καὶ δὴ ἀπὸ τῶν λιμῶν ἔστι δοκιμάσαι τὸ λεγόμενον· ἕως γὰρ ἔχει ἡ ψυχὴ τὴν τροφὴν εἰς ἀφθονίαν, τὸ σῶμα θάλλει καὶ ἀδρύνεται· ὁπηνίκα δὲ ἀπορήσει σιτίων, αὐτὸ τὸ σῶμα κατεσθίει καὶ φθείρει. Οὐ γὰρ δύναται τὸ σῶμα ἄνευ τροφῆς ἀντέχειν πρὸς τὴν θερμότητα τῆς ψυχῆς, ὡς οὔτε ἀγγεῖον χαλκοῦν ἐστὼς ἐπὶ κλιβάνου οὐ δύναται ἄνευ ὕδατος φέρειν τὴν σφοδρότητα τοῦ πυρός· ἐκφρύγεται γὰρ καὶ διαλύεται τέλειον. Οὕτω γοῦν καὶ ὁ λέβης τοῦ σώματος, μὴ ἔχων τὴν τροφὴν, παρὰ τῆς πυρώδους ψυχῆς ὑπολικμώμενος ἀπόλλυται παντάπασι. Κεφάλαιον δὲ πᾶν ἐπὶ πᾶσι τὸ λεχθὲν πρὸς τοῦ Κυρίου· *Μὴ μεριμνήσητε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε, ἢ τῷ σώματι τί ἐνδύσησθε·* ἐπὶ πλεῖόν C ἐστιν ἡ ψυχὴ τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος. Εἰ τοίνυν τῶν κρειττόνων καὶ μειζόνων ἠξιώθημεν τῇ χάριτι τοῦ κρείττονος, πολλῷ μᾶλλον τῶν βραχυτέρων καὶ καταδεεστέρων ἐμπλησθῶμεν.

Ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Βασιλεία Θεοῦ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἀλλ' ἢ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἡ ἀπόλαυσις· τουτέστιν ἡ τοῦ Θεοῦ θεωρία τε καὶ γνῶσις, ὅσον ἐφικτὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ.

(17) *Περὶ τοῦ μὴ κρίνειν, τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου, τοῦ μακαρίου Ἀθανασίου.*

Μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε· ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε· καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Λέγει δὲ ὁ Κύριος τὰ D αὐτὰ καὶ τὰ ἴσα πάσχειν τὸν κρίνοντα καὶ τὸν μετροῦντα, οὐ καθώς φασιν αἱρετικῶν παῖδες ψευδόμενοι ἑαυτοὺς, καὶ *μὴ εἰδότες τί λέγουσιν, ἢ περὶ ὧν διαβεβαιοῦνται.* Οὗτοι γὰρ ἐμπορευόμενοι τὰ χρήματα διὰ τῶν ἀνοήτων καὶ ἐπιζημίων μετανοιῶν θέλουσι λέγειν, ὅτι οὐ δεῖ κρίνειν τὸν δράσαντα θανατικὰς ἁμαρτίας. Εἶπε γὰρ ὁ Κύριος· *Μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε.* Εἰ δὲ οὕτως ἦν καθὼς ἐκεῖνοι διισχυρίζονται, πάντως ἂν ὁ δίκαιος Νῶε κατεκρίθη κρίνας τὸν χλευαστὴν Χὰμ τοῦ εἶναι δοῦλον τῶν ἀδελφῶν. Ὁ δὲ Μωϋσῆς, κρίνας τὸν συλλέξαντα τὰ ξύλα ἐν τῷ

[80] Eccli. xxiii, 22. [81] Matth. vi, 25. [82] ibid. [83] ibid. 33. [84] Matth. vii, 1. [85] I Tim. i, 7.

(17) Ex codice Ambrosiano 27, x sæculi egregiæ notæ; et ex Reg. 1993, item x sæculi

Digitized by Google

σαββάτῳ, ἐκέλευσεν ἔξω τῆς παρεμβολῆς λίθοις αὐτὸν ἀποθανεῖν· ὁ δὲ διάδοχος αὐτοῦ Ἰησοῦς κρίνας καὶ τὸν Ἄχαν διὰ τῆς κλοπῆς πανοικὶ ἐξωλόθρευσεν. Ὁ δὲ Φινεὲς διὰ τὴν πορνείαν τὸν Ζαμβρὶ κρίνας, σειρομάστῃ ἐξεκέντησε. Καὶ ὁ Σαμουὴλ τὸν Ἀγὰγ τὸν βασιλέα τῶν Ἀμαληκιτῶν ἀνεῖλεν ἐνώπιον Κυρίου. Ὁ δὲ Ἠλίας κρίνας τοὺς ψευδοπροφήτας, ὡς χοίρους ἐν τῷ χειμάρρῳ ἀπέσφαξεν. Καὶ ὁ Ἐλισσαῖος, κρίνας τὸν Γιεζῆ διὰ τὴν λῆψιν τῶν χρημάτων, λεπρὸν ἀνέδειξεν. Ὁ δὲ Δανιὴλ, κρίνας τοὺς ἀκολάστους γέροντας ἕνεκεν τῆς συκοφαντίας, νόμῳ Μωσαϊκῷ ἐτιμωρήσατο. Καὶ ὁ Πέτρος, λαβὼν τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, τὸν Ἀνανίαν μετὰ τῆς γυναικὸς νοσφισαμένους ἐκ τοῦ ἰδίου κτήματος, κρίνας, παραυτὰ ἐποίησεν αὐτοὺς ἀποψύξαι. Καὶ ὁ Παῦλος ἔκρινεν Ἀλέξανδρον τὸν χαλκέα εἰπών· *Ἀποδώσει αὐτῷ Κύριος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.* Ὑμεναῖον δὲ καὶ Φιλητὸν παρέδωκε τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῇ μηκέτι βλασφημεῖν. Αἰτιᾶται δὲ καὶ μὴ κρινούσας Ἐκκλησίας τῶν Κορινθίων φήσας· *Οὐκ ἔστιν ἐν ὑμῖν σοφὸς ὃς δυνήσεται κρῖναι ἀναμέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ; ἢ ὅτι οὐκ οἴδατε, ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν;* Εἰ τοίνυν πάντες οἱ δίκαιοι, κρίναντες, οὐ κατεκρίθησαν, μᾶλλον δὲ ἐκλεγέντες εἰς τὴν πνευματικὴν διακονίαν ἐξελέγησαν· πῶς οὐ δεῖ κατ' αὐτοὺς κρίνειν; Εἶπεν οὖν ὁ Κύριος· *Μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε·* οὐχ ἵνα μέλλωμεν ἀκρίτως τι πράττειν ἢ ποιεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ τοὺς Φαρισαίους καὶ Γραμματεῖς κρίνειν μὲν ἀλλήλους, ἑαυτοὺς δὲ μὴ διορθοῦσθαι. Οἷον ἔκριναν τὸν φονέα ἀποθανεῖν κατὰ τὸν νόμον, αὐτοί τε καὶ προφήτας παρανόμως θανατοῦντες· ἔκριναν τὸν μοιχὸν ὡς μοιχὸν κολασθῆναι, καὶ αὐτοὶ ὡς ἵπποι θηλυμανεῖς ἐχρεμέτιζον ἐπὶ τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας· ἔκριναν τὸν κλέπτην, αὐτοὶ ὄντες συλῶται τῶν ἀλλοτρίων χρημάτων. Ἦσαν δὲ καὶ *κώνωπα διυλίζοντες καὶ τὴν κάμηλον καταπίνοντες.* Ὅτι δὲ τοιοῦτοι ἦσαν οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ Γραμματεῖς, φανερὸν ἐκ τοῦ λέγειν τὸν Κύριον διὰ τῶν ἑξῆς πρὸς ἕνα ἕκαστον αὐτῶν· *Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ δοκὸν τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου οὐ κατανοεῖς; Ἢ πῶς λέγεις τῷ ἀδελφῷ σου· Ἄφες ἐκβαλῶ τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου; Ὑποκριτά, ἔκβαλε πρῶτον ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου τὴν δοκὸν, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου.* Εἰ δὲ αὐτὸς ἔχεις τὴν δοκὸν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου τῆς ἀκολασίας, ὢν τυφλὸς, πῶς δύνασαι ἀποστρέψαι τὸν πλησίον σου ἀπὸ τοῦ κάρφους τῆς μικρᾶς ἁμαρτίας; Ὁ δὲ θεσπέσιος Παῦλος, γράφων Ῥωμαίοις, καὶ αὐτὸς λέγει περὶ τῶν τοιούτων ὑποκριτῶν, καὶ σχηματιζομένων τὴν εὐσέβειαν· *Ὁ διδάσκων τὸν ἕτερον, ἑαυτὸν οὐ διδάσκεις· ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις· ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν, μοιχεύεις· ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς· ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου, τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις·* καὶ πάλιν· *Ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνεις τὸν*

A rit damnaveritque, ut esset fratrum servus [86]. Moyses, item lato judicio in eum qui ligna collegerat die sabbati, jussit eum extra castra lapidibus necari [87]. Ejus quoque successor Jesus, sententia in Achan ob furtum prolata, cum domus supellectile tota exterminavit ipsum [88]. Phinees etiam Zambri fornicationis causa damnans, ipsum hasta confodit [89]. Samuel Agag regem Amalecitarum interemit in conspectu Domini [90]. Elias falsos prophetas damnatos, quasi porcos in torrente jugulavit [91]. Elisæus Giezi acceptæ pecuniæ reum damnavit, effecitque leprosum [92]. Daniel vero lascivos senes sycophantiæ causa ab se damnatos, juxta legem Mosaicam ultus est [93]. Petrus autem, qui accepit claves regni cœlorum [94], Ananiam cum uxore, quod partem pecu-

B niæ ex vendita propria possessione subduxissent, damnans, exstinctos subito cadere fecit [95]. Et Paulus quoque Alexandrum fabrum judicavit dicens : *Reddet illi Dominus secundum opera sua* [96]. Hymenæum vero atque Philetum tradidit Satanæ, ut ediscerent non ultra blasphema effari. Arguit autem Ecclesias Corinthiorum, quod non judicaverint, his verbis : *Non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum? An nescitis quia angelos judicabimus* [97]? Si itaque omnes justi, qui judicaverunt, non ideo condemnati, imo vero ad spirituale ministerium allecti et cooptati sunt, quare non ut illi judicandum esse censeamus? Ait itaque Dominus : *Nolite judicare, ut non judicemini*, non ideo sane ut quid faciamus vel admittamus, de quo

C judicium non feramus ; sed quia Pharisæi et Scribæ se mutuo judicabant et damnabant, ipsi vero non sese emendabant. Sic homicidam illum, secundum legem, capitis damnarunt, cum ipsi interea prophetas inique trucidarent ; mœchum adulterii causa pœnas luere decreverunt, cum ipsi ceu equi lascivi hinnirent ad alienas uxores [98] : sententiam in furem tulerunt, ipsi raptores pecuniæ alienæ. Erantque *excolantes culicem, et deglutientes camelum* [99]. Quod autem tales fuerint Pharisæi atque Scribæ, palam est ex iis quæ singulis eorum in sequentibus ait Dominus : *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere*

D *fratri tuo : Sine ejiciam festucam de oculo tuo? Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui* [1]. Quod si tu in oculo tuo habes intemperantiæ et libidinis trabem, ita ut cæcutias, qui possis proximum tuum avertere a festuca levis cujusdam peccati? Divinus autem Paulus ad Romanos scribens, de hypocritis hujusmodi, qui pietatem ementiuntur, talia fatur : *Qui alium doces, teipsum non doces ; qui prædicas non furandum, furaris ; qui dicis non mœchandum, mœcharis ; qui abominaris idola, sacra expilas ; qui in lege gloriaris, per præ-*

[86] Gen. IX, 26. [87] Num. XV, 35. [88] Josue VII, 25. [89] Num. XXV, 8. [90] I Reg. XV, 33. [91] III Reg. XVIII, 40. [92] IV Reg. V, 27. [93] Dan. XIII, 62. [94] Matth. XVI, 18. [95] Act. V, 1-10. [96] II Tim. IV, 14. [97] I Cor. VI, 5. 3. [98] Jerem. V, 8. [99] Matth. XXIII, 24. [1] Matth. VII, 3-5.

Digitized by Google

varicationem legis Deum inhonoras [2]. Et rursum : *In quo enim judicio judicas alterum, teipsum condemnas : eadem enim agis qui judicas* [3]. Sicut et transgressores Paschatis, per Paschatis prævaricationem Christum inhonorant, cujus est Pascha. In, qualibet igitur re, qui alium judicat, siquidem is idipsum peragat, seipsum judicat; velut duo illi senes, qui cum de Susanna quasi adultera judicium tulissent eamque damnassent, secundum Mosaicam legem, adulterii ipsi quoque damnati sunt. Pharao autem in qua mensura mensus est, remensum est ipsi : qui enim pueros in fluvio demergi ac suffocari jusserat, ipse quoque submersus periit in mari Rubro. Sacerdotes vero qui Zachariam ad altare trucidarunt, ipsi quoque sub altari a Romanis jugulati sunt : ut ediscas quod in qua mensura quis mensus fuerit, in eadem remetietur ei; et per quæ quis peccaverit, per hæc et punietur.

A ἕτερον, ἑαυτὸν κατακρίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων. Ὡς καὶ οἱ παραβάται τοῦ Πάσχα διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ Πάσχα τὸν Χριστὸν ἀτιμάζουσιν, οὗ ἐστι τὸ Πάσχα. Ἐν ᾧ οὖν τις κρίνει τὸν ἕτερον, καὶ δρᾷ τὰ αὐτὰ, ἑαυτὸν κρίνει· ὡς καὶ οἱ δύο πρεσβύτεροι· κρίναντες γὰρ τὴν Σωσάνναν ὡς μοιχαλίδα, ἐκρίθησαν ὄντες αὐτοὶ μοιχοὶ κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν νόμον. Ὁ δὲ Φαραὼ ἐν ᾧ μέτρῳ ἐμέτρησεν ἀπεμετρήθη αὐτῷ· ἀποπνίξας γὰρ τὰ βρέφη ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ αὐτὸς ὑποβρύχιος ἀπώλετο ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς, φονεύσαντες τὸν Ζαχαρίαν παρὰ τὸ θυσιαστήριον, καὶ αὐτοὶ ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἐσφάγησαν· ἵνα μάθῃς, ὅτι ᾧ μέτρῳ τις μετρεῖ, τούτῳ καὶ ἀντιμετρεῖται αὐτῷ· δι' ὧν δὲ καὶ τις ἁμαρτάνει, διὰ τούτων καὶ κολάζεται.

Athanasii,

De incontaminatis mysteriis.

B

Nolite sancta dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ait Christus [4]. Id sane recti judicii est. Neque enim Dominus indiscriminatim ac sine distinctione dixit : Date sancta et margaritas omnibus ; sed, *Nolite dare sancta canibus*, id est malis operariis, dicente Apostolo : *Videte canes, videte malos operarios, videte porcos* [5] ; quo significantur libidinosi homines. Neque abs re sane, sed admodum congruenter porcis libidinosi comparantur. Quemadmodum enim si quis porcum ex cœno eduxerit, id sibi porcus damno esse arbitratur ; ita si quis libidinosum ex cœno voluptatis avertat, is temperantiæ consiliarium non amici, sed adversarii loco habet. Ne projiciamus ergo nostras incontaminatorum mysteriorum margaritas ante homines porcis similes. At dicet quispiam : Sacrorum participes esse volunt, et sunt tamen canes impudentes, et porci voluptati in cœno voluptatis : tu vero ne dederis. Nam ægri quoque aquam postulant, sed medici vetant ; tyranni regiam purpuram expetunt, sed illius custodes, periculum suspicantes, non concedunt. Vide ergo tu quoque, diacone, ne indignis purpuram impeccabilis corporis præbeas ; ne rationi reddendæ, non secundum Romanas leges, sed secundum Domini dicta, obnoxius sis. *Nolite*, igitur, *sancta dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis*, inconsideratis scilicet cogitationibus, *et conversi dirumpant vos* [6], schismata hæresesque facientes.

(18) Ἀθανασίου,

Περὶ τῶν ἀχράντων μυστηρίων.

C

Μὴ δότε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλετε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, φησὶν ὁ Χριστός. Καὶ γὰρ τοῦτο κρίσεώς ἐστιν ὀρθῆς. Οὔτε δὲ ἔφησεν ὁ Κύριος ἀδιορίστως ἢ χωρὶς διαστολῆς· Δότε τὰ ἅγια καὶ τοὺς μαργαρίτας τοῖς πᾶσιν· ἀλλά· Μὴ δότε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, τοῖς κακοῖς ἐργάταις, λέγοντος τοῦ Ἀποστόλου· Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέπετε τοὺς χοίρους, οἵτινές εἰσιν οἱ ἀκόλαστοι. Τοῖς δὲ χοίροις παραβάλλονται οἱ ἀκόλαστοι οὐκ ἀπεικότως, ἀλλ' οἰκείως καὶ προσηκόντως. Ὥσπερ γὰρ τὸν χοῖρον ἐάν τις ἀποσπάσῃ τοῦ βορβόρου, καὶ νομίζει ζημιοῦσθαι· οὕτω καὶ τὸν ἀκόλαστον ἐάν τις ἀποστρέψῃ ἀπὸ τοῦ βορβόρου τῆς ἡδονῆς, λογίζεται τὸν συμβουλεύοντα τὴν σωφροσύνην εἶναι ἐχθρὸν, ἥπερ φίλον. Μὴ βάλωμεν οὖν τοὺς μαργαρίτας ἡμῶν τῶν ἀχράντων μυστηρίων ἔμπροσθεν τῶν χοιροτρόπων ἀνθρώπων. Ἀλλά φησι· Θέλουσι μεταλαμβάνειν τῶν ἁγίων· καί εἰσι κύνες ἀναιδεῖς, καὶ χοῖροι ἐγκαλινδούμενοι τῇ ἡδονῇ. Ἀλλὰ σὺ μὴ δῷς. Καὶ γὰρ οἱ νοσοῦντες ὕδατος ἐπιθυμοῦσιν· ἀλλ' οἱ ἰατροὶ οὐκ ἐπιτρέπουσι· καὶ οἱ τύραννοι ποθοῦσι τὴν βασιλικὴν πορφύραν· ἀλλ' οἱ φυλάσσοντες αὐτὴν οὐ παρέχουσιν ὑφορώμενοι τὸν κίνδυνον. Βλέπε οὖν καὶ σὺ, διάκονε, μὴ ἀναξίοις ἐπιδώσῃς τὴν πορφύραν τοῦ ἀναμαρτήτου σώματος· ἵνα μὴ εὐθυνθῇς οὐ κατὰ τοὺς Ῥωμαϊκοὺς νόμους, ἀλλὰ κατὰ τοὺς δεσποτικοὺς λόγους. Μὴ δότε οὖν τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς τοῖς ποσὶν αὐτῶν, τοῖς ἀλογίστοις λογισμοῖς, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς, ποιήσαντες σχίσματα καὶ αἱρέσεις.

Athanasii Alexandrini,

De falsis prophetis.

D

Ait Dominus : *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimento ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces : a fructibus eorum cognosce-*

(19) Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας,

Περὶ ψευδοπροφητῶν.

Εἶπεν ὁ Κύριος· Προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύματι προβάτου, ἔνδοθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες·

[2] Rom. II, 21-23. [3] ibid. I. [4] Matth. VII, 6. [5] Philipp. III, 2. [6] Matth. VII, 6.

(18) Ex codice Reg. 1993, X sæculi.

(19) Edit. Athan. p. 1026, ex codice Barocciano.

Digitized by Google

ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. A *'Εὰν οὖν τινα ἴδῃς, ἀδελφὲ, ὅτι ἔχει σχῆμα σεμνοπρεπὲς, μὴ πρόσχῃς, ὅτι ἐνδέδυται κώδιον προβάτου, ὅτι ὄνομα ἔχει πρεσβυτέρου, ἢ ἐπισκόπου, ἢ διακόνου, ἢ ἀσκητοῦ· ἀλλὰ τὰς πράξεις αὐτοῦ περιέργασαι· εἰ ἔστι σώφρων, εἰ ἔστι φιλόξενος, ἢ ἐλεήμων, ἢ ἀγαπητικὸς, ἢ ἐν προσευχαῖς καρτερικὸς, ἢ ὑπομονητικός· εἰ ἔχει κοιλίαν θεὸν, καὶ τὸν φάρυγγα ᾅδην, νοσῶν χρήματα, καὶ καπηλεύων τὴν θεοσέβειαν, ἄφες αὐτόν. Οὐ γάρ ἐστι ποιμὴν ἐπιστημονικὸς, ἀλλὰ λύκος ἁρπακτικός. Εἰ δὲ οἶδας τὰ δένδρα δοκιμάζειν ἀπὸ τῶν καρπῶν, ποῖά ἐστι τῇ φύσει, τῇ γεύσει, τῇ πιότητι· πολλῷ μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἔργων ὀφείλεις δοκιμάζειν τοὺς χριστεμπόρους· ὅτι, φέροντες φημάριον εὐλαβείας, ψυχὴν κέκτηνται διαβολικήν.* B *Εἰ δὲ καὶ ἀπὸ ἀκανθῶν οὐ συλλέγεις σταφυλὰς, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα, τί ὑπολαμβάνεις, ὅτι ἀπὸ παραβατῶν ἔχεις τι ἀγαθὸν ἀκοῦσαι, ἢ ἀπὸ προδοτῶν μαθεῖν τι χρήσιμον; Ἐκείνους τοίνυν ἀποστρέφου ὡς λύκους Ἀραβικοὺς, καὶ ἀκάνθας παρακοῆς, καὶ τριβόλους ἀδικημάτων, καὶ δένδρα πονηρά. Ἐὰν ἴδῃς συνετὸν, κατὰ τὴν συμβουλεύουσαν Σοφίαν, ὄρθριζε πρὸς αὐτὸν, καὶ σταθμοὺς θυρῶν αὐτοῦ ἐκτριβέτω ὁ ποῦς σου, ἵνα παρ' αὐτοῦ διδαχθῇς νόμου σκιαγραφήματα καὶ χαρίτων δωρήματα. Οὔτε δὲ λόγος σοφιστικὸς, ἢ σχῆμα ἐπιθετικὸν εἰσάγουσιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ πίστις τελεία καὶ ἀπερίεργος μετὰ τῆς ἐναρέτου καὶ διαλαμπούσης προνοίας.*

tis eos [7]. Si itaque quempiam videris, o frater, qui sit honesto indutus vestimento, ne attendas ipsi, etiamsi ovis pelle vestitus sit, et presbyteri, episcopi, diaconi vel asceteæ nomen habeat: sed ejus opera accuratius perpendas, an sit temperans, an hospitalis, an misericors, an charitatem habeat, an perseveret in orationibus, an sit patiens. Si deum ventrem habeat, et guttur infernum, divitiarum morbo laborans, pietatem pro quæstu habens, dimitte illum; non est enim pastor peritus, sed lupus rapax. Si autem nosti arbores ex fructibus probare, quænam scilicet sint natura, gustu, pinguedine; multo magis ex operibus periculum facere debes eorum, qui Christo ad quæstum utuntur; quia, dum aliquam sanctitatis famam præferunt, animam possident diabolicam. Quod si ex spinis non colligis uvas, nec ex tribulis ficus, quid opinaris posse te quid boni ex prævaricatoribus audire, et ex proditoribus quidpiam utile ediscere? Illos itaque aversare ut lupos Arabicos, et spinas inobsequentiæ, tribulos iniquitatis, arbores malas. Si videris sapientem aliquem, ex consilio Sapientiæ [8], mane vigila ad illum, stationes portarum ejus terat pes tuus, ut ab eo ediscas legis umbras, et gratiarum dona. Neque enim sophisticus sermo et habitus modestus introducunt in regnum cœlorum; sed fides perfecta ac minime curiosa, cum providentia virtutis plena et conspicua.

(20) *Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου.*

Sancti Athanasii.

Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν· ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν. Ἐντεῦθεν ὠφελημένος ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *ὀγκώδη* τὴν ἁμαρτίαν ὠνόμασε *καὶ εὐπερίστατον.* Τί γὰρ βαρύτερον καὶ βλαβερώτερον ἁμαρτίας; ὥσπερ ἐκ τοῦ ἐναντίου, τί τῆς ἀρετῆς ἐλαφρότερον; *Ἡ μὲν γὰρ ἁμαρτία, ὡς ἐν Παροιμίαις γέγραπται, πολλοὺς τρώσασα, καταβάλλει τῷ βάρει, Σειραῖς τε τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται·* ἡ δὲ ἀρετὴ τοὺς ἀντιποιουμένους αὐτῆς ζωοποιεῖ καὶ εἰς ὕψος αἴρει, λέγοντος τοῦ Παροιμιαστοῦ· *Ξύλον ζωῆς ἐστι τοῖς ἀντιποιουμένοις αὐτῆς·* τοῦ δὲ Ψαλμωδοῦ· *Ἀναλαμβάνων πραεῖς ὁ Κύριος.* Διὰ τοῦτο ἡ μὲν ἁμαρτία συμβολικῶς ἐπὶ ταλάντου διαμολίβδου καταιρομένη θεωρεῖται· ἐπειδὴ τοὺς χρωμένους αὐτῇ βυθίους καταφέρει εἰς τὸν ᾅδην· καὶ οἷς ἐνυπάρχουσιν οἱ σαρκικοὶ ὄγκοι καὶ αἱ τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαι, καὶ οὓς ἡ ἁμαρτία περίσταται, τούτοις οὐκ ἔστιν ἐλεύθερον πρὸς τὸν Θεὸν τὸ ὄμμα. Ὁ ζυγὸς τοίνυν τοῦ Σωτῆρος χρηστὸς καὶ τὸ φορτίον ἐλαφρόν. Καὶ πῶς, φησὶν, ἐλαφρὸν, ὅταν λέγῃ· *Ἐὰν μή τις μισῇ πατέρα ἢ μητέρα·* καὶ, *Ὃς οὐκ αἴρει τὸν σταυρὸν, καὶ ἀκολουθεῖ μοι, οὐκ ἔστι μου ἄξιος·* καὶ, *Ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς ὑπάρχουσιν,*

Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris: jugum enim meum suave est, et onus meum leve [9]. Hinc utilitate percepta divinus Apostolus, *ponderosum et circumstans* peccatum appellavit [10]. Quid enim gravius et damnosius peccato? ut e contrario, quid levius et utilius virtute? nam *Peccatum*, ut in Proverbiis scriptum est, *vulneratos multos pondere dejicit* [11], et *Unusquisque catenis peccatorum suorum stringitur* [12]. Virtus autem eos, qui se amplectuntur, vivificat et in altum erigit, ut in Proverbiis dicitur: *Lignum vitæ est iis, qui ipsam amplectuntur* [13]; et in Psalmis, *Suscipiens mansuetos Dominus* [14]. Idcirco peccatum quidem symbolice cum talento plumbeo demersum conspicitur [15]: quia sui cultores in profundum inferorum dejicit. Quibus autem insunt carnis pondera et cupiditates, et iis qui a peccato circumdantur, non liberum sane est oculos ad Deum erigere. Jugum itaque Servatoris suave est, et onus ejus leve. Et quo pacto, dicet quispiam, leve onus est, cum sic loquatur: *Si quis non odit patrem et matrem* [16], et, *Qui non tollit crucem, et sequitur me, non est me dignus* [17]; et: *Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus* [18]; imo etiam jubeat ipsam tradere animam? Id te do-

[7] Matth. VII, 15, 16. [8] Eccli. VI, 36. [9] Matth. XI, 29, 30. [10] Hebr. XII, 1. [11] Prov. VII, 26. [12] Prov. V, 22. [13] Prov. III, 18. [14] Psal. CXLVII, 6. [15] Zach. V, 7. [16] Luc. XIV, 26. [17] Matth. X, 38. [18] Luc. XIV, 33.

(20) Edit. Athan. p. 1008, ex Possini catena *in Matth.*

Digitized by Google

ceat Paulus qui ait : *Id enim quod in præsenti est momentaneum et leve tribulationis, mire supra modum æternum gloriæ pondus operatur* [19]; et rursus : *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis* [20].

A οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής· ὅταν κελεύῃ καὶ αὐτὴν ἐκδοθῆναι τὴν ψυχήν; Διδασκέτω σε Παῦλος λέγων· *Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται*· καὶ πάλιν· *Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀνακαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς.*

Prodit ex cod. Colb. membran. XI sæculi. Est Cat. in Matth.

Sancti Athanasii.

(21) *Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου.*

Propterea dico vobis, omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, sed blasphemia in Spiritum non remittetur illis. Et quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei : qui autem dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro [21]. Hic apposite Apostoli dictum proferatur : *Littera occidit, Spiritus autem vivificat* [22]. Multa siquidem B divinarum Scripturarum loca si secundum litteram intelligamus, in nefandas blasphemias incidimus, cujusmodi sunt quæ nobis nunc proponuntur Domini verba; quæ si secundum nudas dictiones excipiamus, non solum in nefandas dilabemur cogitationes, sed etiam ipsum Dominum sibi adversari deprehendemus. Namque si *quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei;* quomodo idem Filius dixit : *Qui me negaverit coram hominibus, negabo eum coram angelis Dei* [23]? Et rursus, si omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, quomodo et de otioso verbo rationem sumus reddituri [24]? quomodo qui dicit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis [25]? quomodo item Paulus ait : *Nolite errare : neque fornicarii, neque adulteri, ne-* C *que molles, neque maledici, neque ebriosi, neque rapaces regnum Dei possidebunt* [26]? Quæ si ita se habent, quomodo, quæso, omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus? Rursumque, si verum illud est, cur miser accusatur Origenes, quod finem aliquem pœnarum constituat; ac tandem remissionem omnium peccatorum, hominibus pariter et dæmonibus a Deo concedendam prædicet? Item, si blasphemia in Spiritum sanctum remissionem non habet, quid queritur Ecclesia Novatum pœnitentiam rejecisse? Illud autem obscurius et difficilius intellectu est, quod, qui dixerit verbum contra Filium remittetur ei; qui vero dixerit verbum contra Spiritum sanctum non remittetur ei, ita ut minor videatur Filius esse Spiritu sancto et Patre. Quid D ergo nefarios Arianos rejicimus, qui Filium volunt esse inferiorem et minorem Spiritu? Cur ergo Filius dicit : *Ego et Pater unum sumus* [27]; et : *Qui non honorat Filium, non honorat et Patrem* [28]; itemque hic ait : *Quicunque dixerit verbum contra Filium, remittetur ei* [29]? Num blasphemia in Filium condonata est Arianis, Simonianis, Sabellianis, Photinianis, cæterisque omnibus, qui blas-

Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις· ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται αὐτοῖς. Καὶ ὃς ἐὰν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Πνεύματος ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. Ἐνταῦθα καλὸν τὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰπεῖν· ὅτι *Τὸ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ Πνεῦμα ζωοποιεῖ.* Πολλὰ γὰρ τῶν θείων Γραφῶν ἐὰν κατὰ τὸ γράμμα νοήσωμεν, εἰς ἀθέσμους βλασφημίας περιπεσούμεθα· οἷόν ἐστι καὶ τὸ νῦν προκείμενον τοῦ Κυρίου λόγιον· ἐὰν γὰρ κατὰ ξηροῦ τὰς λέξεις ἐκλάβωμεν, οὐ μόνον εἰς ἀθεμίτους ἐννοίας κατενεχθησόμεθα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν Κύριον ἐναντιούμενον ἑαυτῷ εὑρήσομεν. *Ἐὰν γὰρ ὃς εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀφεθήσεται αὐτῷ*· πῶς αὐτὸς ὁ Υἱὸς εἶπεν, ὅτι *Ὁ ἀπαρνησάμενός αὐτὸν [ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων] ἀπαρνηθήσεται ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ;* Καὶ πάλιν ἐὰν πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, πῶς καὶ ὑπὲρ ἀργοῦ λόγου ἀπολογίαν δώσομεν; πῶς ὁ λέγων τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, μωρέ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός; πῶς δέ φησι καὶ Παῦλος· *Μὴ πλανᾶσθε· οὔτε πόρνοι, οὔτε μοιχοί, οὔτε μαλακοί, οὐ λοίδοροι, οὐ μέθυσοι, οὐχ ἅρπαγες, βασιλείαν Θεοῦ οὐ μὴ κληρονομήσουσι;* Καὶ εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, πῶς λοιπόν, εἰπέ μοι, πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις; Καὶ ἐὰν πάλιν τοῦτο ἀληθὲς, διὰ τί λοιπὸν ἐγκαλεῖται ὁ ἄθλιος Ὠριγένης, τέλος κηρύττων τῆς κολάσεως, ὡς συγχώρησιν πάσης ἁμαρτίας γενέσθαι καὶ τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς δαίμοσι παρὰ Θεοῦ; Πάλιν δὲ ἐὰν ἡ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημία οὐκ ἔχει συγχώρησιν, τί μέμφεται ἡ Ἐκκλησία Ναυάτον ἀποβαλλόμενον τὴν μετάνοιαν; Τὸ δὲ σκοτεινότερον καὶ δυσκατάληπτον ἐκεῖνό ἐστιν, ὅτι ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Πνεύματος, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὥστε ἐλάττων ἐστὶν ὁ Υἱὸς παρὰ τὸ Πνεῦμα καὶ τὸν Πατέρα. Καὶ τί λοιπὸν ἀποβαλλόμεθα τοὺς μυσαροὺς Ἀρειανούς, τοὺς σμικρύνοντας καὶ καταβιβάζοντας τὸν Υἱὸν παρὰ τὸ Πνεῦμα; Καὶ πῶς ὁ Υἱὸς λέγει· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*· καὶ, *Ὁ μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν οὐ τιμᾷ τὸν Πατέρα*· καὶ πάλιν ἐνταῦθά φησιν· *Ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀφεθήσε-*

[19] II Cor. IV, 17. [20] Rom. VIII, 18. [21] Matth. XII, 31, 32. [22] II Cor. III, 6. [23] Luc. XII, 9. [24] Matth. XII, 36. [25] Matth. V, 22. [26] I Cor. VI, 10. [27] Joan. X, 30. [28] Joan. V, 23. [29] Matth. XII, 32.

(21) Ex cod. Colb. 2514, qui est catena *in Matthæum*. In editis quoque comparet, sed magna sui parte truncatum.

Digitized by Google

ται αὐτῷ; Ἄρα οὖν, εἰπέ μοι, ἡ εἰς τὸν Υἱὸν βλασφημία συγχωρηθήσεται τοῖς Ἀρειανοῖς, καὶ Σιμωνιανοῖς, καὶ Σαβελλιανοῖς, καὶ Φωτεινιανοῖς, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσι τοῖς εἰς τὴν τοῦ Υἱοῦ σάρκωσιν βλασφημήσασιν; Ἄπαγε τῆς ἀτοπίας. Εἰ γὰρ ὁ λέγων τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, Μωρέ, ἔνοχός ἐστιν εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός, εἰς ποίαν λοιπὸν, εἰπέ μοι, γέενναν γεέννης ἐκβληθήσεται ὁ λέγων τὸν Θεὸν αὐτοῦ κτίσμα, καὶ οὐχὶ Θεοῦ Υἱὸν, ἀλλὰ δοῦλον καὶ ὑπουργὸν καὶ μικρόν; Καὶ εἴ ὅστις εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀφεθήσεται αὐτῷ, πῶς αὐτὸς ὁ Υἱὸς εἶπεν, ὅτι *Ὁ μὴ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ μὴ πίνων μου τὸ αἷμα, οὐκ ἔχει ζωὴν αἰώνιον*; Πῶς δὲ καὶ δύναταί τις, ἀτιμάζων τὸν Υἱὸν, μὴ βλασφημεῖν εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα; Ὁ δὲ εἰς αὐτὴν βλασφημῶν δηλονότι ἀπαρνεῖται τὸ ἅγιον βάπτισμα· ὁ δὲ τοῦτο ἀπαρνούμενος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀποδύεται. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ αἰσθητοῦ ἡλίου, ἐὰν τὴν θέρμην ἢ τὴν ἀκτῖνα αὐτοῦ καθυβρίσῃς, εἰς ὅλην τὴν φύσιν αὐτοῦ ἀνατρέχει ἡ ὕβρις· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ τρισηλίου τῆς ἁγίας Τριάδος φωτὸς καὶ μυστηρίου ἡ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως ἀτιμία παντὸς τοῦ πληρώματος τῆς θεότητός ἐστιν ἀτιμία. Τί οὖν ἐστι τὸ πρὸς Ἰουδαίους λεγόμενον, ὅτι *Πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία τοῖς ἀνθρώποις ἀφεθήσεται· ὃς δ' ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Πνεύματος ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι.* Νουνεχῶς ἀκούσωμεν, καὶ μὴ πλανηθῶμεν. Διττὸν εἶναι τὸν Χριστὸν μετὰ τὴν ἄφραστον ἕνωσιν, φημὶ δὲ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, αἱ ἱεραὶ ἡμῖν διαβοῶσι Γραφαί· *Ὁ γὰρ Λόγος σὰρξ ἐγένετο.* Τὴν γοῦν τοῦ Λόγου θεότητα ὁ αὐτὸς Χριστὸς Πνεῦμα ἅγιον ὀνομάζει, καθὰ καὶ πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν ἔλεγε, *Πνεῦμα ὁ Θεός*· τὴν δὲ ἀνθρωπότητα αὐτοῦ Υἱὸν ἀνθρώπου· *Νῦν* γὰρ, φησὶν, *ἐδοξάσθη ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.* Οἱ οὖν ἀεὶ τῷ Θεῷ προσκρούοντες Ἰουδαῖοι διττὴν πρὸς Χριστὸν τὴν βλασφημίαν ἐκέκτηντο· καὶ μὲν γὰρ τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, ἤγουν τῷ Υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου προσκόπτοντες, προφήτην αὐτὸν, ἀλλ' οὐ Θεὸν εἶναι ἐνόμιζον, καὶ φάγον αὐτὸν καὶ οἰνοπότην ἐκάλουν, οἷς καὶ συγγνώμην ἔδωκεν· ἀρχὴ γὰρ ἦν τοῦ κηρύγματος, καὶ οὔπω ἐχώρει ὁ κόσμος Θεὸν πιστεύειν γενόμενον ἄνθρωπον. Διό φησιν ὁ Χριστὸς, ὅτι *Ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου,* ἤγουν τοῦ σώματος αὐτοῦ, *ἀφεθήσεται αὐτῷ.* Τολμῶ γὰρ λέγειν, ὅτι οὐδὲ αὐτοὶ οἱ μακάριοι μαθηταὶ τὸ τέλειον περὶ τῆς αὐτοῦ θεότητος εἶχον φρόνημα, ἕως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτοῖς τῇ Πεντηκοστῇ ἐπεφοίτησεν. Ἐπεὶ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἰδόντες αὐτὸν, οἱ μὲν προσεκύνησαν, οἱ δὲ ἐδίστασαν· ἀλλ' οὐκ ἐκ τούτου κατεκρίθησαν. Οἱ δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἤγουν εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ θεότητα, βλασφημήσαντες καὶ λέγοντες, ὅτι *Ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια,* οὐκ ἀφίενται οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. Ἐπισημειώσα-

A phemias in Christi incarnationem protulerunt? Apage hanc absurditatem. Nam si is qui fratri suo dicit, Fatue, reus est gehennæ ignis; qualem, die mihi, in gehennam gehennæ projicitur is qui affirmat Deum suum creaturam esse; non Filium Dei, sed servum, sed administrum, et parvum? Et si qui dixerit verbum contra Filium, remittetur ei; quomodo ipse Filius dixit: *Qui non manducat meam carnem, nec bibit meum sanguinem, non habebit vitam æternam* [30]? Aut qui, quæso, possit qui ignominia afficit Filium, non blasphemare in sanctam Trinitatem? Qui vero in eam blasphema dicit, is haud dubie abnegat sanctum baptisma; ac qui baptismum negat, profecto Spiritum sanctum exuit. Et quemadmodum in sole isto sensibili, si calori B radiisve ejus contumeliam feceris, in totam naturam solis recidit hujusmodi contumelia; ita quoque se res habet in trigemino sole Trinitatis et mysterii: contumelia in unam personam prolata, blasphemia est in universam plenitudinem deitatis. Quid igitur sibi vult dictum illud ad Judæos: *Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus: et quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo neque in futuro* [31]. Prudenter audiamus, et ne seducamur. Duplicem esse Christum post inenarrabilem unionem, dico autem ex deitate et humanitate, sacræ nobis clamant Scripturæ: nam *Verbum caro factum est* [32]. Deitatem ergo Verbi ipse C Christus Spiritum sanctum appellat, quemadmodum ad Samaritanam locutus est, *Spiritus est Deus* [33]; humanitatem vero suam, Filium hominis vocat: *Nunc*, inquit, *glorificatus est Filius hominis* [34]. Judæi igitur qui semper Deum offenderunt duplicis adversus Christum blasphemiæ rei sunt. Quorum alii in carnem ejus, scilicet in Filium hominis, impingunt, prophetam, non Deum esse existimantes; ac voracem illum et potatorem vocabant [35]: quibus veniam dedit. Siquidem initium prædicationis erat, nondumque poterat mundus Deum illum credere, qui homo factus fuerat. Hinc Christus ait: *Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis*, scilicet contra corpus suum, *remittetur ei*. Ausim quoque dicere, neque ipsos beatos D ejus discipulos, perfectam ipsius divinitatis habuisse notitiam, donec Spiritus sanctus in die Pentecostes in ipsos illapsus esset. Namque etiam post resurrectionem videntes eum, alii adorarunt eum, alii autem dubitaverunt; nec ideo tamen condemnati sunt. Qui vero in Spiritum sanctum, sive in Christi deitatem blasphema hæc dicta protulerunt: *In Beelzebul, principe dæmoniorum, ejicit dæmonia* [36]; iis sane non remittetur, neque in hoc sæculo, neque in futuro. Observandum porro est, non dixisse Christum, blasphemanti ac postea pœ-

[30] Joan. VI, 54. [31] Matth. XII, 32. [32] Joan. I, 14. [33] Joan. IV, 24. [34] Joan. XIII, 36. [35] Matth. XI, 19. [36] Luc. XI, 15.

Digitized by Google

nitenti remissionem dandam non esse; sed blasphemanti, sive in blasphemia perseveranti: siquidem condigna pœnitentia peccata omnia eluit. Quod autem dicitur, blasphemiam in Spiritum sanctum neque in hoc, neque in futuro sæculo dimitti; quidam re diligentius exquisita dicunt, quatuor modis peccatorum veniam concedi; duobus hic, duobus item in futuro sæculo. Cum enim peccatorum omnis temporis meminisse non possimus, ut hic pœnitentiam quilibet agere possit; idcirco Dominus noster, nobis hic pœnitentiam non agentibus, duos, ut dictum est, in futuro pœnitentiæ modos procuravit. Cum quis scilicet bona indifferenter egerit, sive misericordia et commiseratione commotus in proximum, sive quævis alia humanitatis officia præstiterit; ea porro in futuro sæculo, judicii tempore, in quam propendebunt partem, veniam consequentur. Et hic quidem primus est modus: secundus vero is est, cum quis peccatis constrictus, audita Domini voce dicentis: *Nolite judicare, ut non judicemini*, de nemine judicare, examinato vitæ instituto, ausus; utpote cultor præcepti, neque ipse judicatur. Neque enim mandati sui immemor est ille veracissimus. Duobus autem aliis modis hic venia obtinetur; cum quis nimirum peccatis obnoxius, divina dispensante providentia, miseriis, ærumnis morbisque affligitur. Modo namque sibi ignoto, his a Deo purgatur. Et si quidem tentatus gratias agat, mercedem ob gratiarum actionem accipit; sin se ingratum præbeat, de iisdem peccatis quorum causa corripitur, iterum judicatur: insuperque debitas ingrato animo pœnas luere cogitur. Igitur peccata in homines admissa, multis possunt rationibus condonari: nam si quis in hominem peccans, de alio homine bene mereatur, is quam in naturam peccavit eidem naturæ satisfecit. Sed blasphemia in Spiritum (quæ infidelitas est, nullam, nisi quis fidelis efficiatur, veniam admittens), utpote impietatis et infidelitatis peccatum, neque in hoc, neque in futuro sæculo dimittetur.

Athanasii Alexandrini,

De lunaticis.

Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, et male patitur[37]. Lunaticis, non luna insaniæ causa est, neque enim luna ad malum et damnum inferendum hominibus creata est, sed ad ministerium optimis utilibusque rebus præbendum. Cum enim ex natura sua humida sit, suavissimum corporibus somnum procurat, noctis tenebras, colore lacteo ornata, demulcet; solem vero qui siccus calidusque est, æqua lance temperat, atque humore frigiditateque sua plantas omnes, prata, herbas, olera, ut mater vera in ulnis accipiens, fovet, et virescere facit; ita ut sub auroræ crepusculum, videre sit arbores densis frondibus ornatas, prata in summis floribus

[37] Matth. XVII 14.

σθαι δὲ χρή, ὅτι οὐκ εἶπεν ὁ Χριστὸς, Τῷ βλασφημήσαντι καὶ μετανοήσαντι οὐκ ἀφεθήσεται· ἀλλὰ Τῷ βλασφημοῦντι, εἴτ' οὖν ἐπιμένοντι τῇ βλασφημίᾳ. Ἡ γὰρ ἀξιόλογος μετάνοια πάντα λύει τὰ ἁμαρτήματα. (22) Τὸ δὲ μήτε ἐνταῦθα ἀφίεσθαι τῷ εἰς τὸ Πνεῦμα βλασφημήσαντι, μήτε ἐν τῷ μέλλοντι, τινὲς ἐξετάζοντές φασι τέσσαρας εἶναι τρόπους δι' ὧν συγχώρησις ἁμαρτημάτων γίνεται· δύο ἐνταῦθα, καὶ δύο ἐν τῷ μέλλοντι. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐφικνεῖται ἡ μνήμη ὅλου χρόνου μνημονεύειν τὰ σφάλματα, ἵνα ἐνταῦθα μετανοήσῃ ὁ ἄνθρωπος, ᾠκονόμησε φιλανθρώπως ὁ Κύριος ἡμῶν μὴ μετανοούντων τρόπους μετανοίας ἐν μὲν τῷ μέλλοντι, ὡς εἴρηται, δύο· ὅταν τις ἀδιαφόρως ἀγαθοεργήσας, εἴτε εἰς οἶκτον καὶ συμπάθειαν πρὸς τὸν πλησίον κινηθεὶς, ἢ ὅσα ἄλλα φιλανθρωπίας ἐχόμενα· ταῦτα ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως ζυγοστατούμενα, ἐφ' ἃ τὴν ῥοπὴν ἔχει, συγχώρησις γίνεται. Καὶ οὗτος μὲν ὁ εἷς τρόπος· δεύτερος δὲ οὗτος· ὅταν ταῖς ἁμαρτίαις συνεχόμενος, ἀκούων δὲ τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε*, φοβούμενος οὐδένα κρίνει ἐν τῇ ἐξετάσει τῶν βεβιωμένων· ὡς φύλαξ τῆς ἐντολῆς οὐ κρίνεται. Τῆς γὰρ ἑαυτοῦ ἐντολῆς οὐκ ἐπιλήσμων ὁ ἀψευδέστατος. Οἱ δὲ ἕτεροι δύο τρόποι ἐνταῦθα τὴν συγχώρησιν ἔχουσιν· ὅταν τις, ἐν ἁμαρτίαις ὤν, οἰκονομεῖται ἐκ τῆς προνοίας ἐν συμφοραῖς, ἐν ἀνάγκαις, ἐν νόσοις· ὡς οὐκ οἶδε γὰρ διὰ τῶν τοιούτων καθαίρει αὐτὸν ὁ Θεός. Καὶ εἰ μὲν εὐχαριστεῖ πειραζόμενος, τὸν ἐπὶ τῇ εὐχαριστίᾳ μισθὸν λαμβάνει· εἰ δὲ ἀχαριστεῖ, δι' ἃς μὲν ἁμαρτίας παιδεύεται, ἐκ τῶν τοιούτων κρίνεται· τὴν δὲ ὑπὲρ τῆς ἀχαριστίας εἰσπράττεται ποινήν. Ἐπεὶ οὖν ἄτινα εἰς ἀνθρώπους τις ἁμαρτάνει, πολλὰς ἔχει προφάσεις συγχωρήσεων· ἁμαρτάνων γάρ τις εἰς ἄνθρωπον, ἄλλον δὲ ἄνθρωπον εὖ ποιῶν, εἰς ἣν φύσιν ἥμαρτεν, αὐτῇ καὶ ἀπελογήσατο. Ἡ δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα βλασφημία (ἔστι δὲ ἀπιστία, μὴ ἔχουσα ἑτέραν πρόφασιν συγχωρήσεως, εἰ μὴ τὸ γενέσθαι πιστὸν), οὔτε ἐνταῦθα οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι ἀφεθήσεται τῆς ἀθεΐας καὶ ἀπιστίας ἡ ἁμαρτία.

Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας,

Περὶ σεληνιαζομένων (23).

Κύριε, ἐλέησόν μου τὸν υἱὸν, ὅτι σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει. Οἱ σεληνιαζόμενοι, οὐχ ὡς τῆς σελήνης παραιτίας γινομένης τῆς αὐτῶν φρενοβλαβείας· οὔτε μὴν ἡ σελήνη ἐκτίσθη εἰς κακοποιίαν, ἢ πρὸς βλάβην τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἀλλ' εἰς συνεργίαν καλῶν καὶ ὠφελίμων πραγμάτων. Οὖσα γὰρ κατὰ φύσιν ὑγρὰ, τοῖς σώμασι τὸν ἡδιστον ὕπνον προξενεῖ, τῆς δὲ νυκτὸς τὸ σκότος παραμυθεῖται, οὖσα γαλακτοφαὴς· τῷ δὲ ξηρῷ καὶ τῷ θερμῷ τῷ ἡλίῳ ἀντιταλαντεύουσα, τῇ ὑγρότητι καὶ τῇ ψυχρίᾳ πάντα τὰ φυτὰ καὶ τοὺς λειμῶνας, καὶ πᾶσαν πόαν καὶ βοτάνην, ὡς μήτηρ γνησία διὰ τῆς νυκτὸς ἐναγκαλιζομένη, ἀναζωπυρεῖ καὶ ἀναθάλλει· ὥστε ὑπὸ τὴν ἕω ὁρᾶσθαι καὶ

(22) Hæc ad finem usque, quæ in editis desiderabantur, et in editione Athanasii nostra separatim ponuntur, pag. 1008, ex mss. mutuati sumus.

(23) Hæc ex cod. Reg. 1995, X sæculi, fol. 323.

Digitized by Google

τὰ δένδρα τοῖς φύλλοις πεπυκνωμένα, τοὺς δὲ λειμῶνας βαστάζοντας ὑπεράνω τῶν ἀνθῶν τὸ μέλι τῆς ἐργασίας τῆς σοφῆς καὶ ἀόκνου μελίσσης, τὴν δὲ πόαν ἀγλαϊζομένην, πᾶσαν δὲ βοτάνην ηὐξημένην ἱλαρῷ προσώπῳ. Ὅθεν καὶ γαλακτοφαής ἐστιν, ὅτι, ὡς μήτηρ τῷ γάλακτι τρέφει τὸ νήπιον, οὕτω καὶ αὕτη τῇ πιότητι καὶ τῇ δρόσῳ μεγαλύνει τὰ σύμπαντα. Οὖσα δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ, σημαίνει ἐνιαυτῶν κύκλους, μηνῶν ἐκπληρώσεις, καιρῶν καὶ χρόνων τροπὰς, τὸν προσήκοντα καιρὸν τοῦ ἀληθινοῦ καὶ βεβαίου Πάσχα, λεγούσης τῆς Σοφίας, *Ἀπὸ σελήνης σημεῖον ἑορτῆς*· καὶ ὅτι φωστὴρ μειούμενος καὶ αὐξούμενος, *μὴν* τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐστιν. Ἡ βίβλος τῆς Γενέσεως οὕτω διηγεῖται· *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω φῶς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, εἰς φαῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀρχὴ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός· καὶ ἔστω εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιροὺς καὶ εἰς ἡμέρας καὶ εἰς ἐνιαυτούς· καὶ ἔστωσαν εἰς φαῦσιν ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς.* Πάντα δὲ ταῦτα ἠναγκάσθην παραγνῶναι τῇ εὐλαβείᾳ ὑμῶν, ἵνα δείξω ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων καὶ τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν μὴ εἶναι τὴν σελήνην αἰτίαν φρενοβλαβείας, ἀλλὰ τὸν κακομήχανον καὶ δόλιον διάβολον. Οὗτος γὰρ ὑπάρχει ἐν κακοῖς τεχνίταις· μὴ δυνάμενος ἄλλως πως τὰ κτίσματα ἐκθειάσασθαι, ἢ καταναγκάσαι τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὴν εἰδωλοποιίαν, ἐπιτηρεῖ τὴν νεομηνίαν τῆς σελήνης, ἢ ὅταν ἔχῃ ε', καὶ τότε ποιεῖ τὸν ἐπιληπτικὸν κράζειν, ἀφρίζειν, βάλλειν ἑαυτὸν κατὰ πυρὸς, ἢ ὕδατος, ἵνα οἱ γεννήτορες αὐτοῦ, ἢ οἱ ἀδελφοὶ, ἢ οἱ προγενεῖς ἀναγκασθήσωνται τῇ σελήνῃ προσκυνῆσαι, νομίσαντες, ὅτι αὕτη ἔπεμψε τὸν δαίμονα τῷ νεανίσκῳ. Ὅθεν καὶ οἱ Ἕλληνες βασίλισσαν αὐτὴν προσαγορεύουσι τοῦ οὐρανοῦ, οὖσαν δουλίδα τῆς νυκτὸς, καὶ ὑπηρέτριαν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· οὐ μέντοι δέσποιναν ἢ ἄρχουσαν. Διὰ τοῦτο καὶ Ἰησοῦς ὁ διάδοχος Μωϋσέως ἐκέλευσεν αὐτοῖς εἰπών· *Στήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαβαὼν, καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγα Ἐλὼμ, ἕως τοὺς πέντε βασιλεῖς τῶν Ἀμορραίων τροπώσομαι.* Ὁ τοίνυν ἐπιτάσσων ἄνθρωπος τῇ σελήνῃ, πῶς οἷόν τέ ἐστι παρ' αὐτοῖς κακοποιεῖσθαι αὐτὸν ἢ δεσποτεύεσθαι; Ἄπαγε οὖν ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ μηχανήματα τοῦ ἀποστάτου δράκοντος, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν πλάνην καὶ δεισιδαιμονίαν.

A mel, opus prudentis impigræque apis, gestantia, fœnum nitens, omneque herbæ genus auctum hilari facie. Unde lacteo colore est, quia veluti mater infantem lactat; sic et ipsa pinguedine et rore omnia succrescere facit. In cœlo posita annorum circulos, mensium terminos, temporum tempestatumque conversiones, veri ac firmi Paschatis congruens tempus indicat. Sapientia ita loquente: *A luna signum diei festi* [38]: et quia luminare est modo minutum, modo crescens, hinc *men* appellatur. Rem ita narrat liber Geneseos: *Et dixit Deus: Fiat lux in firmamento cœli, ad lucendum super terram, et ad principatum diei et noctis: et sint in signa et in tempora et in dies et in annos: et sint in lucem in firmamento cœli ad lucendum super terram* [39]. Hæc omnia vestræ pietati recitanda duxi, ut ex ipsis rebus atque ex Scripturis divinitus inspiratis ostenderem lunam non esse insaniæ causam; sed malignum dolosumque diabolum. Ipse namque inter malignos artifices annumeratur, et cum non possit alia ratione rebus conditis numinis speciem affingere, vel homines ad idolorum fictionem compellere, observat neomeniam lunæ: et cum ad quintum diem pervenerit, tunc procurat ut epilepticus clamet, spumas efferat, sese in ignem conjiciat aut in aquam, ut ejus parentes aut fratres, sive consanguinei, cogantur lunam adorare, rati ipsam puero dæmonium immisisse. Quamobrem Græci reginam cœli vocant ipsam; quæ tamen famula noctis est, et humanæ naturæ ministra, non autem domina et princeps. Quare Jesu Moysis successor præcepit ipsis, his verbis: *Stet sol contra Gabaon, et luna contra vallem Elom, donec quinque reges Amorrhæorum in fugam vertam* [40]. Homo itaque qui lunæ imperat, quomodo potest ab ipsis luminaribus malo affici, iisque subjici? Apage ergo machinas draconis apostatæ, ac gentilem errorem et superstitionem.

B

C

(24) *Ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Ὁ δὲ Λουκᾶς λέγει· *Ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως*, τουτέστι τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, ὡς προοδοποιοῦσαν εἰς τὴν γνῶσιν τῆς ἀληθείας καὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ. Ἥντινα κλεῖδα ἦραν ἀπὸ τῶν μελλόντων δι' αὐτῆς εἰσέρχεσθαι

Quia claudilis regnum cœlorum [41]. Lucas autem ait: *Quia tulistis clavem scientiæ* [42], id est fidem in Christum, utpote quæ viam paret ad cognitionem veritatis et doctrinæ ipsius. Quam clavem abstulerunt ab iis qui ejus ope intraturi erant.

D

[38] Eccli. XLIII, 7. [39] Gen. I, 14. [40] Josue X, 12. [41] Matth. XXIII, 13. [42] Luc. XI, 52.

(24) In edit. Athan. p. 1009, ex Possino.

MONITUM IN EXCERPTA COMMENTARIORUM IN LUCAM

Hærebamus olim num Athanasius Commentaria in Lucam *edidisset, necne. Licet enim Catenæ* in Lucam *aliquot ejus fragmenta præferrent, non in promptu erat dicere ex Commentariisne, an ex aliis injuria temporum oblitteratis operibus hinc inde exsumpta a Catenarum auctoribus fuissent. His vero prolatis in lucem*

Digitized by Google

Commentariorum reliquiis, vix ambigendi locus superest : quod item de Commentariis in Matthæum *diximus. Nam series ipsa, Evangeliorum interpretem, cui unus ea explanandi scopus sit, arguit ; non autem scriptorem* ἐκ παρέργου, *sive ex occasione, Evangelii dicta afferentem : quod sane sagaci cuilibet perspicuum fore arbitramur. In editione autem Athanasiana nostra, nonnulla* in Lucam ἀποσπασμάτια *protulimus : verum sub hæc in multa alia incidimus, quæ sive ex codicibus mss. sive ex Catena edita* in Lucam, *jam triplo saltem auctiora prodeunt. Horum porro Athanasium vere auctorem esse produnt, cum styli genus plane Athanasianum, tum ea quæ contra Arianos, quasi cum hæc scriberentur turbas dantes, et Verbi deitatem impugnantes, afferuntur. Quæ oratione et arquendi ritu cum Athanasii contra Arianos velitationibus ita congruunt, ut ovum non sit ovo similius. Sub finem vero luculentum habet de expiandis in futura vita levioribus erratis testimonium : ubi clare dicit posse defunctos, qui ex segnitie vel ex procrastinatione aliquid omiserint, amicorum ope juvari; secus eos qui improbe versati, pœnitentiam in hac vita non egerint.*

EX COMMENTARIIS S. ATHANASII IN LUCAM.

Et ecce eris tacens, et non poteris loqui, usque in diem quo hæc fiant ; pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo [43]. Zachariæ non credenti jure non parcit angelus, quia ille steriles alias mulieres, quæ antea pepererant, in exemplum habuit, ut docent Scripturæ sacræ. *Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei* [44]. Neque solum ait angelus ad Virginem, *quod nascetur*, ne ipsi extrinsecus inductum corpus putaretur ; sed illud etiam addidit, *ex te*, ut quod nascebatur ab ipsa naturaliter proditurum crederetur. Sanctum autem vocandum erat, non quasi in ipso Filius Dei habitaturus esset, atque ex participatione esset sanctificandus ; sed quia utpote Filius Dei, vere ac secundum naturam sanctus esset, atque unus. *Et ecce Elisabet cognata tua* [45]. Cognatam autem sanctissimæ Virginis Elisabetam dixit angelus, sive quia ex uno eodemque proavo Jacobo ortum ducebant, sive quia ante datam legem Aaron, qui ex tribu Levi erat, Elisabetam uxorem accepit, filiam Aminadab et sororem Naasson [46], ex tribu Juda orti. Siquidem hic regia tribus Juda, ex qua sanctissima Virgo exorta est, sacerdotali tribui Levi conjuncta est, ex qua Elisabet erat. Quamobrem admirabili prorsus modo sapientissima sanctissimi Spiritus gratia curavit, ut etiam hæc Zachariæ uxor, perinde atque illa Aaronis conjux, Elisabet vocaretur ; ut vel ex nomine clare edisceremus, cognationem Virginem inter et matrem præcursoris Elisabetam, ex alia illa Elisabeta duci.

Cum porro dixit sanctissima Virgo : *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* [47] ; id declaravit : Tabula sum in qua quidquid scribæ placet, describitur. Scribat, pro lubito agat Dominus universi. Accepta angelus a sanctissima Virgine fidei confessione, abscessit ab illa.

Magnificat anima mea Dominum [48]. Sicut enim gloriam Deo afferre, non significat ipsi laudem

